B xx
35892/B 18/m



Hugh W. Diamond. F.S.A.
Surgeon.

22-101/83848

H. W. Diamond F.S.A.

D. D.

J. Y. Akerman.

30.th Jan. 1845.

60797

CONSPECTUS HISTORIÆ MEDICORUM CHRONOLOGICUS,

IN USUM

PRAELECTIONUM ACADEMICARUM

CONFECTUS A

GEORGIO MATTHIÆ,

D. ET PROFESSORE MEDIC. IN UNIVERSITATE GEORGIA AUGUSTA.

GOTTINGÆ,

APUD VIDUAM VANDENHOECK,

CIↃ IↃCCLXI.

MEDICINE, Biography

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ILLUSTRISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS

AUG. M. BRITANNIÆ REGIS ET BRUNSVIC.
LUNEBURG. DUCIS ELECTORIS

CONSILIARIIS INTIMIS

ATQVE AD REGENDAS TERRAS GERMANICAS STATVS
ADMINISTRIS,

Dn. RUDOLPHO JOHANNI
L. B. DE WRISBERG,

Dn. GERLACO ADOLPHO
L. B. DE MUNCHHAUSEN,

Dn. PHILIPPO ADOLPHO
L. B. DE MUNCHHAUSEN,

Dn. CAROLO DIEDE
L. B. AD FURSTENSTEIN,

Dn. AUGUSTO WILHELMO
L. B. DE SCHWICHELDT,

Dn. JOHANNI CLAMORI AUGUSTO
L. B. DE BUSCH,

Dn. LEVINO ADOLPHO
L. B. DE HAKE,

Dn. BURCHARDO CHRISTIANO
L. B. DE BEHR,

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,

LABOREM HUNC

TAM IN COMMUNEM ORBIS LITERARII

USUM

QUAM IN COMMODUM ATQUE EMOLUMENTUM

ACADEMIÆ REGIO - ELECTORALIS

GEORGIÆ AUGUSTÆ

SVSCEPTVM,

UT HAC QUOQUE PARTE QUALEMCUNQUE

MUNERIS IMPOSITI RATIONEM REDDAT,

SVBMISSISSIME OFFERT

IPSORUM DOMINORUM

DEVOTISSIMVS CLIENS

AUTOR.

BENEVOLO LECTORI
S. & O.

Ex quo prælectiones de Notitia Autorum & Librorum Medicinalium, (quæ in magna ſua ad veram Medici eruditionem utilitate, & multa tamen ignorantia, non parum deſiderari videbatur,) inſtitui, neque aptus propoſito exſtitit liber impresſus; dictandi in calamum deſcribendique labor valde incommodus eſſe cœpit, cum propter communes acroaſium rationes, ut quod plurimum temporis conſumebat, eoque vel in nimis longum ſpatium extrahebat prælectiones, vel materiam nimis abbreviare cogebat, cæt. tum vel ea præcipue de cauſa, quod in nominibus autorum calamo excipiendis plurimi committi ſolebant errores. Has ergo primum ob rationes conſilium cepi typis excudendi breviarium, cujus quaſi tituli vel notæ neceſſariis expoſitionibus diduci ac declarari poſſent: deinde credidi, tali opera me commodum aliquod allaturum toti reip. Literariæ, præſertim Medicæ, ſi viros de arte noſtra bene meritos ſub conſpectu per ſæculorum ordinem exhiberem, atque ita compendium darem Hiſtoriæ Medicorum, quam plures polliciti ſunt, necdum vero quisquam tali modo præſtitit: nam quæ prodiere Lexica Medicorum, libri de Scriptoribus Scriptisve Medicis ordine literarum digeſti, & ſimiles, ſerie temporum disjecta, præcipuo hiſtoriæ rite tractandæ ſubſidio carent: Catalogi autem Medicorum editi vetuſti nimis vel tenues ſunt, & univerſali artis hiſtoriæ contexendæ parum utiles, cui tamen inprimis negotio adjuvando laborem meum adaptare volui; unde etiam factum eſt, ut multa adjecerim,

quæ ſtatui, ſatis, vicibusque medicinæ delineandis uſum præſtare poterunt, etſi cum virorum ipſorum notitia non ita ſtricte connexa ſint. Simul non ineptum neque ingratum fore judicavi, ſi cum ordine temporum etiam illum Nationum, Academiarum, Societatum, Collegiorum, ſimiliumque diviſionum conjungerem. Quum vero propter rationes tam Prælectionum quam Bibliopolii non adeo magnæ molis liber dandus eſſet, isque conſtituto Nundinarum tempore perficiendus; ita plenum quidem Medicorum recenſum inire ſtudui, quoad præfixo temporis intervallo, inter belli quo premimur turbas fieri licuit: ſed & multa omittere coactus ſum, & reliqua fere per notas quaſi tantum indicare, præſertim in illis ſæculis quæ palingeneſian eruditionis præceſſerunt, quorum ſcilicet hiſtoria jam plenior a Clerico *maxime* Freindio*que confecta eſt: poſt hæc vero tempora magis memorabiles libros addidi, potiſſimum qui divortiis opinionum controverſiisque cognoſcendis inſerviant, aut qui in Bibliographiis vulgo non comparere ſolent. Ubique tamen eos libros annotare ſtudui, qui propriâ operâ circa Hiſtoriam Medicinæ aut Medicorum tractandam verſantur. In illis, quæ adhuc prætermitti debuerunt, præcipua ſunt Index Alphabeticus & dimidium Sæculum, quod vivimus, noviſſimum; utrumque tamen etiam, & una, exſpectare jubet bibliopolium: ac tum Indici non alienas inſeram Additiones atque Emendationes. Cæterum, quantum res tempusque permittent, operam dabo, ut præſens opuſculum aliquando plenius, perfectius, amplius, vel univerſum vel per partes, prodeat. Scr. Gottingæ d. 31. Mart. 1761.*

Con-

Conſpectus Hiſtoriæ Medicorum chronologicus.

Ante Diluvium.

§. 1.

ADAM, ut primus mortalium fuit, ſic etiam primus medicus & medicarum rerum ſciens atque repertor creditur: cui reliqui pariter homines longævi antediluviani hac in re accenſentur.

§. 2. Sigillatim Chemiæ primordia ab hoc tempore repetuntur, & nominatim ea ſcientia vel ars tribuitur *Setho* & *Thubalcaino:* traditaque perhibetur in *Sethi Columnis*, & in libro *Chemà* dicto.

Poſt Diluvium.

§. 3. Mox poſt Diluvium *Noachus* ob vitis culturam memorabilis eſt. Sæculo Mundi Conditi 17. & ſequentibus in Ægypto potiſſimum & finitimis regionibus *Chamus*, hujusque filius *Mizraim*, qui, vel adeo pater ipſius, *Zoroaſter* antiquiſſimus habetur, cum poſteris ſuis medicinam inprimisque chemiam coluiſſe dicuntur.

§. 4. Sæculo 20. & ſequente commemoratur primus *Hermes*, ſ. *Mercurius*, *Triſmegiſtus* appellatus, alias Ægyptia lingua *Theut*, vel *Thot*, dictus, regum Ægyptiorum ſupremus conſiliarius; cui adſcribuntur Pœmander, Aſclepius dialogus, Tabula Smaragdina, liber de Compoſitione, ſeptem capita de Lapidis Philoſophici ſecreto, Iatromathematica ad Ammonem Ægyptium, aphoriſmi ſeu centum ſententiæ Aſtrologicæ, libri 2. de revolutionibus Nativitatum, de ſignificationibus Terræ motuum verſus hexametri, Kiranides Kirani, & complures libelli nondum typis excuſi, argumenti potiſſimum chemici. Eundem 6. libris integram medicinam tradidiſſe ajunt, ad quorum præſcriptum Ægyptii deinde medici artem exercuerint. Diſcipulus Hermeti datur *Aſclepius* ſ. *Æſculapius*.

§. 5. Eodem tempore celebratur *Oſiris* ſ. *Apis* aut *Serapis*, rex Ægypti, ejusque conjux *Iſis*: tum poſtea, Sæculo 24., illorum filius *Horus* ſ. *Orus* aut *Horapollo*: Sæculo item 21. *Agathodæmon*, chemicus: Sæculo 24. *Sophar* in Perſide, etiam chemicus: eodem *Jobus*, in cujus ſermonibus multa rerum naturalium ſcientia deprehenditur: antea, Sæc. 22., *Jacobus* patriarcha: Sæc. 23. *Joſephus*: Sæc. 25. *Moſes*, cum ſorore *Mirjam* ſ. *Maria*. Cæterum tempore Joſephi jam publice conſtituti feruntur Medici in Ægypto: & ibidem antiquiſſimis temporibus omnia medicis fuiſſe referta, ſingulosque adeo ſingulis corporis partibus vel morborum aut curationum generibus præpoſitos medicos, narratur. Apud Ægyptios pari-

pariter atque Hebræos *Sacerdotes* medicinam quoque tractabant: apud Indos *Bramines* ſ. Brachmanes: apud Celtas Germanosque *Druidæ.*

§. 6. Ex diis gentilium inter medicos & medicorum præſides connumerantur *Vulcanus*, *Apollo* ſ. *Pæon*, *Diana* ſ. *Artemis*, *Pallas* ſ. *Minerva*, *Cybele*, *Ceres*, *Bacchus* aut *Dionyſus*, ſ. *Liber pater.* Medicus quoque perhibetur Jovis Ammonis comes, *Synalus.*

§. 7. Sæc. 26. memorabilis *Cadmus*, Agenoris filius: *Phryxus*, alchemiſta. Sæc. 27. & 28. *Draco: Phocus: Melampus* Argivus, hujusque filius *Thyodamas*, & nepos *Polyidus: Chiron* centaurus, præceptor Heroum iſtius temporis: *Crides* Pandionis filius: *Siſyphus* Æoli filius: *Atreus*, chemicis accenſus.

§. 8. Sæc. 28. *Argonautæ*, *Jaſon*, *Hercules*, *Orpheus*, *Eribotes: Medea*, *Circe*, *Anguitia*, ſorores: *Ocyroë*, Chironis filia: *Ariſtæus*, filius Apollinis: *Arabs* ſ. *Arabus*, Apollinis & Babyloniæ filius: *Anticyreus: Peleus: Linus*, *Muſæusque*, poëtæ.

§. 9. *Æſculapius* ſ. *Aſclepius*, autor medicæ Aſclepiadarum familiæ, & medicinæ Clinicæ: cujus uxor *Hepione* vel *Hygea* aut *Lampetia*; ſoror *Eriopis*; filiæ, *Hygea* ſ. Hygia, Latine *Salus*, *Panacea*, *Jaſo*, *Ægle*, *Rome*, & *Aceſo*; filii, *Machaon* & *Podalirius*, bello Trojano, eodem Sæc. 28. clari: alius filius, *Telesphorus*, *Aceſius*, aut *Euamerion* nonnullis dictus. Commemoratur quo-

que *Aſclepius* alius, alter ab iſto Æſculapio. Ab Aſclepiadis collegia Scholæque medicæ plures inſtitæ ſunt, ex quibus præcipuæ Coa, Cnidia, Rhodia, Cyrenaica, Italicæ, ex quibus Agrigentina & Crotonienſis.

§. 10. Circa eadem tempora & in Trojano bello celebrantur *Achilles*, *Patroclus*, *Proteſilaus*, *Telephus*, *Telamon*, *Teucer*, *Palamedes*, *Autolycus*, *Japis* Jaſides: mulieres, *Helena*, *Oenone*, *Agamede*, *Polydamna*. *Dioscurorum* quoque, i. e. Caſtoris & Pollucis, *poſteri* medicinam tractaſſe dicuntur.

§. 11. Paulo poſt occurrunt Machaonis filii, *Alexanor*, *Gorgaſus*, & *Polemocrates*: Podalirii filius *Hippolochus* Cous: Sæc. 30. rex Hebræus *Salomon*: & ejusdem ætate *Homerus* atque *Heſiodus*, poetæ: item *Homerus* alter Chius, magis proprie medicus, iisdem fere temporibus.

§. 12. Sæc. 31. *Eliſæus* propheta: Sæc. 32. & ſequ. *Jeſaias* propheta, & *Hiskias* ſ. *Ezechias* rex: *Thaletas*, ſ. *Thales* Cretenſis: Sæc. 33. *Tobias* junior: Sæc. 34. *Nechepſus* rex Ægypti, *Petoſiris* Ægyptius, *Thales* Mileſius, *Epimenides* Cretenſis, & expiator; *Zaleucus* Locrus, *Polycletus* Meſſanenſis, *Abaris* Scytha.

§. 13. Sæc. 35. *Anacharſis* frater regis Scythiæ, *Pherecydes* ex Syro inſula, *Anaximander* Mileſius, *Anaximenes* Mileſius, *Pythagoras* Samius, hujusque diſcipuli *Democedes* Crotoniata, *Alcmæon* Crotonia-

toniata; *Empedocles* Agrigentinus, *Epicharmus* Siculus, Cous dictus, *Timæus* Locrus; *Pauſanias* Anchyti filius: *Nebrus* Aſclepiada, hujusque filius *Gnoſidicus* Hippocratis Magni proavus, item *Hippocrates* Gnoſidici filius: *Cratevas* ſenior: *Acron* vel *Creon*, Agrigentinus, etiam Athenienſis vocatus, ſignifer Empiricæ ſectæ: cujus diſcipulus *Delphinus*: *Boton* Athenienſis, *Xenophanis* phyſici præceptor: *Simonides* Ceus vel Melicus inventor artis memoriæ: *Zamolxis* Thrax aut Geta, Pythagoræ in peregrinationibus comes.

§. 14. Sæc. 36. Ex philoſophis *Anaxagoras* Clazomenius, *Archelaus* Mileſius, *Heraclitus* Epheſius, *Democritus* Abderita, hujusque ſervus *Diagoras* Melius, & diſcipuli *Apollodorus*, *Bolus* Mendeſius, *Metrodorus* Chius, atque *Protagoras* Abderita: *Confucius* Chinenſis philoſophus: *Oſtanes* Perſa: *Johannes* ſummus pontifex Hieroſolymitanus: *Esdras* Hebræus: *Socrates* & *Plato* Athenienſes: *Alcibiades* dux Athenienſis: *Simon* coriarius, Athenienſis, ſed dubie medicis accenſus.

§. 15. *Iccus* Tarentinus, & *Prodicus* ſ. *Herodicus* Selybrianus, præcipui autores medicinæ gymnaſticæ ſ. athleticæ: alius *Prodicus* Leontinus: *Euryphon*, ex Cnidia ſchola medicus: *Polycritus* Mendæi filius: *Acumenus*: *Eryximachus*: ab Hippocrate commemorati *Cratevas* poſterior, *Meliſſus*, *Pythocles*, *Pherecydes*, & mulier *Achromos*: multitudo Medicorum, ab iisque ſcriptorum, tempore Hippocratis & Xenophontis.

§. 16. *Hippocrates* Cous Magnus, natus patre *Heraclide* a. M. 3524. mortuus 3627., medicinæ Rationalis ſ. Dogmaticæ autor: cujus filii *Theſſalus* & *Draco*, gener *Polybus:* Theſſalo & Draconi ſingulis ſinguli fuere filii *Hippocrates:* & numerantur adhuc, etiam ex Nebridarum gente, *Hippocrates* quartus & quintus, *Tymbræo* geniti, & ſextus, *Praxianactis* filius.

§. 17. Hippocrati magno coævi *Philiſtion* Siculus vel Locrus; hujusque frater anonymus: *Ariſton*: *Phaon*, fortaſſe: *Cteſias* Cnidius, Hippocratis cognatus: *Nicomachus* Ariſtotelis Stagiritæ pater, ex Machaonis poſteris: *Aceſias: Eudemus* ſ. *Eudamus* pharmacopola: *Pittalus* vel *Spittalus.* Aliquanto juniores, *Dioſcorides* & *Dioxippus* ſ. *Dexippus* Cous, Hippocratis diſcipuli: *Eudoxus* Cnidius, Philiſtionis diſcipulus: *Meton* Athenienſis.

§. 18. Sæc. 37. Sub Philippo & Alexandro M. regg. Macedon. *Menecrates* Syracuſanus: *Diocles* Caryſtius, qui primus omnium Aſclepiadarum anatomen ſcriptis publicavit: *Pliſtarchus: Petron* ſ. *Petronas: Praxagoras* Cous, celebrium Aſclepiadarum ultimus, cujus diſcipuli *Philotimus* & *Pliſtonicus: Chryſippus* Cnidius, Erinei filius, Philiſtionis & Eudoxi diſcipulus: *Critobulus* vel *Critobolus*: *Critodemus* Cous: *Philippus* Acarnan vel Epirota: *Pauſanias*: *Glaucus* ſ. *Glaucias: Alexippus: Androcydes.*

§. 19. Inter philoſophos *Ariſtoteles* Stagirita, Alexandri M. præceptor; a quo commemoratur

Chares

Chares Parius: *Calliſthenes* Olynthius, Ariſtotelis conſanguineus & diſcipulus: *Alexander M.* ipſe: *Speuſippus* Athenienſis, Platonis ſucceſſor.

§. 20. Sub Alexandri M. ſucceſſoribus, ex quibus a Ptolemæis in Ægypto ſchola ſ. Muſeum Alexandrinum, medicis quoque profeſſoribus maxime florens, inſtituebatur; *Herophilus* Chalcedonius, anatomicorum evangeliſta, in pulſuum quoque doctrina celebris, Alexandriae artem profeſſus, propriæ quoque ſectæ conditor: *Eudemus*, anatomicus: *Mneſitheus* Athenienſis, & alter Cyzicenus: *Dieuches*: *Ariſtogenes* Thaſius, ſub Antigono rege Macedoniae, fortaſſe I.: *Medius*, Eraſiſtrati avunculus, Chryſippi Cnidii diſcipulus, itemque *Ariſtogenes* Cnidius, Antigoni II. Gonatæ regis medicus, & *Metrodorus*, præceptor Eraſiſtrati: *Chryſippus*, filius Cnidii Chryſippi, Ptolemæi regis medicus; cujus etiam antiquioris Chryſippi nepos ex Ariſtagora fuit tertius *Chryſippus*, *Aethlii* diſcipulus: *Nicomachus*, Ariſtotelis Stagiritæ filius: *Numenius*, Dieuchis diſcipulus: *Nicias* Solenſis, aliis dictus *Cineas*, aliis *Timochares* vel *Demochares*, Pyrrhi regis Epiri medicus.

§. 21. *Eraſiſtratus* Ceus, Theophraſti & Chryſippi Cnidii diſcipulus, Seleuci Nicanoris regis Syriæ & Antiochi filii medicus, hæmophobus, anatomicis quoque ſtudiis inclytus, ſectæ conditor: *Theombrotus*: *Thraſias* Mantineenſis, hujusque diſcipulus *Alexias*: *Aſclepiades* Eraſiſtrati æqualis: item *Crito* Empiricus, & *Simon* quidam: *Midias*: *Paſithemis*.

§. 22. Inter philoſophos *Theophraſtus* Ereſius, Ariſtotelis ſucceſſor, a quo commemorantur *Androtion*, *Ariſtophilus* Plataicus, *Diphilus* Siphnius, *Eudemus* Chius, *Menecrates* quidam (dub.) *Meneſtor*: *Epicurus*, Gargettio-Atticus: *Heraclides*, Heracleota ſ. Ponticus, Ariſtotelis diſcipulus; ſicut etiam *Menon*, & *Strato* Lampſacenus, phyſicus: *Metrodorus* Athenienſis, Epicuri diſcipulus; *Archelaus* Ægyptius, ſub Ptolemæo Lagi: *Antigonus* Caryſtius: *Lyſimachus*, rex Thraciæ.

§. 23. Sæc. 38. Herophilei, *Mantias* ſ. Manteias: *Callimachus*: *Bacchius*, ſimul empiricus: *Zenon*: *Andreas* vel *Andron* ſ. Andras ſ. Andrias ſ. Andros, forte is, qui Chryſaoris filius, & qui Caryſtius, calumniator Hippocratis, comes archiatrorum Ptolemæi Philopatoris, ſectatores nactus: *Speuſippus* Alexandrinus: *Apollonius* pater & filius Antiocheni, ſimul empirici.

§. 24. Eraſiſtratei, *Strato*, cujus ſectatores Stratonei vocati; ex quibus *Apollonius*, forte *Apollonius* Memphites: *Apollophanes* Seleucienſis, Antiochi Soteris Syriæ regis archiater.

§. 25. Novæ ſectæ Empiricæ conditores, *Serapion* Alexandrinus, *Philinusque* Cous, Herophili diſcipulus: quos ſecuti *Glaucias*, hujusque & Mantiæ diſcipulus *Heraclides* Tarentinus, empiricorum præſtantiſſimus. Alius Mantiæ diſcipulus *Hygienus Hipparchus*: Heraclidis condiſcipulus *Dionyſius* quidam, diſcipulus *Eras* ſ. *Heras* Cappadox, (aliis Hieras.)

§. 26. *Cleophantus*, etiam *Cleophanes*, *Cleophantes*, vel *Cleophantas* dictus: *Mnemon* Sidetes, Pamphylius medicus, Cleophanti diſcipulus: & alter ejusdem diſcipulus *Antigenes*: *Antiochis*, Heraclidis Tarentini amicus: *Aſtydamas*, & *Apollonius* Cittieus, Heraclidis adverſarii: *Cratippus* Heraclidi commemoratus: *Aſclepiades* Myrleanus ſub Ptolemæo Evergeta: *Ariſtarchus*, medicus Berenices Antiochi Dei viduæ: *Synalus*, Hannibalis Carthaginenſis bellatoris medicus: *Calligenes*, Philippi Macedonum regis medicus: *Archagathus* Lyſaniæ filius, ex Peloponneſo, Græcorum primus medicinam, chirurgicen potiſſimum, Romæ profeſſus, Vulnerarius appellatus: *Mænarchus*, (al. Menarchus,) a Plauto commemoratus.

§. 27. Chirurgica arte clari, *Evenor*: *Nileus*: *Molpis*: *Nymphodorus* vel *Nymphodotus*: *Philoxenus* Chirurgus, prænomine Claudius: *Gorgias*: *Soſtratus*: *Herones* duo, (al. Hieron apud Celſum:) *Apollonii* etiam duo: *Ammonius* (al. Hammonius) Alexandrinus, lithotomus dictus.

§. 28. Inter philoſophos, *Chryſippus* Solenſis: *Aratus* Solenſis, poëta: *Eratoſthenes* Cyrenaicus. Inter Judæos *Jeſus Sirach*, & *Eſſæi*. *Ptolemæus* Evergetes, rex Ægypti, quo ordinante Medicis etiam doctoribus omnia in Ægypto plena facta ſunt: *Antiochus* II. Magnus, etiam Philometor vocatus, rex Syriæ.

§. 29. Sæc. 39. *Stratius*, medicus & legatus Eumenis Pergamenorum regis: *Aſclepiades* Pru-

ſienſis, Bithynus, qui doctrinâ Atomorum ad valetudinem applicatâ fundamenta jecit Methodicæ ſectæ: *Hiceſius* vel Iceſius, Eraſiſtrateus, Smyrnenſis ſcholæ medicæ præſes: cujus familiaris *Menodorus*: *Timotheus* Mithridatis regis medicus: *Cratevas*, Rhizotomus appellatus: *Chryſermus* Herophileus: *Nicander* Colophonius, alicubi etiam Thyatirenus dictus, Grammaticus: *M. Porcius Cato* Cenſor, qui primus omnium Romanorum de rebus medicis ſcripſit. Reges, *Attalus* Philometor Pergamenus: *Mithridates* vel Mithradates, Ponti rex.

§. 30. A Nicandro commemoratur *Alcibius*: a Nicandri Scholiaſte, qui putatur eſſe *Athenæus* quidam, *Anacreon*: *Archelaus* Cherſoneſius: *Demetrius* Chlorus: *Caſſius Dionyſius*, Itucæus ſ. Uticenſis; qui *Magonem* Carthaginienſem ex Punica lingua in Graecam transtulit: *Epænetus*: *Micton*: *Nicoon*: *Numenius*: *Petrichus*: *Tyrannion*.

§. 31. Sæc. 40. *Lenæus*, Pompeji M. libertus: *Poſidonius* vel Poſſidonius, Apameenſis, etiam Rhodius vocatus, Philoſophus Stoicus: *Nicon*, *Sexti Fadii* præceptor: *Zeuxis*, Tarentinus, Herophileus, ſcholæ medicæ Laodicenæ rector: Hiceſii amicus *Menodorus*, cujus frater *Paſicrates*, ambo Smyrnæi, Capitonis filii, iidemque Eraſiſtratei. Hiceſii diſcipulus *Heraclides*: Aſclepiadis diſcipuli, *Titus Aufidius*, Siculus, *Philonides* Dyrrhachenus, *Alexander Philalethes*, Zeuxidis ſucceſſor, *Marcus Artorius*, Auguſti Cæſaris medicus, inprimisque *Themiſon* Laodicenus, novæ ſectæ Methodicæ autor: Aſclepiadis

dis adverſarius *Athenæus* Attalienſis Cilix, ſectæ Pnevmaticæ autor.

§. 32. A Cicerone commemorantur fere ſuæ ætatis medici, *Alexio: Ariſtolochus*, a quo Ariſtolochia nomen accepit: *Cornelius Artemidorus*, Pergamenus vel Pergæus, ex comitibus Verris prætoris Siciliæ: *Aſclapo* Patrenſis: *Marcus Catius Miltiades*, Inſuber, Epicureus: *Cleophantus* quidam: *Lucius Clodius* Anconitanus, pharmacopola circumforaneus: *Craterus: Sextus Fadius*, aliis Fabius: *Lyſo: Metrodorus: Phidippus*, Dejotari regis medicus: *Aulus Rupilius.*

§. 33. A Marco Terentio Varrone commemorantur *Æſcheron* vel *Æſchrion: Agathocles* Chius: *Amphilochus* Athenienſis: *Anaxipolis* Thaſius: *Antigonus* Cymæus ſ. Cumanus: *Apollodorus* Lemnius: *Archytas: Ariſtander* Athenienſis: *Ariſtides* Samius: *Ariſtomachus: Ariſtomenes: Dionyſius Caſſius*, Uticenſis; *Chæreſtus* vel *Chræſtus: Chæreas* Athenienſis: *Dion* Colophonius: *Diophanes* Bithynus, forte idem, qui Nicæenſis vocatur Plinio: *Hegeſias* ex Maronea Thraciæ: *Menecrates* Epheſius. Ab Hygino commemoratur *Agnodice*, prima obſtetrix Athenis, diſcipula *Hierophili.*

§. 34. *Antiſtius*, aliis Antius, ſub Julio Cæſare: *Cleanthes*, Catonis Uticenſis libertus: *Philotas* Amphiſſenſis: *Glycon*, Panſæ conſulis medicus: ſub Cleopatra Ægypti regina, *Dioſcorides Phacas*, Alexandrinus, Herophileus, *Glaucus*, *Olympus*, *Comarius* ſummus pontifex: ſub Auguſto, *Antonius Muſa*,

Muſa, jus aurei annuli & immunitatem ſibi & medicis omnibus, ſtatuamque juxta Æſculapium promeritus; *Marcianus: Anaxilaus* Lariſſæus, Pythagoricus & magus; *Ariſteas* Rhodius, *Cyrus* Liviæ medicus, *Hippocrates* octavus, a quo laudatur *Terentius Evelpiſtus; Sextus Titius Alexander, Cajus Valgius. Euphorbus*, Jubæ Mauritaniæ regis medicus: *Heraclides* Erythræus Chryſermi diſcipulus, hujusque condiſcipulus *Apollonius Mys* ſ. Mus, Strabonis contemporanei, a quo etiam commemorantur *Simus* Cous, & *Thraſyaleus* Thaſius, unus ex antiquis phyſicis; nec non Maſſilienſium, & horum imitatione Gallicarum civitatum inſtitutum ſumtu publico conducendi ſophiſtas & Medicos. *Philonides* Catinenſis Siculus, præceptor Pacchii Antiochi.

§. 35. Non profeſſione medici, *Marcus Terentius Varro: Publius Virgilius Maro: Parthenius* Nicæenſis. Reges, *Cajus Julius Cæſar*, qui medicos omnes civitate Romana donavit: *Cæſar Octavianus Auguſtus: Juba*, Mauritaniæ rex: *Cleopatra*, Ægypti regina: *Archelaus*, rex Cappadociæ.

Poſt Chriſtum Natum Sæc. I.

§. 36. *Caſſius* Celſi, qui creditur eſſe Iatroſophiſta vulgo dictus, Pyrrhonius Galeno, Scepticus Laërtio; cujus ſervus *Atimetus*, Gordienſis: Aulus vel *Aurelius Cornelius Celſus*, polyhiſtor, medicorum Cicero & Latinus Hippocrates appellatus, a quo commemorantur *Afri, Arabs* quidam, *Archagathus, Ariſton, Ariſtogenes, Athenion, Attalus, Boëthus, Cæſar, Cleon* ophthalmicus, *Crato, Cteſiphon,*

phon, aliis Cleſipon, *Dexius*, *Diogenes*, (aliis Diogeſus,) *Dionyſius*, *Euelpis* ætate ejus maximus ocularius medicus; *Euelpiſtus* Phlegetis filius, nuper chirurgus Romæ; *Euthycleus*, *Galli* Comatæ partis, *Gorgias* chirurgus, *Hecatæus*, *Hermon*, *Hierax*, aliis Hieras, vel Heras Cappadox, vel Hieron, vel Hyron; *Jollas*, *Irenæus*, (al. Hirenæus,) *Judæus* quidam, *Lyſias*, *Medus*, *Meges*, Romæ chirurgorum nuper eruditiſſimus; *Menemachus* Aphrodiſæus, *Menophilus*, *Micon* vel Miccion vel Miction vel Miction, (alii leg. Nicon, al. Mycon, al. *Myron*;) *Moſchus*, *Panthemus*, *Philetes*, *Philippus* Epirotes, *Philo*, *Philocrates*, *Philotas*, *Philotimus*, clarus admodum autor; *Polyarchus*, *Polyidas* vel Polyides, (al. Polyidus,) *Protarchus*, *Ptolemæus* chirurgus, *Soſagoras*, *Tharrias* ſ. Tharreas, *Theodotus*, *Theoxenus*, *Timæus*, *Tryphon* pater, Romæ nuper chirurgus, præceptor Scribonii Largi; *Zeno*, Herophileus; *Zopyrus*, qui regi Ptolemæo antidoton dicitur compoſuiſſe.

§. 37. *Apulejus Celſus*, præceptor Scribonii Largi & Vectii Valentis: *Pacchius Antiochus:* Aſclepiadis ſenioris ſectatores, *Julius Baſſus*, *Tullius Baſſus*, *Petronius Niger*, *Sextius* vel Seſtius *Niger*, *Niceratus*, *Diodotus*. A Baſſo uno commemoratur *Phœbus* aliquis. *Eudemus* Themiſonis diſcipulus, adulterii cum Livia Druſi Cæſaris conjuge, Druſique veneno ſublati reus: *Vectius Valens*, itidem Themiſonis, nec non Apuleji Celſi diſcipulus, Meſſalinæ Auguſtæ corruptæ inſimulatus, qui novam quoque ſectam inſtituit.

§. 38.

§. 38. *Scribonius Largus Deſignatianus*, Apuleji Celſi diſcipulus; a quo commemorantur *Ambroſius* Puteolanus: *Antipater* ſenior, methodicus: *Ariſtus* chirurgus: *Athenippus* vel Athenippius: *Dionyſius* chirurgus: *Glycon* chirurgus: *Machaon* aliquis: *Traſeas* chirurgus: *Zopyrus* Gordienſis.

§. 39. Sub Tiberio *Charicles*: *Salluſtius* Mopſeates: *Tiberius* Ti. Cæſar. Aug. Ser. *Celadianus*, medicus ocularius: *Xenocrates* Aphrodiſienſis Cilix: ipſe *Tiberius Cæſar Auguſtus*: a Valerio Maximo commemoratur *Herophilus* equarius medicus. Sub Cajo Caligula *Alcyon*. Sub Claudio *Xenophon*, ejus medicus: *Alcon*, vel Alcontius, vel Accontius, vel Arcontius, vulnerum medicus: ipſe *Claudius* Imperator.

§. 40. *Diophantus* chirurgus: *Cratiſtus*: *Babillus* ſ. Balbillus, & *Statius Annæus*, a Seneca commemorati: *Aſclepiades* junior, Pharmacion: *Sabinus*, praeceptor Metrodori, & Stratonici præceptoris Galeni: *Tiberius Claudius Curena Menecrates*, Cæſarum medicus: Athenæi Attaliotæ diſcipuli, *Agathinus*, *Magnus*, Archiater tempore Galeni factus, & *Theodorus*.

§. 41. Sub Nerone, *Servilius Democrates* ſ. Damocrates: *Philo* Tarſenſis vel Triccenſis, methodicus: *Philo*, Perſa: *Demoſthenes* Maſſaliota, Philalethes vocatus, Alexandri Philalethis diſcipulus, ophthalmicus: *Ariſtoxenus*, etiam Alexandri Philalethis diſcipulus, Herophileus: *Andromachus* Creten-

Cretenſis, primus Archiater nuncupatus; cujus filius *Andromachus junior*, itidem Archiater: *Crinas*, al. Critias, Maſſilienſis, iatromathematicus: *Charmis* etiam Maſſilienſis: *Theſſalus* Trallianus, methodicæ ſectæ inſtaurator: *Erotianus*, aliis Herodianus, a quo commemorantur *Apollonius* ὁ ὄφις ſ. Serpens, & *Apollonius* ὁ θὴρ ſ. Beſtia: *Philinus* aliquis: *Marcellus*: *Claudius Agaternus*.

§. 42. *Nero*, Cæſar ipſe: *Lucius Annæus Seneca*: *Titus Petronius Arbiter*: *Agrippa* rex Judæus.

§. 43. *JESUS CHRISTUS*: *S. Petrus* Apoſtolus: *S. Paulus* Apoſtolus: *S. Lucas* Evangeliſta, & reliqui Divini viri: *S. Urſicinus* Ligur, martyr.

§. 44. Sub Veſpaſiano, qui confirmavit immunitatem Medicorum, *Pedacius* vel Pedanius *Dioſcorides*, Anazarbeus Cilix: a quo memorantur *Arius* ſ. Arieus Tarſenſis vel Philadelphenſis, Aſclepiadeus: *Apollodorus* Tarentinus: *Diodotus*: *Eupator*, rex: *Iolas* ſ. Iolaus Bithynus: *Mneſidemus*: *Niger*: *Petrichus*: *Petronius*: *Theſſalus* quidam. Porro, *Heliodorus* chirurgus: *Herodotus*, & *Archigenes* Apameenſis, Agathini diſcipuli: *Rufus* Epheſius.

§. 45. *Titus* Cæſar: *Cajus Plinius Secundus*, Veronenſis, Major, a quo commemorantur *Æſchines* Athenienſis, medicus: *Albutius*: *Antæus*, ſ. Anthæus vel Anchæus: *Antonius Caſtor*: *Apelles* medicus, Thaſius: *Apion*, Grammaticus: *Apollodorus* Cittieus vel Scillæus: *Apollonius* Pergamenus: *Apollonius* Pitaneus: *Archibius*, qui ad Antiochum regem ſcri-

pſit:

pſit: *Archidemus* ſ. Archidamus: *Ariſtides: Ariſtomachus: Arruntius: Artemon: Attalus* Athenienſis, vel Attales: *Cæcilius Bion: Bœus: Botrys* vel *Botryes: Cæcilius: Cæſennius: Cajus Julius: Callimachus* medicus: *Calpetanus: Caſſius: Caſtricius: Claudius* quidam: *Cleemporus* ſ. Cleamporus, vel *Cleempus: Cleopolemus*, (al. leg. Theopolemus:) *Clymenus* rex: *Dalion: Damion: Damon: Demetrius* Phyſicus: *Demoſtratus* vel Damoſtratus, Apameenſis, Senator Romanus: *Diochetes: Diodorus*, Empiricus: *Dionyſius: Diotimus* Thebanus: *Dorotheus*, poeta: *Dorotheus* Athenienſis: *Elephantis* vel *Elephantine*, mulier: *Evenor: Eupator*, rex: *Firmus: Glaucias* aliquis: *Glaucon: Horus* aliquis: *Hyginus*, (legitur etiam Higinus:) *Icetidas*, (al. Icacidas:) *Laïs*, fæmina: *Lucius Durius: Lycus* Neapolitanus: *Marcion* Smyrnæus: *Metrodorus*, Sabini diſcipulus, Aſclepiadeus: *Miletus: Mneſicles*, (al. Mneſides:) *Mneſtheus* ſ. Mneſtus: *Moſchion* quidam: *Neoptolemus: Olympiades* Thebanus: *Olympias* Thebana: *Ophilius: Ophion* vel *Opion*: *Petrejus* vel Petrojus: *Petridius*, (al. Petrichus:) *Phanias* aliquis: *Phanias* Phyſicus: *Philinus*, al. leg. *Phyllinus* vel Phylinus: *Pyeton: Quintus Stertinius: Rabirius: Rubrius: Salpe*, medica: *Salluſtius Dionyſius: Sextius Niger: Solon* aliquis: *Solon* Lycius: *Solon* Smyrnæus: *Sophocles: Soſimenes: Sotacus*, vetuſtiſſimus ſcriptor: *Sotira*, obſtetrix: *Staphylus: Theodorus* aliquis: *Thraſyllus: Timæus* quidam: *Timariſtus*, poeta: *Lucius Tuccius Valla: Zoroaſter* quidam. A *Plinio Valeriano* memorantur *Claudianus* quidam, *Fabius Clemens*,

Clemens, *Nero*, & *Valerius Paulinus*: a Solino, *Ammetus*.

§. 46. *Apollonius Tyaneus;* in cujus vita memorantur a Philoſtrato *Seleucus* Cyzicenus & *Stratocles* Sidonius; & cujus epiſtola extat ad *Critonem* quendam medicum: *Silius Italicus*: *Marcus Valerius Martialis;* a quo commemorantur *Alcon*: *Carus*: *Caſſellius*, dentium medicus: *Daſius*: *Diaulus*: *Eros*: *Fannius*: *Harmocrates* vel Hermocrates: *Hermes*, *Herodes* Clinicus: *Heros*: *Hippocrates* quidam: *Hyginus*: *Symmachus*, anatomicus.

§. 47. Sæculo Chriſtiano II. ſub Trajano, *Criton*, domus Imperatoriæ medicus: *Harpocras* vel Harpocrates aut Harpocration, iatralipta: *Olympicus*, Methodicus, præceptor Apollonii Cyprii: *Poſtumius Marinus*, amicus Plinii junioris: alius *Marinus*, præceptor Quinti, præceptoris Galeni: *Menodotus* Nicomedienſis, Empiricus, diſcipulus Antiochi Laodiceni, Sceptici, præceptor *Herodoti* Empirici, filii Ariei Tarſenſis: *Athenodorus*, Plutarchi æqualis.

§. 48. *Plutarchus* Chæronenſis ipſe; a quo memorantur, *Athryilatus Thaſius*: *Cleodemus*, ſuæ ætatis: *Cleoderus*: *Cleomenes*: *Glaux* vel Glaucus: *Moſchion*: *Nicias* Mallotes: *Nicias* Nicopolita: *Periander* Laco, poëta: *Sabinus* Romanus: *Trophilus*: *Tryphon* quidam. *Alcinous*, philoſophus Platonicus: *Herennius Philo* Byblius, Grammaticus.

§. 49. Sub Hadriano, qui pro immunitate Medicorum reſcripſit, *Aretæus* Cappadox, Pneumaticus: *Soranus* Epheſius, qui Methodicæ ſectæ doctrinam in perfectiorem formam redegit, Græcus ſcriptor; in Iſagoga huic attributa allegatur *Juſtinus*: *Apollonius* Cyprius, Methodicus, diſcipulus Olympici, præceptor Juliani, qui Galeni tempore fuit, al. Apollonides: *Antiochus* martyr, medicus ἀνάργυρος: *Artemidorus Capito*, & propinquus ejus *Dioſcorides*: *Hermogenes*, Hadriani cæſ. medicus: *Quintus* vel Cointus, præceptor Lyci Macedonis & Galeni: ipſe *Hadrianus* Imperator: a cujus liberto Phlegonte Tralliano memoratur *Dorotheus*. *S. Antiochus*, Sebaſtenus medicus, martyr: *S. Antiochus* Mauritanus, martyr.

§. 50. Sub Antonino Pio, qui immunitatem Medicorum ad certum numerum reſtrinxit, & paulo ante Galenum, hujus præceptores, *Ælianus Meccius*, ſenior ex iſtis præceptoribus: *Æſchrion* vel Æſcheron aut Æſchron, Empiricus: *Agathus* vel Agathius: Ephicianus vel rectius *Iphicianus*, qui etiam Quinti diſcipulus perhibetur: *Heraclianus*, Alexandriæ docens: *Lucius* aut Leucius: *Marcus*: *Numiſianus* vel Nomiſianus, Corinthius, aut Heracleanus, præceptor quoque *Pelopis*, præceptoris Galeni: *Phecianus*, fortaſſe Iphicianus modo dictus: *Publius*: Quintus jam §. præc. dictus: *Satyrus*, Quinti diſcipulus, primus ante Pelopen Galeni præceptor: *Stratonicus* Pergamenus, Sabini diſcipulus: *Talius* Athenienſis. Privilegia medicis a Marco Aurelio Imp. conceſſa.

§. 51. *Demetrius*, Archiater Antonini Imperatoris, forte *Ardimitrius*, qui fuit tempore Galeni, ſec. Serapionem: *Sextus*, Empiricus medicus, Scepticus philoſophus, Afer ſecundum quosdam; a quo commemoratur *Soterichus* chirurgus; fuitque præceptor *Saturnini* Cythenatis: *S. Alexander* e Phrygia, martyr ſub Marco Antonino Philoſopho: *S. Johannes* Afer Phryx, martyr ſub eodem, it. *S. Sanctus*: *S. Papilius*, Diaconus, martyr: *Antigenes*, Archiater Marci Aurelii Imp. Quinti diſcipulus: *Poſidippus*, ſub eodem Imp.: *Piſitheus*: *Soteridas*: *Marcellus* Sidetes, poëta Græcus, cum Latino *Flaviano*: *Ælius Ariſtides*, orator, ſed & antiſtes templi Æſculapii Smyrnenſis.

§. 52. *Claudius Galenus*, Pergamenus, natus circiter a. C. 131. mortuus a. 201. medicinæ Hippocraticæ per philoſophiam aſſertor; cujus amici fuerunt *Æneas*: *Antonius*, philomathes & philoſophus: *Apollonius Tarſenſis*: *Flavius Boëthus*: *Claudianus*: *Claudianus Solon*, niſi idem eſt cum priore, archiater, perperam alicubi Salomon ſcriptus: *Criſpus*: *Diogenianus*: *Epigenes*: *Eugenianus*: *Gorgias*: *Iſidorus* Antiochenus: *Juſtus*: *Monteus*, dubie: *Moſchion*, Corrector dictus: *Pamphilianus*: *Papias*: *Paternianus*, *Philotas*, poëta: *Piſo*: *Ptolemæus*: *Thraſybulus*.

§. 53. Condiſcipulus Galeni fuit *Dionyſius*, Methodicus. Ejusdem contemporanei, *Antipater* Junior: *Attalus*, diſcipulus Sorani Epheſii Methodici, Theſſalius aſinus Galeno vocatus: *Eudemus*

ſenex: *Julianus*, diſcipulus Apollonii Cyprii, ſecta Theſſalicus: *Juſtus*, ocularius medicus: Martialius vel *Martialis*, Eraſiſtrateus, anatomicus: *Pamphilus*, Grammaticus Alexandrinus ex Ariſtarchi ſchola: *Theophilus*, ob ſingularem cerebri morbum memorabilis. Fuit etiam alius *Galenus*, Menodoti Empirici filius.

§. 54. Præterea commemorantur a Galeno, Cletius *Abaſcantus*, Lugduni medicinam faciens: *Aburnius Valens: Acacius: Achillas*, compunctor: *Achillas* ſimpliciter: v. Aruntius infra: *Ægimius* Heliæus, al. Eleus, vel Velienſis: *Ægyptius* quidam: *Ælius* aliquis: *Ælius Cajus: Ælius Gallus:* v. Thalius: *Aëtius* Sicanius, ex cujus & aliorum libris excerptus eſt liber de atra bile, inter Galeni opera reperiundus: Julius *Agrippa: Alcetis* vel *Alceſius*, iatroſophiſta: *Alcimion*, vel Alcimon vel Alcimius: *Alcipius*, al. Alcibius: *Alexander* quidam: *Amaranthus* Grammaticus: *Amentas* chirurgus: *Ammonius* aliquis: *Amphion: Amythaon: Andronicus: Angedenus: Antigenes* quidam vel Antigenus: *Antigonus*, medicus Caſtrenſis celebris: *Antimachus: Antiochus*, octogenarius ſaniſſimus: *Antiphanes* Delius: *Antoninus* Cous: *Antonius* Epicureus: *Antonius* herbarius ſ. rhizotomus: *Antonius* Pharmacopola: *Aphrodas: Aphrodiſeus: Apion: Apius Phaſcus: Apœmantes* Eraſiſtrateus: *Apollo: Apollonius* Archiſtrator: *Apollonius* Byblas: *Apollonius* Organicus: *Apollonius* Theſpianus: v. infra Claudius: *Apollophanes: Appius Faſcus* vel Phaſcus: *Aprianus: Aquilia Secundile: Arabas* Thebanus: *Ariobarzanes: Ariſtarchus* quidam: *Ari-*

Ariſtarchus Tarſeus ſ Tarſenſis: *Ariſteus: Ariſtocles*: *Ariſtocrates* Grammaticus: *Ariſtolaus*: *Arius Lecanius*: *Arrhabianus*: *Artemidorus* aliquis: *Artemidorus* Augur: *Aruntius Achillas*: *Aſpaſius*: *Aſphalarteſius*: *Ateuriſtus*: *Athinæus*, (al. Athenæus:) *Atlas* Pamphilienſis: *Attalio*: *Aurelius*: *Axiologus*, (al. aliter leg.) *Axiorius*: *Axius* Ocularius (al. elogium Stoli Britannici videtur:) *Azanitus* vel Azanites: *Bachmindus*, dubie: *Bamachitus*: *Baphullus*: *Baſius*, dubie: *Baſſus*: *Baſſus* Stoicus: conf. inf. Pomponius: *Berythius* vel Beritius: *Biennius*: *Biennites*: *Brenitus*: Britannicus, v. infra Stolus: *Cajus* Neapolitanus: *Cajus* ſ. Gajus Ocularius: *Callianax* Herophileus: *Callicles* Empiricus: *Callinicus*: *Camachilis*: *Cammachirus* ſ. Camachirus: Capito quidam: *Capito* Ophthalmicus: *Carterus*, (fortaſſe Craterus, ævo Ciceronis:) *Caſtus*: *Celer*, Primipilaris: *Chorilampus*: *Chariton*, Ochlagogus: *Charmides*: *Chleras*: *Chryſanthus* Gratianus: *Chryſaris*: *Cimon*: *Claudius Apollonius*: *Claudius Damonicus*: *Clemens Sertorius*: *Cleobulus*: *Cloniacus*: *Cochlax* vel Conchlax, v. inf. Ophionicus: *Colamus* rex: *Codius* Tuſcus: *Comon* Philoſophus: *Cornelius*: *Corſus*: *Coſſus*: *Criambulus*: *Criſpus* aliquis: *Criſpus* Libertus: *Critias*: *Criton* Gortyniates Cretenſis: *Cureus*, i. e. Tonſor, Bithynus: *Cyrtus*: *Damonicus*: *Darius*: *Deileon* ſ. Deleon: *Deletius Epagathus*: *Demetrius*: *Demetrius* Bithynus: *Demoſthenes*: *Diocles*: *Diocles* Chalcedonius: *Diogenes* Apolloniates, Phyſicus: *Diomedes*: *Dion*: *Dionus*: *Dionyſiodorus*: *Dionyſius* Mileſius: *Dionyſius* Samius:

mius: *Diophantes* Medicus, Lycius: *Diophantus* Chirurgus, qui Andromachum & Aſclepiadem ætate anteceſſit: *Dioſcorides*: *Dioſcorides* Alexandrinus : *Dioſcorides* Tareus vel Tarſenſis: *Dioſcorus*: *Diotas* Iatraliptes: *Diphilus* Siphnius : *Domitius Nigrinus* : *Domnus*: *Dorotheus Helias* : *Epidaurus* : *Epigonus* : *Euangeus* : *Eubulus* : *Euclides* Palantinus vel Palatianus : *Eudemus* poëta: *Eudemus* Methodicus : *Eudemus* ſenior : *Euemerus* : *Eugenius* : *Eugeraſius* : *Eunomus*, Aſclepiadeus : *Euphranor* : *Euphrates*, Catholicus : *Euſchemus*, Spado : *Fauſtinus*: *Flavius Clemens* : *Flavius*, Pyctes ſ. pugil : *Florus* : Gajus, v. ſupra Cajus : *Gallio* Ocularius : *Gallus Marcus*, Aſclepiadeus : *Gallus* aliquis : v. ſupra Ælius : *Gemellus* : *Gennadius* : *Glaucias* quidam : *Glaucus* aliquis : *Gleucinus*, qui ante Heram de medicamentis ſcripſit: *Halieus*, i. e. Piſcator : *Harpalus* vel Herpalus ; *Harpocras*, *Harpocrates*, *Harpocration* : *Heliodorus*, Athenienſis, poëta tragicus, qui etiam Nicomacho cuidam librum aliquem dedicavit : *Hercules* Erythræus : *Hermias*, Ophthalmicus : *Hermogenes*, Eraſiſtratius, *Charidemi* etiam medici filius : *Hermon* Hierogrammateus templi Vulcani Memphitici in Ægypto : *Hermophilus* : *Hero*, medicus Ophthalmicus : *Herodotus* quispiam : *Herodotus* diæteticus : *Herodotus* autor introductionis & Medici : *Hierax* Thebanus : *Hiereus*, v. Sacrificulus : *Hybriſtus Oxyrynchitus* : *Hygienus* : *Hyinus* : *Icodotus* : *Idiotas* : *Idius* : *Joaches* Martyropolites: *Iras*, (qui creditur eſſe Eras ſ. Heras :) *Julius Secundus* : *Lampon* Peluſiota : *Lampon* ſimpliciter :

Laodi-

Laodicus rex. *Lecanius* Arius, v. Arius: *Leonides* Alexandrinus, Epiſyntheticus: *Licinus* Atticus: *Lingon*: *Lucius* quisquam ſ. *Leucius*: *Lucius* Tarſeus ſ. Tarſenſis: *Lycomedes*: *Mabitus*: *Macedo* aliquis: *Machærion*: *Macharion*: *Magnus* Clinicus, & Periodeutes, i. e. Circulator: *Magnus* Philadelphienſis: *Magnus* Tarſeus: *Maja*, mulier: *Marabateus*: Manaſeus, v. inf. Mnaſeus: *Marcellinus*: *Marcus* aliquis: *Marcus Gallus*, idem qui ſupra Gallus Marcus: *Marcus Terentius*, Aſclepiadeus: *Martianus*, anatomicotatus a Galeno vocatus: *Maſſaliotes* ſ. Maſſilienſis, a patria appellatus, qui creditus eſſe Demoſthenes Maſſaliotes aut Philalethes: *Medeus*: *Meges* Sidonius: *Meliton*: *Melitus*: *Menander*: *Menelaus*: *Meneſtheus*: *Menippus*: *Menitheus*: *Menius Rufus*: *Menodorus*, Eraſiſtrateus: *Menœtas*; Menutianus, idem cum Minutiano: *Mevius Ruffus*: *Minutianus*: *Mnaſeas*, Mnaſæus, Manaſeus, Mnaſeus, Mnaſias, Mnaſius, Mnaſſeus, Methodicus: *Mnaſon*: *Mneſitheus* Athenienſis, Dogmaticus: *Moſtaſes*: *Myſiæ* præfectus medicus: *Naucratites*, a patria dictus: *Neapolita*, ſimiliter, qui Cajus ſupra poſitus creditur: *Nearchus*: *Nicetes*: *Nicodemus*, al. corrigunt Nicomedes: *Nicolaus* ſ. Nicoleos: *Nicomachus* quidam: *Nicomachus* Smyrnæus: *Nicomedes*: *Nicoſtratus*: *Niger*; Nigrinus, v. ſupra Domitius: *Nilus*: *Olympiacus* vel *Olympicus*, Mileſius, Methodicus: *Olympionicus*: *Olympius*: *Olympus*: *Oneſidemus*: *Onetrus* vel Oneter: *Ophionicus Conchlax*, quod tamen fictum nomen videtur Galeno: *Oreſtinus*: *Origenes* vel

Origenias: *Orion* ὁ κ]ενιςὴς, i. e. pectendarum comarum artifex: *Orphitus*: *Oſantrus*, Hippiatricus: *Orus* Mendeſius junior: *Otho* Siculus, (al. leg. Ortho) *Pamphilus*, μιγμα]οπώλης, i. e. Pharmacopola: *Papias* Laodiceus, Autolyci medicus: *Paſion* vel Paſſion: *Paulinus*: v. inf. Valerius: *Perigarius*: *Perigenes*: *Petinus*: *Petronius Areta*: *Phædrus*: *Phænias*: *Phanius*: *Phaon*: *Pharaſtarus*: *Pharaſtus*: *Pharnaces* rhizotomus ſ. herbarius: *Philetas*, antiquus medicus: *Philinus* aliquis: *Philippus*, juniorum aliquis, Empiricus: *Philippus* Cæſareæ medicinam faciens; *Philippus* Macedo: *Philippus* Sophiſta: *Philocalus*: *Philocles*: *Philoxenus* quidam: *Philoxenus* Grammaticus: Phlabius, eſt Latine Flavius ſupra dictus: *Phocas* augur: *Phylacus*: *Piſcator* quidam, idem qui ſupra Halieus: *Pitholaus*: *Plato* quispiam: *Podanithus*: *Polles* Ægienſis, philoſophus artes Divinatorias profeſſus: *Poloniſus*: *Polycletus*, Statuarius: *Polyidas*, ſ. Polyides, aut Polyidus, vel Polydas: *Pompejus Sabinus*: *Pomponius Baſſus*: *Potamon*: *Praſion*: *Primion*: *Proclus*, Methodicus: *Proculus*, Themiſonis ſectator: *Prodicus*: *Protas* Peluſiotes: *Proxenus*: *Prytanis* vel *Prytanides*: *Ptolemæus*: *Publius* quidam: *Pudentianus*, Epicureus: *Pyramus*: *Pyro*: *Pythion*: *Pythius*: *Quadratus*: *Rheginus*, Methodicus: *Rhipalus*: *Menius Rufus*: *Ruſticus*: *Sabinus*, v. Pompejus: *Sacrificulus*, ἱερεὺς aliquis: *Samithras*: *Sarkeuthites*: *Secundus* Gymnaſtes: *Julius Secundus*: *Semmias* ſ. *Simmias*, Medus, Ochlagogus: *Serapias*, mulier: *Sergius* Babylonius, Ocularius: *Severus*: *Sigon*: *Silo*: *Socra-*

cration: *Solon* Diætarius: *Soſander*: *Soſicrates*: *Speuduſa*: *Stolus* Britannicus, celebris Ocularius: Talius, v. Thalius: *Tarentinus* aliquis, nomen a patria ductum, quod de Heraclide intelligi volunt: *Telamon*: *Telephanes*: *Terentius* aliquis: *Marcus Terentius*, Aſclepiadeus: *Terentius Valens*: *Thalius Ælius*: *Thamyras*: *Tharſeas*, Chirurgus, forte idem qui Thraſeas Scribonio: *Thebæus* aliquis, qui Hierax Thebanus eſſe Fabricio videtur: *Themiſtius*, al. Thesmichin: *Theocritus*: *Theodas*, Empiricus: *Theon* Alexandrinus: *Theophilus* aliquis: *Theotropus*: *Theſpianus*, qui poteſt eſſe Apollonius Theſpianus: *Theſpeſianus*: *Theudas* vel Theodas, Sarcophagus: *Theutras*, Empiricus: *Timocrates*: *Tonſor* Bithynus, qui ſupra Cureus: *Treptus*: *Tryphon* Antiquus: *Tryphon* Gortyniates: *Tullius* aliquis: *Turpilianus*: *Tyrannus*: *Valens* aliquis: conf. Alburnius, & Terentius: *Valerius Paulinus*: *Ugæus*: *Urbanus* Indus: *Xanitas*: *Xenophon* aliquis, forte Cous Athenæi: *Xenophon* Eraſiſtrateus: *Zenon* aliquis: *Zenon* Laodiceus: *Zeuxis* aliquis: *Zeuxis* Empiricus: *Zoilius* aut Zoilus, Ophthalmicus: *Zoſimus*.

§. 55. In libro de Medicinis Expertis, qui ſub Galeni nomine inter hujus ſcripta reperitur, ſed longe recentior & *Gariopionti* vel *Arabis* cujusdam eſſe creditur, & in aliis ſpuriis commemorantur *Achaaſos* Experimentator ſ. Empiricus: *Acoſtror*: *Agargeus*: *Amaron* rex: *Andrezeos* vel *Andrizeas*: *Aridion* filius Meliz: *Aſirita* Romanus: *Aſtaron* vel Aſtoron, de civitate Tereſte, Experimen-

mentator, familiaris Acoſtroris: *Aſtrocanus: Azaricon: Barlaam* Monachus, vel *Barnabas* Monachus: *Baſilius ICtus* Meliteniotes: *Betarmen*, aut Betarnem, Siculus: *Bezar* quidam medicus dictus, velut a morte liberantem dixeris: *Caſion* ex Armenia anteriore: *Catilina*, regis Lithois medicus: *Games: Gereon* Græcus: *Harcon* vel *Harcoz*, diſcipulus Sotionis: *Hargemen* vel *Hargemez*, itidem Sotionis diſcipulus: *Irinus* Romanus: *Satyrii*, ad quos medicinæ Thamoris poſt mortem hujus pervenerunt: *Sotion*, maximus medicorum Græcorum, qui etiam medicamenta de ſcriptis Zenonis dedit, cujusque diſcipuli fuerunt *Teranon* ſ. Theranon vel Teranoz, & Hargemen & Harcon: *Thamor* de regione Æthiopiæ, qui fuit ex bonis Experimentatoribus: *Zacharias* de Babylonia: *Zenon* Athenienſis, qui fuit unus de magnis medicis, et poëta: *Zotion*, idem qui Sotion.

§. 56. *Lucius Apulejus*, Madaurenſis, Philoſophus Platonicus: cujus ſervus *Themiſon* aliquis, medicinæ non ignarus: & coætaneus, *Apollonius* quidam. A Diogene Laërtio commemorantur *Aſtrampſychus*, magus Perſa: *Boëthus* quidam: *Chryſippus* aliquis de re ruſtica: *Diogenes* Apolloniates, Phyſicus: *Pythagoras* quidam de hernia: *Strato*, antiquior illo Eraſiſtrati diſcipulo aut alumno: *Theodorus* quidam: *Timon* Phliaſius, Philoſophus Platonicus, unaque medicus, cum filio *Xantho*: *Xenophon* Cous.

§. 57. A Luciano commemorantur, *Antigonus*, ætatis ſuæ medicus: *Alexander*: *Pætus*: *Toxa-*

Toxaris Scytha. A Pauſania, *Nicomachus* Stagirites, Machaonis filius, (an pater Ariſtotelis ?) A Julio Polluce, *Epænetus*: *Glaucus* Locrenſis: *Hegeſippus*: *Heraclides* Syracuſanus: *Mithæcus*: *Pantoleon*: *Paxamus*: *Simonactides* Chius: *Sophon* vel *Zophon*: *Tyndarichus* Sicyonius: *Zopyrinus*; omnes rei coquinariæ ſcriptores.

§. 58. Ab Athenæo commemorantur, *Aceſias*, opſartyticus ſcriptor, ut etiam fere ſequentes: *Aceſtius*: *Actides*, al. rectius *Simonactides*, Chius: *Ægimius* Heliæus: *Agis*: *Alexander* Myndius e Caria: *Andrantus*: *Archeſtratus* Gelous: *Archytas* quidam: *Caecilius* Argivus, halieuticus poëta: *Criton* aliquis: *Daphnus* Epheſius, unus ex Dipnoſophiſtis Athenæi: *Diocles* quiſpiam: *Dionyſius* quidam: *Diphilus* Caryſtius: *Diphilus* Laodicenſis: *Dorion*: *Epænetus*: *Eraſiſtratus* quidam: *Euthydemus* Athenienſis: *Glaucus* Locrenſis: *Harpocration* Mendeſius: *Hegeſippus*: *Heraclides* Cumanus: *Heraclides* Syracuſanus: *Herodorus* Heracleotes, al. Herodotus: *Herodorus* Lycius, al. Herodotus: *Metrobius*: *Mithæcus*: *Phileſtion*, al. Philiſtion, aliquis: *Ruffinus* Nicæenſis, Dipnoſophiſtarum unus: *Stephanus* aliquis: *Tyndaricus* Sicyonius, ex Batone: *Zopyrinus*.

§. 59. *Sextus* Chæroneus, Plutarchi ex ſorore nepos, Philoſophus Stoicus: *Artemidorus* Daldianus, vel Epheſius, Græcus ſcriptor, Onirocriticus, a quo commemorantur *Apelles* Chirurgus,

gus, & *Apollonides* Chirurgus, *Apolloniusque* Attalienſis Onirocriticus: *Alexander* Aphrodiſeus ex Caria, Philoſophus Peripateticus, Exegeta appellatus: *Palladius Rutilius Taurus*, vel Scaurus, *Æmilianus*, medicus Latinus vergente ſæculo.

§. 60. Sæculo III. ſub Septimio Severo & Caracalla, *Quintus Serenus Samonicus*, medicus poëta Latinus: cujus filius cognominis Gordiani Imp. præceptor fuit: *Oppianus*, Anazarbeus Cilix, Grammaticus & Poëta Græcus, ſub Caracalla; quem *Eutecnius* ſophiſta, incerti ævi, proſa Græca expreſſit: *Nicomedes* Smyrnæus, ſub Gallieno: *Cælius Apicius*, Coquinariæ rei ſcriptor Latinus: *Euphroſynus*, præceptor S. Pantaleontis: *Ægialeus* Archiater, in Actis Archelai cum Manete, & a S. Epiphanio commemoratus: *Cælius Aurelianus*, Siccenſis Afer, Methodicus, Latinus ſcriptor, verſus finem ſæculi. Reſcriptum Impp. Diocletiani & Maximiani, quo immunitas Medicis concedenda decreto Decurionum ſubjicitur.

§. 61. A Cælio Aureliano commemorantur *Apollonius Glaucus*: *Ariſtoteles* medicus: *Athenæus* Tarſenſis: *Cajus*, Herophili ſectator: Caridemus vel *Charidemus*, Eraſiſtrati ſectator, Hermogenis Eraſiſtratei pater: *Demarchus*: *Demetrius* Apameus, ex Herophili ſectatoribus: *Demetrius* Attaleus, etiam Herophileus: *Demetrius* quidam ſimpliciter: *Leonides* ſ. Leonidas: *Luſius* vel *Lyſias*: *Magnus* Epheſius: *Menecrates* Zeophletenſis: *Milæſius*: *Nicander* aliquis: *Salimachus*: *Silimachus*, Hip-

Hippocratis ſectator, forte idem cum præcedente: *Socrates* Chirurgus : *Trigon: Tullius Baſſus : Valens* Phyſicus.

§. 62. Martyres, *S. Codratus*, Corinthius, a. 258. *S. Thalelæus* Cilix, vel Ægeates Cilix, ſecundum alios ex monte Libano, a. 284. *SS. Cosmas & Damianus*, gemelli fratres, Ægeatæ Cilices, medici *ἀνάργυροι* ſ. gratuiti, (quemadmodum & fere ſequentes,) a. 290. *S. Pantaleon*, Nicomedienſis, diſcipulus Euphroſyni, a. 290. item ſub Diocletiano vel Maximiano *S. Cyrus* Alexandrinus, *S. Johannes*, *S. Diomedes* Tarſenſis, *SS. Leontius & Carpophorus* Arabes, *S. Oreſtes* Tyaneus Cappadox, etiam Philoſophus ; *S. Zenobius*, medicus gratuitus, Ægeates Cilix, ibidemque Epiſcopus : *S. Theodoſia.*

§. 63. *Claudius Ælianus*, Romanus, ſed Græcus ſcriptor, Sophiſta; a quo memoratur *Neocles* quidam. A Clemente Alexandrino, *Antiphanes* Delius, fortaſſe idem ille, qui Galeno memoratur. *Porphyrius*, Philoſophus Platonicus ; a quo commemorantur in vita Plotini, *Euſtochius* Alexandrinus : *Paulinus* Scythopolites : *Zetus* Arabs : *Anatolius*, Jamblichi Philoſophi præceptor, ſcriptor Græcus.

§. 64. Sæculo IV. *S. Euſebius*, patre etiam Medico natus, Papa Romanus, martyr a. 310. *S. Theodotus*, Epiſcopus Laodicenus : *Sopolis* vel *Soſipolis*, Aetii Antiocheni, Athei, præceptor : *Quintus Rhemnius Fannius Palæmon*, Latinus :

Phi-

Philoſtorgius, pater Philagrii & Poſidonii medicorum: *Naumachius*, præceptor Philagrii: *Zeno* Cyprius, Alexandriæ artem exercens. Oribaſii multorumque aliorum præceptor, Conſtantini M. Imp. reſcriptum de immunitatibus Medicorum. Alexandriæ & in ejus Muſeo medicorum chirurgorumque frequentia.

§. 65. *Oribaſius* Pergamenus, Græcus ſcriptor, diſcipulus Zenonis Cyprii, Juliani Imperatoris Medicus & ab hoc Quæſtor Conſtantinopoli conſtitutus; a quo commemorantur *Antyllus* aut Antillus: *Ariſtio* Paſicratis filius, chirurgus: *Heracles* de laqueis: *Heliodorus* de machinamentis, a quo allegatur *Menecritus* Chirurgus: *Lycus* aliquis: *Mneſitheus* Cyzicenus: *Philagrius* Epirota, vel ſecundum alios Lycius Macrenſis, Naumachii diſcipulus, Theſſalonicenſis medicus: *Philumenus*, al. Philomenus aut Philominus: *Rutilius* quidam: *Xenophilus* aliquis.

§. 66. Oribaſii condiſcipuli vel amici fuere *Eunapius* Sardianus, Græcus ſcriptor, Zenonis Cyprii diſcipulus: *Magnus* Antiochenus, ejusdem Zenonis diſcipulus, Iatroſophiſta, Alexandriæ docens: *Jonicus* Sardianus, pariter Zenonis diſcipulus, celebris medici filius. Oribaſii filius fuit *Euſtathius*. Ab Eunapio commemoratur *Theon*, medicus in Gallia.

§. 67. Ab Himerio oratione laudatus eſt *Arcadius*, Comes Archiatrorum. Apud Ariſtænetum occur-

occurrit *Panacius*: apud Libanium, *Eugnomonius*: apud Ammianum Marcellinum, *Dorus*, Scutariorum medicus: apud S. Ephræmum, *Domnus*, medicus Conſtantinopolitanus, peſte exſtinctus: et *Macedonius*, ex medico Conſtantinopolitano Monachus factus: apud S. Epiphanium, *Ægialeus* Archiater, & *Claudius* Sophiſta.

§. 68. *S. Cæſarius*, frater Gregorii Nazianzeni, Alexandriæ medicinam doctus, Juliani & Valentis Impp. Archiater, comes rerum privatarum, Quæſtor Bithyniæ, Ærarii præfectus, & Senator Conſtantinopolitanus, mortuus a. 369. *Julius Auſonius*, Vaſatenſis, pater Decimi Magni Auſonii, Valentiniani I. ſ. Magni Archiater & Præfectus Illyrici, mortuus a. 377. æt. 90. cujus filius ſecundus, *Avitianus*, etiam medicus fuit, ſed immatura morte raptus: *Vindicianus*, Latinus ſcriptor, etiam Valentiniani I. Comes Archiatrorum, Proconſulari dignitate ornatus, præceptor Theodori Priſciani, Methodicus: *Baſilius*, Epiſcopus Ancyranus, depoſitus a. 360. *Aëtius* Antiochenus, Atheus dictus, Eccleſiæ Antiochenæ Diaconus, ſed depoſitus: *S. Juvenalis*, ex medico Presbyter, deinde Epiſcopus Narnienſis, mortuus a. 376.

§. 69. *S. Baſilius Magnus*, Archiepiſcopus Cæſareæ Cappadociæ; a quo commemorantur *Euſtathius*: *Meletius* Archiater: *Paſinicus*: *Gregorius*, Nyſſenus Epiſcopus: *Nemeſius*, Philoſophus, & Epiſcopus Emeſenus: *Joſephus* Judæus, qui Magno Baſilio ſæpe medicinam fecit: *Philagrius* &

Poſi-

Poſidonius, filii Philoſtorgii: *Valens*, præceptor Marcelli Empirici: *Demoſthenes*, ſub Valente Imp. opſoniis præpoſitus. Conſtitutio Imperatorum de Profeſſoribus & Medicis: ſpeciatim etiam Valentiniani & Valentis reſcriptum de Archiatris eligendis.

§. 70. *Theodorus Priſcianus*, ſcriptor Latinus, Vindiciani diſcipulus, Methodicus, Archiater Gratiani Imperatoris, cujus opus etiam *Quinti Octavii Horatiani* nomen gerit. Ab eo commemorantur *Andronicus Ticianus*, vir clariſſimus: *Eugamius*: *Euſebius*: *Leoparda*, uxor Nomenclatoris cujusdam: *Philoſophianus*: *Terentius Eutychianus*: *Titianus*: *Victoria*. Scripſit ad *Timotheum* fratrem: ad *Sabinam* aut Salvinam vel Victoriam: ad *Euſebium* filium. Collega ejus fuit *Olympius*.

§. 71. *Marcellus*, *Empiricus* dictus, Burdigalenſis, Latinus ſcriptor, Theodoſii Magni Imp. Archiater, & officiorum Aulæ Magiſter; a quo commemorantur, *Africana* quædam: *Apollinaris*: *Artemiſius*: *Artemius*, forte idem cum præcedente: *Eutropius*: *Eutychianus* Archiater: *Gamalielus* Patriarcha: *Januarius*: *Johannes Criſpus*: *Junius Criſpus*: *Proclianus*: *Proſdochus*: *Siburius*, quod tamen nomen corruptum videtur ex Scribonio.

§. 72. Theodoſii Magni Archiater alius fuit *Epictetus*: item *Johannes* quidam inter ejus Archiatros ſe ingeſſit. *S. Ambroſius*, Archiepiſcopus Mediolanenſis, inter Medicos quoque ſcriptores connumeratur: nec non *Decimus Magnus Auſonius*,

nius, Poëta Latinus; a quo memorantur *Alcon*: *Eunomus*, imperitus medicus: *Japis*. Apud Ambroſium Aurelium Theodoſium Macrobium occurrit *Diſarius*: apud Heliodorum, Epiſcopum Triccenſem, in Aethiopicis, *Aceſtinus*: apud S. Hieronymum, *Flavius* Grammaticus, de medicinalibus rebus Poëta.

§. 73. Chemici feruntur, *Jamblichus* Chalcidenſis, Philoſophus Pythagoricus, Græcus ſcriptor poſt principium hujus ſæculi: & *Heliodorus* Philoſophus, poëta Græcus ad Theodoſium Magnum Imp.

§. 74. Hippiatrici Græci, *Abſyrtus* Bithynus, Pruſæenſis vel Nicomedienſis, & *Hippocrates*, ſub Conſtantino Magno: & coævi, *Agathocles*, *Ammonius* Alexandrinus, *Antipater* Alexandrinus, *Apellas* Laodicenſis, *Apolloniades*, *Artemas*, *Cajus*, *Damas* Laodicenſis, *Damnatus*, *Degmius*, *Demetrius* Apſyrti avus, *Dionyſius*, *Dius*, *Epiphanius*, *Eudoxus*, *Fronto* Epheſius, *Hegeſagoras* medicus, *Himerius*, *Herodion* Alexandrinus, *Marcus*, *Memnon*, *Papias* Antiochenus, *Paſicrates* Alexandrinus, *Secundus*, *Sennas* centurio, *Statilius Stephanus* medicus: ejusdem quoque fere temporis fuit *Pelagonius* hippiater. Paulo poſt hunc & Apſyrtum vixit *Publius Vegetius* mulomedicus.

§. 75. Sæculo V. Honorii & Theodoſii Impp. conſtitutio de privilegiis Medicorum & Archiatrorum. *S. Nicerata*, quæ S. Chryſoſtomo medicinam adminiſtravit: *Hymetius* vel *Hymnetius* Ar-

chiater, ad quem epiſtolæ S. Chryſoſtomi: *S. Dionyſius*, Diaconus & medicus Romæ, mortuus a. 410. *Gennadius*, medicus præclarus Romæ & Carthagine, S. Auguſtino chariſſimus: *Armenius* Archiater, ad quem epiſtola Firmi Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ: *Dorotheus*, Diaconus & medicus, ad quem epiſtola Iſidori Peluſiotæ: *Eudoxius*, ſub Theodoſio II., pravi, ſed exercitati ingenii: *Jacobus* Cilix; Pſychreſtus, Heſychii filius, Leonis I. Imp. Comes Archiatrorum, Dei obſervantiſſimus, ſtatuis condecoratus.

§. 76. *Syneſius*, Epiſcopus Ptolemaidis, Græcus ſcriptor Onirocriticus & Chemicus, cui etiam liber de Febribus tribuitur. Alii Chemici Græci hujus Sæculi perhibentur *Archelaus*, *Claudianus*, *Coſmas* Hieromonachus, *Dioſcorus* ſacerdos Serapidis: *Epibychius*, *Eugenius*, *Heracleus*, *Hierotheus*, *Iſaacus* Monachus, *Olympiodorus*, *Pelagius*, *Philippus* Sidetes, *Philoſophus* anepigraphus, *Plato*, *Sergius*, *Theophraſtus*, *Zoſimus* Panopolita.

§. 77. *Aëtius* Amidenus, Græcus ſcriptor, Comes Obſequii; apud quem occurrunt, *Acholius*: *Adamantius* vel Adamantus, Sophiſta, qui librum dedicavit Conſtantio Cæſari, Placidiæ ſororis Honorii conjugi: *Apher* medicus, quisquis eſt: *Ammonius* Chirurgus: *Amython*, alii corrigunt Amythaon: *Anaſtaſius*: *Andronius*: *Anthus*: *Apolloniades*: *Apollonius* quidam: *Aſpaſia*: *Aſterius*: *Berenice*: *Bolas*: *Candidus*: *Caſtinus*: *Ciſſophon*: *Cleopater*: *Conſtantinus*: *Cyrillus* aliquis:

Cyril-

Cyrillus Archiepiſcopus: *Cyrus*, Archiater Edeſſæ: *Danaus*: *Didymus*, virium herbarum peritiſſimus: *Doarus* Epiſcopus: *Doſitheus*: *Heliades*: *Hephæſtus*, ſi a tali viro Hephæſtias emplaſtrum nomen traxit: *Heras*, Frontini medicus: *Hermon*, Sacerdos: *Hermus*: *Horus* Mendeſius: *Hygias*: *Jamblichus* quidam: *Indus* aliquis: *Johannes* quidam: *Iſidorus* Memphites: *Julianus* Diaconus, æqualis & contemporaneus Aëtii: *Juſtinus*: *Juſtus*: *Logadius*: *Magiſtrianus*: *Majorianus*: *Marcianus*: item *Martianus* Apher, & *Martianus* alius ſimpliciter: *Martyrius*: *Menas* Chirurgus: *Menecles*: *Monus*: *Nicolaus*, autor Dynameri: *Numius*: *Olympus* Sophiſta: *Pamphilus* Epiſcopus: *Petrus* Archiater: *Philoſophus* quidam medicus: *Piſo*: *Poſidonius* vel Poſſidonius: *Presbyter* quidam: *Presbyter Indus*: *Serenus*: *Severianus*: *Soranus* Epheſius junior: *Stanoſmodus*, al. Stanesmodus: *Stratiotes*: *Strato* aliquis: *Theodoſius*: *Theodotius Severus*: *Theon*: *Theopompus*: *Theoſebius*: *Thraſyander*: *Xyſticus*.

§. 78. *Domnus*, Judæus: *Geſius* aut Geſſius, hujus Domni diſcipulus, ſed qui a præceptore ſuo diſcipulos avertit atque ad ſe traduxit, Iatroſophiſta Ethnicus, Alexandriæ docens, artemque factitans, tempore Zenonis Imp.: *Galenus*, medicus & Philoſophus Conſtantinopoli, ob aſtrologicas prædictiones ab Imp. Zenone interfectus: *Juſtus*, judicio Sidonii Apollinaris Chironica (male faciente) magis inſtitutus arte, quam Machaonica: *Cyrus* Alexandrinus, arte medicus, ex Philoſopho

 Mo-

Monachus, ut ſcribit Gennadius, ab aliis legitur *Syrus* : *Megetius*, Simplicii philoſophi æqualis : *Paulus*, Græcus, ex medico Epiſcopus Emeritenſis in Luſitania, referente Paulo Diacono Emeritenſi : *S. Æmilianus*, Afer, martyr ſub Hunnerico Vandalorum rege, a. 484. *S. Liberatus*, martyr, ibidem eodemque tempore : *Hermias*, Philoſophus Platonicus, etiam a nonnullis inter medicos refertur : *Morſimus* Athenienſis, tragicus frigidus, & Ocularius medicus parum probatus : *Dionyſius Cyrtus*, a Stephano Byzantino commemoratus, quemadmodum etiam *Cleodamus* Achnæus hippiater.

§. 79. Sæculo VI. *S. Samſon*, gratuitus medicus, Presbyter factus, & Noſodochii pauperum a Juſtiniano Magno Imp. in ejus gratiam conditi Inſpector ab hoc conſtitutus, mortuus circa a. 530. *Helpidius* ſ. *Elpidius*, Mediolanenſis, Diaconus, Theodorici regis Gothorum medicus : *Petrus*, Archiater Theodorici Francorum regis : *Mareleifus*, Archiater Childeberti Francorum regis : *Stephanus* Trallianus, Alexandri Tralliani pater : *Agapius* Alexandrinus, Byzantii artem docens atque faciens : *Juſtinus I.* Imp. nomen dedit antidoto : *Talmudici* quidam.

§. 80. *Alexander*, Stephani filius, Trallianus, Iatroſophiſta, qui Romæ medicinam agitavit, tempore Juſtiniani I. Magni Imp., Græcus ſcriptor : cujus frater *Dioſcorus*, medicinæ pariter peritiſſimus : ab Alexandro autem commemorantur, *Aga-*

Agapetus : *Heraclides* Philoſophus, al. Trachius : *Hermolaus* : *Jacobus*, fortaſſis ille ex Damaſco oriundus apud Suidam : *Marſinus* Thrax, al. Merſinus : *Maximianus* : *Stanesmodus* : *Theodorus Muſcienus* aut Moſchion : *Theodotius* Philoſophus : *Torquatus* : *Trachius*, vel, ut alii legunt, Heraclides, Philoſophus : *Zaleucus* : *Zalachtha*.

§. 81. *Procopius* Cæſareenſis, Hiſtoricus, Beliſarii in bello contra Gothos Comes ac Conſiliarius, Claſſis & rei Annonariæ Præfectus, medicus quoque fuiſſe dicitur; a quo commemorantur medici, *Pegaſius* ſ. Pagaſius, Laribenſis medicus : *Stephanus* Edeſſenus, Cabade rege Perſarum curato magnis opibus auctus : *Theoctiſtus* : *Tribunus* Palæſtinus, Cosroïs regis Perſarum medicus, ob virtutem magnopere laudatus. Apud eundem regem multa gratia & auctoritate valuit *Uranius* Syrus, idem tamen ob mirificam ſuam vanitatem multum a ſcriptoribus exagitatus. *Thomas*, medicus & a Secretis Juſtiniani I. Imp. (qui etiam medicis victum antea præbitum ſubtraxiſſe dicitur,) propter perfidiam capite plexus : *Timotheus* Hebræus, quo medico uſus Juſtinus II. ſ. Junior : *Jamblichus*, medicus gratuitus, Philoſophiam quoque docens, cœlibatum usque ad ſenectutem ſervans : *Johannes Philoponus*, Grammaticus Alexandrinus, qui ob librum de Pulſibus ſibi tributum etiam inter medicos refertur : *Marcus Aurelius Caſſiodorus*, mortuus a. 575., & Monachi ab eo inſtituti.

§. 82. Sæculo VII. *Paulus Ægineta*, dictus Periodeuta, item Obſtetricius, nec non Simia Galeni, Græcus ſcriptor, ante medium ſæculum; a quo commemorantur, *Aſanitus*: Baſileus ſ. *Baſilius*: *Doles*: *Harmocration*: Heracletus ſ. *Heraclitus*: *Ilambo*: *Manethon*: *Neleus*, qui creditur eſſe Nileus Celſi aliorumque: *Nero*: *Nicander* aliquis: *Philoponus*: *Polyarchius*, qui idem putatur cum Polyarcho Celſi, aliorum, ipſiusque Æginetæ: *Proſechius*: *Thalaſſerus*: *Theodoretus*.

§. 83. *Johannes* Alexandrinus, commentator Hippocratis Græcus: *Palladius*, Iatroſophiſta Alexandriæ: *Theophilus*, Iatroſophiſta, etiam Philoſophus, item Monachus appellatus, nec non ab officio, quo poſtea Conſtantinopoli functus eſt, Protoſpatharius, Græcus ſcriptor; idem eſſe creditur *Philotheus*, permutatis literis dictus, Græcus commentator Aphorismorum Hippocratis; & alter ejusdem linguæ ſcriptor de Pulſibus, *Philaretus* in nonnullis codicibus nominatus, ſed in pluribus tamen Theophilus: *Stephanus* Athenienſis, etiam a ſede ſtudiorum Alexandrinus vocatus, diſcipulus Theophili Protoſpatharii, dictus item Philoſophus, nec non Magiſter ſ. doctor Oecumenicus, a quo allegatur *Angelevas*.

§. 84. *Hared Ebn Chalda*, Arabs, quo medico uſus Muhamed pſeudopropheta: Saracenorum principum favor in artem medicam: *Aaron*, Presbyter Alexandrinus, tempore Heraclii Imp., ſcriptor Pandectis Medicinæ, Græcus, ut veriſimile

mile eſt, ſed poſtea in Syriacam linguam, & ex hac in Arabicam a Judæo medico converſus: *Iſaac* Iſraëlita ſ. Judæus, filius Salomonis, *Beimiram* vocitatus, Arabicus ſcriptor: *Geber*, Geberus, ſ. Gebrus, gente Græcus, ex Chriſtiano Muhammedanus, ſcriptor Arabicus de Alchemia: de eadem arte ſcriptores Græci hujus ſæculi recenſentur *Pappus* Philoſophus, & *Ariſtoteles* quispiam. Denique *Iſidorus*, Hiſpalenſis Epiſcopus, multas res medicas in libris ſuis attigit.

§. 85. Sæculo VIII. *Georgius Bachtishua*, medicus Indus, Chriſtianus, ſub Chalipha Almanſore: *Gabriel Bachtishuæ* filius, filius Bactiſoh, Binhahtiſuh, medicus Chaliphæ Alrashid, circa a. 791. *Iſaac* filius Erram, Hebræus, mortuus a. 799. *Lullus*, apud Albericum monachum Trium Fontium ad a. 755. Caroli Magni medici, *Buhabylyha Byngezla*, Arabs, & ſcriptor Arabicus, at de mandato regis Caroli per magiſtrum *Farragum* a. Farraguthum Judæum, etiam Medicum, Latine converſus; & *Wintarus* Germanus. A Carolo M. Imp. inſtituta quoque refertur *Schola Salernitana*, Medica potiſſimum Facultate conſtans: ad a. quoque 790. refertur initium Academiæ *Bononienſis*: ad a. 791. *Patavinæ*: ad a. 792. *Papienſis* ſ. *Ticinenſis*: certius vero his temporibus cœpit *Pariſienſis* Academia: Cæterum *Carolus* M. poſtremis demum imperii annis Medicinæ ſtudium urgere cœpit.

§. 86. Sæculo IX. *Johannes* Meſuæ filius, Damaſcenus, etiam ſimpliciter *Meſue* nuncupatus,

 Chri-

Chriſtianus Chaliphæ Raſchidis & ſucceſſorum medicus usque ad a. 845. Profeſſor Medicinæ in Bagdad, ſcriptor Arabicus; a quo, vel juniore Meſua commemorantur, *Aboali*: *Albuabram*, Albruabam, fortaſſe idem cum Abuanbram ſ. Abuhabram: *Alcanſi*, Alcanzi, Alkanci, Alchanſi, Alchanzi: *Alchindus*, Alkindus, Elkindus: *Albarif*: *Amaraan*, *Amaran*: *Ebenzegar*, idem forte cum filio Zezar: *Fenon*: *Filimon*: *Filius Humain*: *Filius Zezar*, Hebenzezar: v. paulo poſt, Hamech: *Gabriel* ſimpliciter: *Græcus* quidam, forte Gereon Græcus ex ſententia J. A. Fabricii: *Haly*: *Hamech*, vel *Mahemet*, filius Zachariæ Araſi, Hamech Araſi, Mahemet Araſi, Filius Zachariæ Araſi, Filius Zachariæ, Hamech filius Zecar a. Zezar, Hebenzezar: *Hebenzezar*, Ebenzegar, v. proxime ante Hamech: *Hermes*: *Hieſus* i. e. Jeſu: *Humain* ſ. Human, Arabs, qui idem eſſe nonnullis putatur cum Johannicio: *Jeſu Iribe*, ſ. Hieſus, quem putant eſſe Jeſu filium Haly: *Iſaac* aliquis: *Iſaac* ſ. Yſaac *aben* vel *beben Amran* ſ. Amram vel Amaran vel Maran: *Iſaac Iſraëlita*: *Iſraëlita* ſimpliciter: *Iſraëlita Alcanzi*: *Mahemet*, v. ſupra Hamech: *Meſuilube*: *Sabor*, i. e. Sapor, rex Perſarum: *Zeid.*

§. 87. *Johannes Serapionis* filius, Binſerapion Rhaſi, vel *Serapio* ſimpliciter, Arabs, Damaſcenus, & Muhammedanus: a quo (vel juniore Serapione) commemorantur, *Abdala Narach*, Hiſpanus: *Aben Meſebah*; *Aben Meſuai*: *Abbalfadhil*: *Abidhuaſim*: *Abimbet*: *Abdrazach*: *Abix* ſ. Habix: *Abohanifa*, Aboanifa: *Abonbaſen*: *Abraham* Judæus: *Abuambram*, Abuhabram, A-

bua-

buamanbram : *Abues* : *Abugeris*, Abugerig, Abugerich, Abugeraeg, Abugerigius, Abugiurigius, cæt. Monachus : *Abuſeid*, Abuzeid : *Achim*, Hachim : *Adamaſca*, Adamaſcus : *Ærmeſus*, Ærmaſios, Armaſius : *Ahamet*, Haamet, Haamech, Ahamet, vel Hahamech, Eben David : *Ayeiſe*, *Ayſe* Hayſe : *Albaſarri*, Albaſari, *Albaſyri* : *Albatarich* : *Albhambd*, filius Allahagelegi : *Albugerig*, Albugerix, Albugerag, forte idem cum Abugerig : *Albuzid Alharabi* : *Alchalahamen*, Alchalehemen : *Aleimereſtem* : *Alfereſi* : *Alferiſei* : *Alfetiſi* : *Alfeuſi* : *Alkuſſeneni* : *Almajemir* : *Almaſaberodi* : *Almaſcadi* : *Ambram* : *Aninebetem* : *Archides*, *Archis*, forſitan unus idemque : *Arianialis* : *Armaſios*, v. ſupra Ærmeſus : *Artram* : *Aſaveri* : *Aſceos* : *Atabari* : *Azaramis*, cujus libri extare etiamnum dicuntur : *Azaravi*, Azaraphius, cujus pariter adhuc ſupereſſe feruntur libri, fortaſſis idem qui Alſaravius : *Barbios* : *Barzuiatus*, cognomine Sapiens : *Bedigoras*, Bedigorus, Bedagorus, Budegorus : *Chealfetebeni* : *Choſi*, Chozi, fortaſſe idem cum Chuzi Rhaſis : *Chriſtianus* quidam : *Conſodomus* : *Damaſcenus*, i. e. Johannes Meſue, Damaſcenus : *Damaſcus* : *David* filius Serapionis : *Emba* : *Filagrius*, idem, ut credibile eſt, cum Philagrio Lycio Macrenſi : *Filius Meſague*, i. e. *Gabriel* filius Meſague vel Meſaugue : *Grammaticus* : *Haamet*, v. ſupra Ahamet : *Hachi* : *Hachion Eben Huvaim* : *Hahamech*, v. Ahamet : *Hahamed*, fortaſſe idem qui Haamet : *Haheſe* : *Halachadite* : *Hayſe*, f. Haheſe : *Jaciſſuba* rex Medorum, (al. leg. Medicorum :) *Jeſus* :

Ignotus quidam : *Iſmahelita* : *Iſraël* : *Kacebras* : *Kermid* Rex : *Lilbatinatus* : *Linacos* : *Mahazer* : *Maimon* : *Mehereris* : *Meheret* : *Meſague*, v. ſupra Gabriel : *Meſarugie* : *Meſcahen* : *Meſea*, Meſeac, Meſeah, Meſeacha, Meſehah : *Meſeal* : *Meſerach* : *Meſiriohe* : *Onaſim* : *Paulus Alagenitus*, fortaſſe Paulus Ægineta : *Phulamus* : *Reheubatus* : *Salamine* : *Salemnia* : *Salomon Eben Habaſen* ſ. Haſen : *Salomon* ſimpliciter : *Salmuje* : *Scindaxar* : *Sulabin*, *Sulabin Heben Habaſen* : *Sulemen Eben Haſen* : *Tabari* : *Xarch*, Xarcha, Xarchi, Zarcha, Indus : *Xiraxeg*, rex medicorum : *Yhaye* : *Yſaac Eben Amram*, v. Iſaac in Meſue : *Zacharias* : Zarcha, v. paulo antea Xarch.

§. 88. *Honain* ben Iſaac, Hunain, Homain, Humain ben Iſaac, Abadita, idem quoque, ut videtur, *Johannicius* appellatus, diſcipulus Johannis Meſuæ, Chriſtianus, Interpres vulgo dictus : *Thabet* ſ. *Thebit eben Korra*, Sabius, Aſtronomus, ſub initium ſæculi : *Gabriel Surianus* : *Sela* filius Behelæ : *Aben Amram*, fortaſſis ille Iſaac aben Amram : *Achmet* vel Achametes, filius Seirim, Arabs medicus, ſecundum nonnullos origine Græcus, ſcriptor Onirocriticus Græcus, ſub Mamune, circa a. 820., cujus Onirocriticorum caput VII. ex *Apomaſare* depromtum eſt : *Johannes* Ebn Batrick, Almamunis libertus, fidus in libris medicis vertendis, philoſophiæ tamen magis peritus quam medicinæ, circa a. 830. *Albumaſar* vel *Alboaſſar* : *Sedekias*, Judæus, qui Carolo Calvo Imp. venenum a. 877. propinaſſe accuſatur.

§. 89.

§. 89. Academia *Oxonienſis* condita a. 873. vel 895. Ad idem ſæculum a multis etiam refertur conſtitutio *Cantabrigienſis* Univerſitatis: & ad a. 804. *Toloſanæ*: ad a. 830. *Lugdunenſis* in Gallia. *Urſus*, Nicolai I. Papæ medicus & Domeſticus, etiam S R. E. Subdiaconus: *Dido*, Abbas S. Petri Vividi Senonenſis: *Sigoaldus*, Abbas Epternacenſis, poſtea Epiſcopus Spoletanus: *S. Bertarius*, Abbas Montis Caſſini: *Walafridus Strabus* vel *Strabo*, Abbas Reichenauienſis, natus 807. mortuus 17. Jul. 849. *Notkerus* Monachus S. Galli, etiam Medicinæ Doctor, dictus Piperis granum: *Loxus*. Poſt nonum ſaltem Sæculum vixit *Odo* vel *Odobonus*, autor carminis, quod Æmilio Macro vulgo tribuitur, de viribus herbarum.

§. 90. Sæculo X. Græci, *Conſtantinus* Cæſar IX. Porphyrogenneta, mortuus a. 959. cujus nomen præferunt Geoponica, ſed ejus tantum mandato collecta a *Caſſiano Baſſo*; in his autem Geoponicis occurrunt, præter eos qui ſuis temporibus notis relati ſunt, incertorum temporum *Aphricanus*: *Damegeron*: *Diophanes*: *Florentinus*: *Leontius*: *Pamphilus* Amphipolita vel Sicyonius aut Nicopolita, Philoſophus, cognomento Philopragmatus: *Paxamus*. Idem Conſtantinus colligenda curavit Hippiatrica; in quibus occurrunt, *Africanus*, *Agathotychus*, *Anatolius*, *Archedemus*, *Archelaus*, *Auxanon*, *Azanites*, *Caſſius*, *Celſus*, *Chiron*, *Cleomenes* Libycus, *Democritus*, *Didymus* *Diophanes*, *Dioſcorides*, *Eumelus* Thebanus, *Euripides*, *Florus*, *Gregorius*, *Helenus*, *Heſiodus*, *Hic-*

Hierocles, *Hieron*, *Hieronymus* Libycus, *Hippaſus* Eleus, *Litorius* Beneventanus, *Mago* Carthaginienſis, *Mecco*, *Nephon*, *Pindarus*, *Piſterius* Siculus, *Quintilii*, *Simon* Athenienſis, (al. male Cimon,) *Stratonicus*, *Tarentinus*, (ſc. Heraclides,) *Theomneſtus*, *Tiberius*. *Nonus* quoque medicus Conſtantini Imperatoris juſſu ſcripſit. Ex Latinis *Deroldus* medicus, factus Epiſcopus Ambianenſis a. 929. *Gerbertus*, Monachus Aurillacenſis, deinde Archiepiſcopus Rhemenſis, tum Ravennas, tandem Papa Romanus, nomine Silveſtri II. 999. mortuus 1003. 12. Maii: hujus diſcipulus *Fulbertus*, ſcholæ Carnotenſis præcipuus doctor, deinde 1007. ejus loci Epiſcopus, mortuus 1029. 10. April. *Monachus* quidam Picto Mallezæus, Guilielmi IV. Ducis Aquitaniæ medicus.

§. 91. Arabes, *Abubeker*, Abubachar, Bubikir, *Albubecar Muhamed*, Abubeter, Albubeter, Abubater, Muhamed, Almanſor, filius Zachariæ filii Arahi, a patria *Rhazes*, Erraſis, cognominatus quoque Experimentator, mortuus Cordubæ nonagenarius a. 1010. ſcriptor Arabicus; a quo commemorantur, *Abdala* filius Hychiæ: *Abdus*, Abdux, Abduſius: *Abichilal Emiſich*: *Abigebſar*: *Abinarax*: *Abimiraygi*: *Aboloniſius*: *Abubiker*, *Abubilket*, *Abubukir*: *Abuchilel Huniſi*, forſitan Abichilal modo dictus: *Acrabaſius*: *Agariſius*: *Abuar*: *Albiroſin*: *Alexander Parvus*: *Alfalamen*, Alphalamen: *Alkalamen*, forte is qui alias Alchalahamen vocatur: *Alimajor*: *Antiles*, Antilis, fortaſſe Antyllus: *Anyaſius*: *Arabaſius*:

Arca-

Arcaganis, *Arcageniſius*, *Archagilliſius*, *Archigeniſius*, qui omnes videntur eſſe unus idemque: *Arcanidiſius*: *Arcon*: *Arinaſius*: *Ariſtraſis*: *Arobon*, Aroon: *Aron*, qui videtur ille Aaron autor Pandectis: *Arongeniſius*: *Artagalis*: *Artaganis*: *Artanius*: *Artigenſus*, Artigeniſus, Artigeniſius, Artiginiſius, Artigeſus, Artigenis, Artigenenſis, an idem qui Arcaganis &c.? *Aſan*: *Aſaſcan*: *Aſaſcara*: *Aſcilimon*: *Aslamon*, Asleman, Asliman, Eslimon: *Aſuſtiſtara*: *Atahuſius*: *Athuriſtus*, Aturiſtus, qui alias appellari videtur Ateuriſtus, item Atoroſcos: *Athurſekis*: *Atoroſcos*: *Atoroſphos*: *Attrahyndus*: *Aturiſtus*, v. paulo antea Athur. *Aturſius*: *Aven*: *Auramaſius*: *Auriſiaſius*: *Avynaſius*: Bacrich, v. Filius: *Badigorius*, *Badigoroſus*, forte idem: *Bagayſius*, *Bagniſius*, fortaſſe etiam unus: Ibnu el *Baitar*, an ille qui obiit a. 1197.? *Baladius*: *Bandaſar*: *Bedigoras*, &c. v. ſub Serapione, fortaſſe qui ſupra Badigorius: *Bimaſui*, Bimmaſui, filius Maſui: quocum idem videtur *Binmaſim*: *Binabichalid* Perſes: *Binelhalleg*: *Bodex*: *Bonefet*: *Bucceieſu*, Buccigeſu, Bucciieſu, Buctigeſu, Burcigeſus: *Buctuſon*: *Buhiel Hutaviſius*: *Bureieſu*, qui idem videtur cum Bucceieſu: *Butaducus*: *Bynlatius*: *Byn Sabur*: *Cahraba*: *Calaf*, Judæus Catalanus, etiam ſimpliciter Calaf: *Calaminus*: *Calays*: *Calhamam*, Calhamen: *Cark*: *Chamul Bizagiſuch*: *Chimraſius*: *Chuzi*, Chuz, Chus, Cus, Serapionis, ut videtur, Choſi: *Ciſadra*: *Cliton*: *Criſtades*, forte ſcrib. Chriſtades: Cus, v. paulo ante Chuzi: *Deſilaba*: *Deſindus*: *Draducus*: *Dyuridus*: *Ebugarech*:

garech : *Ebugeraret* : *Edigoras*, forſitan Bedigoras : *Elcabamen*, Elcalhamen : *Elcaymuſia* : *Elcheis*, *Elchus*, Elchuz : *Elkindus*, i. e. Alchindus : *Elmiſiam* : *Elmongeh* aut *Elmougih* : *Emmaſuy*, idem forſan cum Bimaſui : *Eraſiſtradas*, i. e., ut videtur, Eraſiſtratus : *Eslimon*, v Aslamon : *Falgaricus* : *Falluba*, Perſes : *Faik*, *Fair* : *Filaba*, forſan idem qui Fallaha, & Tiraquello judice Conſtantinus IX. Porphyrogenneta : *Filigonus* : *Filius Bacrich* : *Filius Genid* : *Filius Ligileg* : *Filius Maginſui* : *Filius Maſuy* : *Filius Meſue* : *Filius Meſuey* : *Filius Muſney* : *Filius Muſey* : *Filius Patriarchæ* : *Filius Talaus* : *Filius Thelaus* : *Filogoriſius* : *Filogorus* aut Filogorius : *Foabitus* : *Gabriel filius Maginſui*, fortaſſis idem cum Gabriele filio Meſague apud Serapionem : *Galaricon* : *Georgius* quidam : *Georgonius* : *Glaricon*, fortaſſe idem qui modo Galaricon : *Glaucon* : *Gyculus* : *Habdella* filius Ychie : *Habuarit* : *Halagi* : *Hallag* : *Haterofcor*, an idem qui ſupra Atoroſcos? *Heboſi* : *Helchendi* : *Heres*, forte Heras : *Hismabimel* : *Hobays*, *Hobeys*, *Hobes* : *Hores*, plurimum ſagax : *Hudas* : *Jagmiſus* : *Ibnu el Baitar* : *Jemidue* : *Job* ſ. *Joh* : *Johachi* : *Joſue* : *Jubadicus* ſ. *Jubaducus*: *Junaducus*, *Juvanducus* : *Kindi* : *Latyrion*: *Lectus*, *Lectue* : *Lororacos* : *Mabal* : *Mabraris* : *Mahumed Bielgehem*, ex Elkindo : *Malab* : *Maleſe* : *Maraſtem* : *Marrar* : *Maſ gevich* : *Maſarginus*, *Maſarginib*, Maſargeneh, *Maſargny*, *Maſargimyd*, Maſargnih, *Maſarugh* : *Maſerice*, Maſereice : *Maſſurgei* : *Maſuilobey* : *Meloſus* : *Meſib*, *Miſth* : *Migiſib* : *Miladius* : *Misdaſan* : *Miſib*, *Miſith*,

Miſith, idem qui Meſih : *Miſus* : *Miſuſan* : *Miub*, niſi corrigendum eſt Miſih : *Muliaſus* diſcipulus : *Muſeca* : *Muſeia*, Muſeya : *Nicolaus* aliquis : *Obes*, qui videtur eſſe idem cum Hobays ſ. Hobes ſupra dicto : *Onan*, Onen : *Paladius* : *Philomeus*, forſitan Philomenus ſ. Philumenus Oribaſii & aliorum : *Phtilarus*, ſ. Phthilarus : *Roſſinus*, ſ. Ruffinus : *Roſſus*, ſ. Ruffus : *Ruſſinus* : *Sabon* : *Sabur* : *Sadhſar* : *Sahar*, Saharus, *Saher*, *Seber* : *Samuye*, ſ. Salmuje Serapionis : *Sandazar* : *Sapiens filius Jubeyr* vel Juboye, ſ. idem qui Zour : *Sarac*, Saracus, Sarachus, *Sark*, Indus : *Scare*, *Scark*, *Scharai*, *Scharac*, *Scharc* : *Schear* : *Seber* : *Sedisnar* : *Seheher* : *Seher*, ſ. is qui ſupra Sahar : *Sendahaſar* : *Sendheſar* : *Sendihiar* : *Seſcar* : *Seſirid* : *Sidaſcar* : *Sideniar* : *Sidhſar* : *Silarius* : *Siligenus* : *Simeon* : *Simon* : *Sindiſar*, Sindihſar : *Surdus* : *Tabri* : *Talſamat* : *Tharmadinus* : *Theodogius*, ſ. Theodoſius : *Thymaus*, i. q. Timaus : *Tiaducus* : *Timaus*, Timaos, Timæus : *Ubeſce* : *Urbiaſius*, an Oribaſius ? *Yheſu* : *Yhia Bimmaſim* & Bimaſin : *Ybiagran Atticus* : *Yſaac filius Naſe* : *Yſaac* ſimpliciter : *Zabri*.

§. 92. *Jacobus Alchindus*, *Alkindus*, *Elkindus* : *Abderanus* VII. Saracenorum rex Cordubenſis : *Haly* filius *Rodohan* ſ. Rodoan a. Rodan, Ægyptius : *Abulhuſen*, *Ibnu Telmid* i. e. filius diſcipuli, Chriſtianus Jacobita, natus in Bagdad, mortuus a. 994. *Abunaſra Al-Farabi*, *Farabius*, *Alpharabius*, Ebunaſar Alfarabi, ex Farab provincia Aſiæ minoris, natus in Balch, mortuus ſecundum

dum Joh. Leonem Africanum a. 998., ætatis ſuæ a. 80.; ſed ſecundum Herbelotum a. 954. *Emram*, Hemram, filius Iſaac, natus Toleti in Hiſpania, Judæus, interfectus a. 997.: *Ezarbaragui*, medicus Manſoris Conſiliarii Cordubæ, proximus Raſis, mortuus a. 1013. ætatis 101.: *Meſuach* Chriſtianus Jacobita, i. e. *Meſue* junior, natus in civitate Maridin ſupra Euphratem, mortuus a. 1015. nonagenarius, diſcipulus Avicennæ: *Abou - Sahal*, al Maſſihi, i. e. Chriſtianus, præceptor Avicennæ; *Aali* ſ. Haly *Ibn Aabas*; al Maginſchi, vulgo *Haly Abbas*, Magus, & Galeni Simia vocatus, diſcipulus *Abou - Maher Mouſſa ben Jaſſer*. Cæterum dicitur a. 990. academia *Hiſpali* ſ. Seviliæ ab Arabibus principibus condita.

§. 93. Sæculo adhuc X. ſed magis XI. *Abobali*, Abu Ali, Abu Haly, Eben Hali, *Elhuſen*, *Alhaſen*, *Ibnu Sina*, *Abenſina*, Eben Sina, vulgo *Avicenna*, Elhamadani, dictus Errahis, i. e Princeps medicorum, oriundus ex Buchara Tartariæ urbe, maximam vitæ partem Iſpahani commoratus, mortuus in carcere a. 1050. circiter octogenarius; a quo commemorantur, *Abulucus* : *Albarmachus*, Albaromachus, *Albaromakus* : *Albotin* : *Alcalamet* : *Alſeir* : *Aminulus* : *Ariſtrates* : *Aſaimeri* : *Biblis* : *Caſſio* : *Cataginus* Antiochenus : *David* rex : *Debigoras*, Debigorus : *Faveligoris* : *Filius Albarith*, aut *Alkarith*, aut *Allarith* : *Filius Hilgeben* : *Filius Hubare*, vel *Hubeire*, aut *Huberre* : *Filodeſiſis* : *Floris* : *Kabith* rex : *Kiumus* ſ. *Kyume* : *Lutrios* Tarſenſis, fortaſſe Lucius Tar-

Tarſeus : *Meſias* : *Mutagnacbil*, Iſraëlita : *Sabor* filius *Sebel*, vel *Schabour ben Sahal* : *Suribes* : *Tarentios* : *Theocrates*.

§. 94. *Ailaki*, Avicennæ diſcipulus : *Sorſanus*, alter ejusdem diſcipulus, qui vitam præceptoris ſui ſcripſit : *Johannicius* vero aliquis œconomiam librorum Canonis Avicennæ : *Albategnius* ſ. Albatenius, qui primus Galenum in Arabicam linguam convertit, teſte Serapione : *Johannes Serapio* junior : *Ettabarani*, a provincia Tabarani, parte Choaraſani, unde fuit, dictus, medicus Maumedis Suhao Thechm, regis Ghaznæ in finibus Indiæ, mortuus a. 1081.

§. 95. Græci, medici ad quos Theophylacti, Archiepiſcopi Achridenſis in Bulgaria, datæ ſunt epiſtolæ, *Nicetas*, medicus Regis; *Nicolaus Callicles*, Archiater; *Michaël Pantechnes*, medicus Regis : *Michaël Pſellus*, polyhiſtor & polygraphus, medicis quoque ſcriptis clarus, præceptor Michaëlis, Conſtantini Ducæ Imp. filii, ſed a Michaëlis ſucceſſore Nicephoro Botoniate omnibus rebus ſpoliatus, hinc vitam monaſticam amplexus, & ſic mortuus in ſumma ſenectute circa a. 1110. : *Simeon*, *Sethi* filius, Magiſter vocatus, Protoveſtiarius Conſtantinopoli in Palatio Antiocheno, qui Michaëli Ducæ librum ſuum dedicavit ; a quo allegatur *Conſtans*, qui vocatus eſt *Romanus*.

§. 96. A Suida commemorantur, *Agathocles* Atracius : *Artemon* Mileſius, Onirocriticus ſcriptor :

Aſtrampſychus junior, pariter Onirocrites: *Iachen* Ægyptius: *Jacobus* Medicus: *Jacobus*, antiquus medicus, ex Damaſco oriundus, medicæ artis ita peritus, ut eum ſigna ſalutis aut mortis nunquam fefellerint: *Ptolemæus Cytherius*, poëta epicus: *Soranus* Mallotes.

§. 97. Apud Latinos, *Conſtantius*, monachus & moderator ſcholæ Luxovienſis prope Veſontionem, mortuus circa a. 1015. *Conſtantinus*, *Africanus* dictus, Carthagine natus, in Oriente & urbe Bagdad per 39. annos ſtudiorum Philoſophiæ & potiſſimum Medicinæ cauſà verſatus, tandem Salernum concedens, a Duce Calabriæ Secretarius conſtitutus, Rheginus a loco commorandi vocatus, poſtea Monachus Caſinenſis factus, tantæ famæ, ut Orientis & Occidentis Magiſter, novusque effulgens Hippocrates appellaretur; in cujus Viaticum commentarium ſcripſit *Geraldus* quidam *Bientus*, Parthienſis; ab eodem Conſtantino allegantur *Sextus Placitus*, perperam dictus Platonicus, ortu Papienſis, vel ſecundum alios Papyrienſis: *Feldius* Alexandrinus: *Achmet* medicus, Abramii filius, nepos *Chaletis* medici. *Johannes*, Caſinenſis Monachus, diſcipulus Conſtantini Africani: alius ejus diſcipulus perhibetur *Atton*. Ad hoc Sæculum referri quoque ſolet *Artephius* ſ. Arteſius, chemicus.

§. 98. Ex Salernitana Schola alii celebres medici, *Alphanus I.* Archiepiſcopus Salerni a. 1057. *Johannes de Mediolano*, doctor ejus ſcholæ, verſus finem ſæculi: alii commemorantur magis in-

certæ

certæ ætatis, aut proxime ſequentium ſæculorum, *Abbas Curianus* vel *de Curia*: *Adamatus* Salernitanus: *Anaſtaſius*: *Hieronymus Balduinus*: *Saladinus de Eſculo*, Principis Tarentini Phyſicus, qui ad a. 1163. refertur: *Benevenutus Graphæus*, al. *Graffio*, de Hieruſalem: *Boccutius Grillo* vel *Gryllus*: *Gualtherus* Salernitanus: *Johannes* Salernitanus, (niſi eſt ille de Mediolano:) *Nicolaus* Salernitanus, Antidotarius: *Decius Pennella*: *Matthæus Platearius*, ab Ægidio Corbolienſi, ſæculi 12. vergentis ſcriptore, commemoratus: *Matthæus de Platamone* vel *de Plantimone*: *Johannes* a S. Paulo *Platearius*, etiam Salernitanus dictus, ſed qui ortu Gallus perhibetur, cæterum a Vincentio Bellovacenſi, ſcriptore ſæculi 13. medii adductus: *Johannes de Procida*: *Rogerius de Procida*: *Sabbatus Robortellus*, (qui tamen videtur eſſe longe junioris ævi:) *Johannes Nicolaus de Rogeriis*, poſt Averrhoëm qui ſcripſit: *Johannes Vincentius*, vel *Vitus*, *de Rogeriis*: *Antonius Solimena*: *Scipio Theſaurarius*: *Urſo*, ab Ægidio Corbolienſi citatus. Mulieres quoque medicæ perhibentur Salernitanæ, *Trota* ſeu *Trotula*, *Abella* poëtria, *Mercuriadis*, *Rebecca*; *Sentia Guarna*, *Conſtantia Calenda*, laurea doctorali inſignita, ante medium ſæc. 15. ſub Johanna II.

§. 99. In Gallia memorabiles ſunt, *Henricus* Carnotenſis, cognomento *Surdus*, archiater Henrici I. Francorum regis: *Radulfus* dictus *Clericus*, & *de Mala-Corona*, Normannus, Geroji filius, Ernoldi Groſſi nepos, poſtremo monachus, †. cir-

ca a. 1064.: *Albertus* Normannus, medicus, ad quem S. Anſelmi epiſtolæ: *Johannes*, dictus *Johannelinus*, qui medicinam in monaſterio S. Benigni Divionenſi didicerat, poſtea Abbas Fecamenſis per 51. annos, †. a. 1078.: *Hugo, Phyſicus* dictus, Canonicus S. Martini Turonenſis, verſus finem ſæculi clarus: *S. Guilielmus Firmatus*, Canonicus S. Venantii Turonenſis, †. circa a. 1090.: *Gislebertus* ſ. *Gilbertus Maminotus*, primarius Medicus & Capellanus regis Angliæ Guilielmi Conqueſtoris, factus Epiſcopus Lexovienſis a. 1077.: *Gontardus*, Abbas Gemmeticenſis (de Jumiege,) qui eundem regem in ultimo morbo curavit cum Maminoto & aliis: *Balduinus*, monachus S. Dionyſii prope Pariſios, ob medicinæ peritiam a rege Angliæ Eduardo III. arceſſitus, hinc factus Abbas S. Edmundi, †. a. 1097.: *Grimbaldus*, Normannus, qui medicinam Oxoniæ exercuit ſub Henrico I. rege Angliæ, ſæc. ſequente: *Johannes*, factus a. 1098. Epiſcopus Bathonienſis: Hildier ſ. *Hildegarius*, & *Goisbertus*, poſtea monachus S. Ebrulfi, (de S. Evroul,) qui ambo medicinam in Epiſcopali ſchola Carnutenſi didicerant: *Tetbertus*, poſtea dictus *Jacobus* medicus, clarus circa a. 1094.: *Hugo*, monachus Cluniacenſis, medicus Magni Hugonis Abbatis Cluniacenſis: *Hildebertus* quoque de Lavardino, ejusdem monaſterii monachus, deinde *Cenomanenſis* Archidiaconus & Epiſcopus, unde Cenomanenſis appellatur, poſtremo Turonenſis Archiepiſcopus, †. a. 1136. de rebus ad medicinam pertinentibus ſcripſit. Ob medicinam quoque celebratur *Odon Stigand*, Nobilis Norman-

mannus, Camerarius Imperatorum Orientalium Iſaaci Comneni & Conſtantini Ducæ. Ex Anglis *Albericus* aut *Albricius*, Londinas, circa a. 1090. clarus.

§. 100. Sæculo XII. inter Arabes, *Thograi*, interfectus a. 1121.: *Eſſeriph Eſſachalli*, †. 1122., cujus de gente ſemper aliqui reperti dicuntur medici: *Abul Maslat al Andalouſi*, ſ. *Abulſaedbl ben al Mohandes*, †. a. 1134. *Ibnu Saigh*, †. a. 1155. diſcipulus Ibnu, i. e. filii, Soharſen, quem Ibnu Zoar credit Fabricius: *Abhomeron Avenzoar*, Abhumeron, Abymeron, dictus Abynzoar, Ibnu Zohar, Abahaly Abenzoar, qui natus fertur Hiſpali, & ibi, deinde Marocci medicinam in aulis regum fecit, †. a. 1168. ætatis 92., ſecundum alios 135.: *Abi Jaafar Ebn Thophail*, Hiſpali natus, ibidemque †. a. 1175.: *Alguazir Abualezor*, vel Albuleizor, filius Abmeleth filii Zor, ab Avenzoare allegatus: *Ibnu Zohar* vel *Zor*, qui *Raſis* dicitur, prioris Avenzoaris filius, †. a. 1197. ætatis 74.: *Ibnu el Baitar*, *Ebenbitar*, Malagenſis, †. a. 1197.: *Averrhoës*, proprio nomine Muhammed Abulguail, alias Ibnu Rosdin al Haſidu, Abenruſt, diſcipulus Avenzoaris patris & Thophaiis, ob commentarios in Ariſtotelem confectos dictus Commentator, item Anima Ariſtotelis, natus Cordubæ, patre Pontifice Maximo Judiceque Supremo, quas dignitates etiam filius poſtea conſecutus eſt Cordubæ & Marocci, ubi †. a. 1206.: *Iſaac ben Sullaimon* vel *Zalaime*, circa a. 1194. clarus.

§. 101. Ex Latinis, *Gariopontus* vel *Warmipotus*, in principio ſæculi; a quo laudantur *Acriſius*, *Eleotates*, *Eriſippus*, niſi ſint corrupta nomina: Medicus Extraneus, qui Ludovicum Craſſum regium Principem Galliarum ſanavit a. 1103.: *Gerhardus Cremonenſis*, aliis *Carmonenſis*, de quo diſceptatur, Italusne ſit an Hiſpanus, †. Toleti Hiſpanorum a. 1184. ætatis 73.: *Romualdus* Summi Pontificis medicus, tempore Ægidii Corbolienſis: *Morienus*, Romanus, peregrinator Hieroſolymitanus, Chemicus. Rogerii I. utriusque Siciliæ regis Conſtitutio ad medicinam pertinens. Medicinæ exercitatio interdicta Monachis Regularibusque Canonicis, in Concilio Rhemenſi a. 1131. Lateranenſi a. 1139. Turonenſi a. 1163.

§. 102. In Gallia, hoc ſæculo cœptum eſt ſcribi de medicina, & de agricultura, circa a. 1136.: a principio ſæculi *Monſpelii* publice docebatur medicina, ibidemque Academia conſtituta putatur a. 1196.: tempore Johannis Sarisberienſis, qui a. 1136 Pariſios venit, medici ibidem erant triplicis generis, Phyſici, Theorici, Practici: Cardinalis d'Eſtouteville primus matrimonium conceſſit Doctoribus Medicinæ Pariſienſibus: in monaſterio monialium Paracleto fæmina ægrarum miniſtra (infi miere) debebat ſcire medicinam, & vel hæc vel alia monialis eſſe detrahendi ſanguinis perita.

§. 103. *Obizo*, regis Galliarum Ludovici VI. archiater, qui ſcholæ Medicæ Pariſienſi originem dediſſe creditur, & poſtremo ad Canonicos San-Victo-

Victorinos ſe contulit, inque illa Abbatia docuit: *Petrus Lombardus*, archiater regis Ludovici VII. Philippi Auguſti Phyſicus ſ. archiater *Ægidius*, prænomine *Johannes*, ſecundum quosdam vero Petrus, ad fanum S. Albani in Anglia natus, Medicinæ Profeſſor Lutetiæ, deinde Monte Peſſulano, tum iterum reverſus Lutetiam, Canonicus quoque S. Quintini, factusque Magiſter Theologiæ Scholaſticæ hujusque Lector publicus, tandem Monachus Corbejenſis, Corbienſis, ſ. Corbolienſis, Ordinis S. Benedicti, qui vocatur etiam Magiſter Johannes de S. Albano, Johannes de S. Ægidio, Johannes de S. Quintino, Ægidius Monachus, etiam Athenienſis, forte a loco ſtudiorum, inſequente adhuc ſæculo clarus, etiam poëta: *Rigordus*, pariter medicus Philippi Auguſti, cæterum monachus S. Dionyſii: *Cajus Clodius* Cervianus, ex Provincia, medicus reginæ Galliarum Eleonoræ.

§. 104. Medicus Johannis Comitis Sueſſionenſis, primis ſæculi annis: alius Medicus anonymus, empiricus, a Guilielmo de Champeaux miſſus ad S. Bernhardum: *Petrus Molandinus*, celebris medicus Pariſinus, poſt medium ſæculum: Sugerii Abbatis S. Dionyſii medicus *Robertus*, & deinde *Hugo Auſculfus*, qui etiam fuit medicus Henrici de Francia Archiepiſcopi Rhemenſis: *Petrus* medicus, ad quem ſcripſit Petrus Blæſenſis: *Abbo*, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Antiſſiodorenſis, medicus ſimul & pharmacopœus, ut ex ejus teſtamento apparet a. 1191. condito: *Hugo* Phyſicus, †. a. 1199. Circa finem ſæculi jam diſtincti reperiuntur Medici

& Chirurgi: Theriacæ mentio prima in Galliis facta a Fulcherio Carnotenſi a. 1124. poſtea paulo luculentius ab Hugone Metello a. 1134. circa a. vero 1182. ejus pyxis ad Abſalonem Archiepiſcopum Lundenſem in Scania miſſa a Stephano Torneacenſi.

§. 105. *Johannes*, monachus & medicus Abbatiæ S. Nicolai Andegavenſis, ineunte ſæculo: *Alanus*, *ab Inſulis*, etiam ſcriptis ad medicinam ſpectantibus notus: *Alquierus* aut *Alquirinus*, monachus Clarævallenſis, circa a. 1160.: *Guilielmus de Gap*, Abbas S. Dionyſii, poſt a. 1169. clarus: *Rainaldus*, ibidem Scholaſticus, nominatus etiam Medicus: *Carolus*, Comes de Vallais & Abbas de Punel, Ordinis S. Benedicti, circa finem ſæculi: *Maugerus*, Archidiaconus Ebroicenſis, (d'Evreux) poſtea Epiſcopus Worceſtrienſis in Anglia a. 1199., fuit etiam primarius medicus Richardi I. Angliæ regis. Ex fæminis etiam, *Margareta* & *Poncia*, moniales Marcigniacenſes, (de Marcigni) neptes Petri Venerabilis, hunc avunculum ſuum ex gravi morbo ad ſanitatem reſtituerunt.

§. 106. Angli, *Adelardus*, circa a. 1130.: *Richardus*, regis Henrici II. pharmacopœus, poſtea Epiſcopus Londinenſis, †. a. 1198.: qui rex ſimul alio Medico ſtrictius ſic dicto, ſed anonymo, uſus eſt: *Matthæus*, monachus, deinde a. 1188. Prior, San-Albanenſis, medicinam Salerni edoctus: *Galfridus de Vinoſalvo*, circa a. 1200. florens.

§. 107. Germani, *Loterius*, ſub Friderico I. Imperatore: S. *Hildegardis*, de Pinguia dicta, ſeu potius Abbatiſſa monaſterii S. Ruperti in monte ad Bingiam, etiam poſt medium ſæculum 12. Revelationibus pariter ac rerum naturalium & medicinalium Germaniæ clara.

§. 108. Ex Judæis memorabiles *Juda* filius *Tibbon*, de Lunel 4. leucarum diſtantia a Monte-peſſulano, circa a. 1170. : *Samuel* ebn *Juda*, Andaluſius, ex Judæo Muhammedanus factus, circa a. 1190.

§. 109. Sæculo XIII. ſtudiorum Univerſitates conditæ, ut certe creditur, aut renovatæ, *Salmanticenſis* a. 1200. amplificata 1254. *Palentiana* in Caſtilia 1200. *Neapolitana* a. 1224. : *Bituricenſis* a. 1236. : *Vindobonenſis* a. 1237. : *Conimbricenſis* a. 1290. : *Ilerdenſis* a. 1300. *Patavina* renovata a. 1222. A. 1209. Pariſiis jam plena inveniebatur doctrina medicinalis, Rigordo teſte: & a. 1270. Facultas medicinæ jam proprium ibi corpus conſtituit. Memorabilis eſt Conſtitutio *Friderici* II. Imp. Neapolitana & leges de univerſa diſciplina medicinali: ſimilesque pro univerſitate Pariſienſi *S. Ludovici* IX. & Pontificum *Gregorii* IX. *Innocentii* IV. & VI. A. 1215. in Concilio Lateranenſi vetitum eſt, ne quis Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus faciat operationes chirurgicas, in quibus ferrum & ignem adhibere opus ſit.

§. 110. Itali, *Alcadinus*, Garſini Syracuſani filius, artem Salerni profeſſus, poëta quoque, qui

ſcripſit ad Fridericum II. Imp.: *Zacharias*, medicus Polignianenſis, tonitru extinctus a. 1248.: *Rogerius* Parmenſis, etiam Salernitanus appellatus, in Chirurgicis potiſſimum clarus: ſicut & *Jamerius* quidam: & *Rolandus Capellutus*, Chryſopolitanus, Chirurgus Parmenſis: & *Brunus*, Calaber, forte idem qui Longoburgenſis quibusdam vocatur, artem Patavii circa medium ſæculum faciens: & *Theodoricus*, ex Ordine Prædicatorum, Capellanus & Pœnitentiarius Summi Pontificis, poſteaque Cerviæ Epiſcopus: & *Guilielmus de Saliceto*, Placentinus, homo Eccleſiaſtici Ordinis, Profeſſor *Veronenſis*, (qua in urbe ſcholæ Medicæ jam circa a. 1228. publicæ fuerunt,) †. circa a. 1280.: & *Lanfrancus*, Mediolani natus, itidem clericus, Guilielmi modo dicti diſcipulus, qui vero etiam Lugduni ſtudiis operam dedit. Commemoratur quoque *Rugenius* aliquis horum temporum chirurgus, qui tamen idem videtur eſſe cum Rogerio vel Rugerio ſupra dicto. Magiſter *Michael Bandinus de Ceuli*, civis Piſanus & in arte Medicinæ nobilis Doctor, ejusque frater germanus *Henricus*, in arte Chirurgiæ, qui †. a. 1265.

§. 111. Patavini Profeſſores circa a. 1262. laudantur Regentes, viri venerabiles, Magiſter *Agnus*, Mag. *Johannes*, Mag. *Zamboninus*, profundi & periti Doctores in phyſica & ſcientia naturali: ibidem Profeſſor Med. fuit *Matthæus Roncalitrius*, †. a. 1303. *Richardus de Wendoure*, archiater Gregorii IX. PP. vid. inter Anglos: *Hugo Atratus* vel *Atractus*, cognominatus de Evesham, oppido

oppido Angliæ, Phœnix ſui ſæculi dictus, medicus Martini IV. PP., & ab eo S. R. E. Cardinalis creatus: *Thaddæus* de Alderotto, ortu *Florentinus*, Bononiæ autem medicinæ profeſſor, archiater quoque Honorii IV. PP., pro altero quaſi Galeno ſui ſæculi habitus, †. a. 1303., ſecundum alios a. 1299., ætatis ſuæ a. 80. *Nerinus* Bononienſis, pater Mundini celebris anatomici: *Petrus de Creſcentiis*, itidem Bononienſis medicus: *Bartholomæus de Varignana*, Philoſ. & Medicinæ Doctor Bononienſis Collegiatus: *Simon Januenſis*, archiater Nicolai IV. PP.: *Angelus Camerinenſis* vel Camers, archiater Bonifacii VIII. PP.: *Arnaldus de Villa Nova* ſ. *Villanovanus*, qui ipſemet Mediolanum patriam ſuam vocat, quanquam vel ex Catalaunia vel ex Narbonenſi Gallia ortum volunt, cujus ſectatores Arnaldiſtas ſe nominari libenter paſſi ſunt, in Chemicis quoque apprime verſatus, †. ante a. 1313. cæterum ab ordine Eccleſiaſtico vexatus. Doctor Angelicus & Irrefragabilis, *Thomas Aquinas*, Alberti Magni diſcipulus, aliqua etiam ad rem medicam pertinentia compoſuit.

§. 112. Galli, (certe in Gallia degentes) *Rogerius de Furnivalle*, medicus Ludovici VIII. & IX. regum: Magiſter *Ernaudus Pictavinus*, Phyſicus regis Ludovici Sancti ſ. IX.: *Rogerus de Pruvino*, ſimiliter ejusdem regis archiater: quemadmodum & *Dudo*, qui etiam fuit Phyſicus regis Philippi Pulchri, & fortaſſis quoque interjecti Philippi Audacis: Magiſter *Robertus de Duaco*, Phyſicus reginæ Mar-

Margaritæ, conjugis S. Ludovici: *Henricus de Hermondavilla*, (nonnunquam *de Mundavilla* dictus,) archiater Philippi Pulchri: *Vitalis de Furno*, Aquitanus, poſt medium ſæculum: *Petrus de Alvernia*: *Guido de Cercellis*, Profeſſor Medic. Pariſienſis, qui a. 1260. deſerto hoc munere ad San-Catharinenſes monachos conceſſit: Magiſter *Johannes Paſſavantes*, Pariſiis Medicorum Decanus: *Armegandus* vel *Ermengardus Blaſius* de Monte Peſſulano, circa a. 1280. A Vincentio Bellovacenſi memoratur *Achildes* quidam vel *Alcides*.

§. 113. Chirurgi, Magiſter *Johannes Pitard*, Pariſinus, S. Ludovici, Philippi Audacis, & Philippi Pulchri regum, nec non Caſtelleti Pariſienſis Chirurgus Regius, †. a. 1315. ætatis a. 87. qui autor fuiſſe perhibetur conditæ a. 1260. honorandæ Regiæ & ſalubris Chirurgicæ Scholæ Pariſienſis. Excellens quoque horum temporum chirurgus fuit Magiſter *Robertus le Myre*, cum poſteris, unde inſignes chirurgi poſthac Magiſtri *Myri* vocari conſueverunt.

§. 114. Hiſpani & Luſitani, *Petrus Hiſpanus*, etiam *Petrus Juliani*, nonnullis quoque *Petrus Johannes Ulyſſiponenſis* appellatus, Magiſter Generalis, Medicus, & Aſtrologus, per varios honorum gradus ad Archiepiſcopatum Bragenſem evectus, poſtea factus Cardinalis & Epiſcopus Tuſculanus a. 1274., tandem vero a. 1276. Summus Pontifex, nomine Johannis XX. aut ſecundum alias dinumerationes XXI. vel XIX. †. a. 1277. ex ruina

ca

cameræ. *Alphonſus* X. Sapiens, rex Caſtellæ & Legionis, inter chemicos relatus: ſicut & *Raymundus Lullius*, diſcipulus Arnaldi Villanovani Rogerique Baconis, Doctor Illuminatus dictus, Nobili genere natus in inſula Majoricæ a. 1235., qui derelicta uxore regulæ S. Franciſci nomen dedit, †. a. 1315. d. 29. Junii, a Saracenis martyrio affectus.

§. 115. Germani, rerum medicarum non ignari, etſi non proprie medici, fuerunt *Fridericus II.* Imperator: & *Albertus Magnus*, Lauingenſis Suevus, ex gente Comitum Bolſtadiorum, ex Ordine S. Dominici, creatus Epiſcopus Ratisponenſis, natus a. 1205. †. a. 1280. *Colonienſes* Phyſici a Cæſario Heiſterbacenſi ad a. 1222. laudati.

§. 116. Angli vel Britanni, *Richardus Anglicus de Wendoure*, Canonicus S. Pauli Londinenſis, Profeſſor Medicinæ Pariſinus, Archiater Gregorii IX. PP. †. a. 1252. *Hugo Atratus de Evesham*, jam ſupra inter Italos dictus: *Michael*, *Scotus* natione creditus, a loco ſtudiorum Dunelmenſis appellatus, profeſſione & cognomento Medicus, Mathematicus quoque dictus, & inter Magos relatus, natus circiter a. 1214. †. a. 1291. ex ictu lapidis, Friderico II. Imp. carus: *Rogerus Baco*, Anglus, Doctor Theologiæ & Profeſſor Oxonienſis, Mirabilis dictus, ex Ordine S. Franciſci, natus a. 1214. †. a. 1292. non medicus: *Gilbertus Anglicus*, dictus *de Aquila* aut *Leglæus*; a quo allegatur *Cophon*,

§. 117.

§. 117. Græci, *Johannes* Zachariæ filius, *Actuarius* a munere medicinali vocatus, quod in aula Conſtantinopolitana geſſit: *Nicolaus Myrepſus*, Alexandrinus; a quo allegantur *Nicolaus* quidam, *Nicolaus Papa*, & *Theodorus Actuarius* ſ. *Magiſter*: *Demetrius Pepagomenus*, ſub Michaele Palæologo, poſt medium ſæculum: *Nicephorus Blemmidas*, monachus Conſtantinopolitanus medicinæ gnarus: ſicut etiam *Maximus Planudes*, ſub Andronico Imp.

§. 118. In Anthologia, a Maximo Planude collecta, commemorantur, *Ablabius*, *Dion* iatraliptes, *Gennadius* quidam, *Magni* epigramma in Galenum, *Marcus* Clinicus, *Menophanes* Clinicus, *Phidon*, *Simon* imperitus medicus, *Socles* chirurgus.

§. 119. Arabes vel Saraceni, *Albucaſes* vel *Bulcaſes*, alio nomine *Alſaharavius*, præſtantiſſimus inter Arabes de Chirurgia ſcriptor, a quo citantur *Servitor* liber, & *Melzigiar*: *Abenguefit*, Benguafit: *Abdorrachman*: *Alcanamoſali* de Baldach: *Jeſu Haly*: *Elluchaſem Elemithar*, a quo allegantur *Giptianus*, *Jabes* Arabs, *Ichæus*, *Jordanus*, *Mundinus*, *Schiarchandus*. *Abdalſalam ben Genghideſt al Giabali*, poſt initium ſæculi florens: *Abu-Salem* ex Melitene Armeniæ, †. a. 1236. *Raſchideddin Abu Manſur ebn Coburi*, †. a. 1241. *Abdullah ben Ahmed* ben Muhamed & *Malequi Elaſciah*, vulgo *Ibn* vel *Ebn Beithar* vel *Bithar*, †. a. 1248. (alius quam §. 100.) qui ſuum ſimplicium theſaurum collegit ex Ebn Coburi, Ebn Sa-

va-

vagiun, Ebn Sina, Ebn Vahed, Moſſik Eddin al Bagdadi, Abulfadhl ben al Mohandes, vel Abul Maslat; (illud tamen opus ſcriptum dicitur a. demum 1295.) *Alamah*, †. a. 1254.: *Joleus*, (dubium, Saracenus an Hiſpanus,) Toleti civis, clarus circa a. 1259.: *Abdala Ebra* (forte Ebn) *Baccal*, medicus Toletanus, qui ſcripſit circa a. 1269.: *Gregorius Abulpharagius*, filius *Aaronis* al Thabib ſ. medici Malatienſis, ex Melitena Armeniæ, Chriſtianus, Epiſcopus Tagritenſis, in fine ſæculi florens; a quo commemoratur *Maſerjavaihum*, religione Judæus.

§. 120. Judæi, *Abraham Ibnu Sahal*, interfectus a. 1245.: *Muhamed aben Iſaac*, circa a. 1265. clarus: Rabbi *Moſes Maimonides*, ſ. ben Maimon, vulgo contracte Rambam, natus Cordubæ a. 1135. †. in Palæſtina a. 1205., a quo excitantur *Complutus*, *Ebibule* pater Marven filius Zor, *Ebunaſar Alfarabii*, *filius Zor*, *Marven* filius Zor, *Maymo*, *Patriarcha* quidam, *Teminius* Miconis: alter Rabbi, *Abraham Aben Eſra*, Avem Hezre, Toleti natus, mortuus in inſula Rhodo, a. ætatis 75.

§. 121. Sæculo XIV. Univerſitates conditæ vel renovatæ, *Romæ* a. 1303. *Avenione* 1303. *Firmi* 1305. *Peruſiæ* 1307. *Aureliæ* 1312. *Ferrariæ* 1316. *Cadurci* 1320. *Senis* 1330. renovata 1387. *Piſis* 1339. confirmata a Pontifice 1343. *Veronæ* 1339. (forte tantum renovata.) *Valliſoleti* (Valladolid) ſ. Pinciæ 1346. *Hueſcæ* ſ. Oſcæ vel Illergeti 1354. *Heidelbergæ* 1346. verius ſ. renovata 1386.

Pragæ

Pragæ 1360. *Cracoviæ* 1361. renovata 1400 *Papiæ* ſ. *Ticini* renovata 1361. *Arauſione* 1365. *Vindobonæ* renovata 1365. *Upſaliæ* 1376. *Culmi* 1387. *Coloniæ Agrippinæ* 1388 *Erfordiæ* 1392. *Andegavi* 1398. In univerſitate Pariſina nullus Uxoratus admittebatur ad Regentiam: neque Presbyteri poterant eſſe Regentes in medicina absque diſpenſatione Pontificis. Jam a. 1352. Chirurgi ſubmiſſi ſunt Facultati Medicæ & Chirurgis Regis. Contra Pſeudo-Medicos edictum regium promulgatum eſt a. 1381. & 1390.

§. 122. Itali, *Petrus de Apono*, vel Aponenſis, item *de Abano*, & *Paduanus*, natus a. 1250. †. 1315. æt. 66. Magiſter & Med. Doctor, Profeſſor Patavii, reus magiæ, Conciliator dictus; a quo allegantur *Afranius*: *Agazo* Athenienſis, Experimentator: *Avenius*: *Experimentator* ſic dictus: *Macer* baliſta. *Mundinus*, filius Nerini medici Bononienſis, dictus *Mediolanenſis*, item *de Luciis*, & *de civitate Auſtria*, Phyſicus & Medicinæ D. & actu Regens in Studio Paduano, poſt a. 1307. Profeſſor Bononiæ, †. 1318. celebris ob conſcriptam circa a. 1315. Anatomen: alius refertur *Mundinus de Foro Julio*: alius *Mundinus de Lentiis Florentinus*. *Eliſæus Offredus*, Cremonenſis, etiam Aſtrologus, clarus circa 1311. Magiſter *Antonius de Parma*, M. D. & Profeſſor Veronæ, †. a. 1327. habitus alter Ariſtoteles neque Hippocrate minor. *Nicolaus Bertrucius*, Bononienſis, Medicinæ Profeſſor: *Petrus de Bonanto*: *Dinus de Garbo*, Florentinus, filius Bruni Calabri, chirurgi, auditor

tor Thaddæi Florentini, Profeſſor & practicus Bononiæ, tum Senis, hinc iterum Bononiæ, †. 1327., Archiater quoque Johannis XXI. PP. dicti XXII., Expoſitor nuncupatus. *Petrus Pernumia*, Profeſſor Patav. †. 1345.: Petrus de Florentia vid. inter Gallos. *Gentilis* Gentilis ſ. *de Gentilibus*, cognominatus *Fulginas* ſ. de Fulgineo, item *Peruſinus*, diſcipulus ejusdem Thaddæi, Profeſſor Bononiæ, & Archiater ejusdem PP. Johannis XXII. †. a. 1348.: alius ejusdem fere temporis medicus *Gentilis de Florentia*. *Nicolaus a Sancta Sophia*, Prof. Patavinus a. 1311. †. a. 1350. menſe Maji. *Jacobus de Dondis*, medicus Clugiæ, dein Patavii, Aggregator Paduanus a libro vocatus, etiam excellens Mathematicus, †. circa 1350.

§. 123. *Franciſcus de Pedemontio*, Archiater Regis Neapolitani Roberti. *Matthæus Sylvaticus*, Mantuanus, ejusdem Regis Archiater, Pandectarius vocitatus, †. circa a. 1340. *Mercadantes*, Magiſtri *Michaelis* Medic. Doctoris, *de Bertalia*, Bononiæ Philoſ. & Med. D., præceptor Guidonis de Cauliaco: ſicut & *Peregrinus*, Magiſtri *Primirani* medici, *de Chriſtianis*, Profeſſor Bononienſis. *Bonaventura de Caſtello*, Philoſ. & Medic. & J. V. Doctor Bonon. a. 1335. clarus. *Turriſanus de Turriſanis*, ab aliis *Druſianus* vel *Cruſianus* vocatus, Florentinus, dictus Plusquam Commentator, poſtremo vitam Monaſticam amplexus. *Guilielmus de Varignana*, parentibus Judæis natus, ut creditur, Genuæ vivens, nonnunquam Magiſter Venerabilis appellatus. *Magninus*, Mediolanenſis. *Al-*

bertus de Zanckariis, circa a. 1326. clarus. *Petrus de Ubaldis*, Peruſinus, pater celeberrimorum ICtorum, Baldi, Angeli & Petri, ex quibus *Baldus* quoque primum medicinæ operam dedit. *Albertinus de S. Petro*, Cremonenſis, Profeſſor percelebris Ferrariæ a. 1336. *Julianita* vel *Julianus*, Bononienſis, a. 1342. *Franciſcus de Zenellis*, Philoſ. & Medic. D. Bonon. 1347. Mag. *Cion de S. Gervaſio*, Medicinæ Doctor Egregius Piſanus. *Matthæus de Aſſiſio*, præſtans Phyſicus Peruſinus.

§. 124. A. 1340. Mediolani claruerunt Decuriones medici *Jacobus Herba*, *Roglerius Medices*, *Guidus Gallaratus*, *Tiberius Medices*. Poſt a. 1340. floruit *Michael Tadinus*, Mediolanenſis. Mag. *Ligus Ammannatus*, Piſanus, Medicinæ, Philoſophiæ, & liberalium Artium Doctor, etiam Senator, †. a. 1359. 18. Aug. *Thomas de Garbo*, Dini filius. *Thomas de Argentis*. *Jacobus Montecalvus*, Bononienſis, Sapiens dictus, pro altero velut Ariſtotele & Æſculapio celebratus, in diverſis Europæ academiis Philoſophiæ & Medicinæ Profeſſor, ac tandem Bononiæ, hic quoque Decurio & Munitionum Præfectus, †. a. 1374. natus annos 74. *Andreas de S. Domnino Carfanianæ*, Archiater Caroli IV. Imp., Eques Auratus, Comes Palatinus, & Conſiliarius. *Bartholomæus de Campo*, clarus circa 1359. Profeſſor Patavinus: ſicut etiam *Benedictus de Topis*, *Bonus a Flumine*, *Barnabas Dardanus*, Venetus, circa 1364. celebris. Mag. *Franciſcus de Cremona*, Piſis Profeſſor Grammatices, Logices, & Medicinæ, iterato a. 1362. Mag. *Johan-*

Johannes Gittalebraccia, Pianus civis & Phyſicus, forte etiam Profeſſor Medic., Artium & Medic. D., †. a. 1384. 17. Aug. *Ugolinus* ſ. Hugonlius de *Monte Catino*, celebris practicus Piſanus & Lucenſis, interfectus 1393. 21. Oct. qui laudat Mag. *Michaelem Piſtorienſem*, M. *Matthæum de Piſis*, M. *Chriſtophorum Georgii* Florentinum, M. *Maſium Laudenſem*, M. *Leonardum de Bibiena*, M. *Nicolaum de Mantua*, M. *Joh. Baldum* Florentinum. M. *Franciſcus de Senis*, Profeſſor Piſanus & Senenſis. *Mauritius Chizola*, Cremonenſis, etiam Aſtrologus, 1362. *Johannes de Dondis ab Horologio*, Jacobi filius, Profeſſor Patavii, tum a. 1368. Florentiæ, iterum Patavii, †. 1380. Kal. Octob., licet inter Promotores adhuc a. 1382. pro more ſolito nominetur, Ariſtotelis anima vocatus: cujus frater *Gabriel*, Practicus Venetiis æſtimatiſſimus, †. 1388. *Jacobus Zanetinus* ſ. *de Zannettinis*, filius Marci Zaneti, Patavinus, & hic Profeſſor Medic. 1380. †. 1388. *Angelus de Roma*, ejus adverſarius: æqualis *Petrus de Tomaſiis*, Venetus, Profeſſor Patavii, dein Practicus Venetiis.

§. 125. *Franciſcus Caſinus*, Nobilis Senenſis, Archiater Urbani VI. & Martini III. dicti V. PP. cujus frater *Johannes*, Profeſſor Senenſis circa 1370. poſtea Archiater Innocentii VII. PP. *Guilielmus Brixienſis* vel Brixinenſis, Aggregator quoque vocatus, Profeſſor Philoſophiæ Patavii, deinde Bononiæ, hic Doctor creatus Medicinæ, tum factus Archiater Bonifacii IX. PP. Mag *Dominicus Plumbinas*, Medic. D., pater Benedicti ICti. Mag.

Pax, Scientiæ Medicæ Doctor Piſis, clarus circa a. 1369. *Petrus de Varignana*, Philoſ. & Med. D. Bononienſis Collegiatus, a. 1378. *Petrus de Johannetis*, Phil. & Med. D. Colleg. & Aſtronomus, ibid. a. 1383. *Johannes Guidottus*, Phil. & Med. D. Colleg., Senator, & Juſtitiæ Vexillifer, ibid. 1395. *Bonhomus Bernhardi*, Cluſinus, Aſtrologus & Medicus feliciſſimæ praxis Bergomi, †. 1401. octogenario major: *Nardinus de Florentia*, qui a. 1394. Avenione Clementi VII. Papæ moribundo adfuit cum Raimundo de Pojolis, aliisque: *Chriſtophorus de Honeſtis*, diſcipulus Thomæ de Garbo, clarus circa 1380. *Marſilius a Sancta Sophia*, filius Nicolai, Patavinus, ibidem quoque Profeſſor poſt a. 1370., etiam Ticini, & tandem Bononiæ, ubi †. 1403. *Johannes a S. Sophia*, pariter filius Nicolai, Profeſſor Patavii, †. 1410. dictus Artiſta eximius, medicinæ rite Monarcha. *Galeacius a S. Sophia*, itidem Patavinus, ibidemque Profeſſor, circa finem ſæculi, Antagoniſta Jacobi Forolivienſis. *Balthaſar* atque *Franciſcus de S. Sophia*, qui a. 1399. Profeſſores fuere Patavii. *Jacobus a Turre de Forlivio*, Forolivias, vel Forolivienſis, Patavii Profeſſor admodum celebris, †. 1413. pridie Id. Febr. (ſecundum alios Nonis Maji) artium ac medicinæ Monarcha, nec non alter Ariſtoteles & Hippocrates alter appellatus. Ticini Profeſſores, *Sylanus Niger*, Papienſis, & *Antonius Vacca* Pedemontanus.

§. 126. *Jacobus de Arquado*, Artium ac Medic. Doctor, †. 1394., Patavii a. 1390. fundavit Col-

Collegium pro alendis ſtudioſis Philoſophiæ & Medicinæ. A. 1392. Rector Medicorum & Artiſtarum Patavii fuit Mag. *Antonius de Cuſano*, de Mediolano. A. 1397. a Mag. *Andrea*, Andreæ Recinetenſis filio, Medico Venetiis artem faciente, conſtituta ſunt alimenta ſcholaribus 4. Auximanis, qui Patavii Artibus & Medicinæ ſtuderent. A. 1398. *Nicolaus Ridius* ſ. de Rido, Artium & Med. D., Patavinus, & ibi Profeſſor Medic., Collegium inſtituit pro 6. Artium & Med. ſtudioſis Patavinis. A. 1399. duæ Gymnaſii Patavini Univerſitates, Juriſtarum & Artiſtarum, omnino inter ſe diſtractæ ſunt.

§. 127. Alii Profeſſores Patavini, verſus finem ſæculi, *Hieronymus de Angeleriis*, Venetus: *Petrus de Vareſio*, *Blaſius de Parma*, *Johannes Michael de Mainardinis*, *Paulus de Nuremberg*, *Antonius de Coneglano*, *Chriſtophorus de Dulcebovis*, (al. de Dulcebonis,) Mediolanenſis, ibidem Phyſicus Collegiatus a. 1390.: *Matthæus de Lece*: *Petrus de Tanſignano*, Bononienſis, vir clarus: *Johannes de Peru*, & *Bartholomæus de Mantua*, docti ſimul & facundi: *Jacobus* & *Balthaſar a Sancto*, *Johannes de Rido*, *Andreas de Maſſolinis*, *Julianus de Rhodigio*, *Jacobus de Zenariis*, *Gulielmus de Regio*. Commemorantur quoque *Bartholomæus* & *Guilielmus a Sancta Sophia*; niſi iidem ſunt, qui in ſequente ſæculo occurrent.

§. 128. *Nicolaus Falcuccius*, Florentinus, magnæ autoritatis medicus, †. 1412., qui cum Nicolao Nicolio confundi ſolet. Magiſter *Johannes de Cantaregio*, Phyſicus Collegiatus Mediolani 1367.

Ex eodem Collegio Decuriones a. 1388. *Antonius Reſta*, *Balthaſar Cuſanus*, *David de Capitaneis*, *Jacobus Rabia* vel Rabbia, *Jacobus Mazenta*, *Rodulphus Mazenta*, *Guidotus Mazenta*, *Petrus Bernadigius*, *Bellonus de Gradis*, *Lanfrancus Serenius*, *Eugenius Concoretius*, *Laurentius Donatus*, *Georgius Menclotius*. Phyſici ibidem Collegiati, circa 1391. *Johannes de Capitaneis de Vitoduno*, Nobilis, Protophyſicus Ducalis a. 1399.: cujus filius *Matthæus*, Profeſſor Placentiæ a. 1398. eodem a. ibidem Profeſſor Medic. *Jacobus Martignonus*, Mediolanenſis: eodem Phyſicus Mediolanenſis, Magiſter *Chriſtophorus de Oxna*: a. 1399. Magiſter *Ludovicus de Terzago*, Magiſter *Chriſtophorus de Clivate*, Mag. *Chriſtophorus de Rippa*.

§. 129. Chirurgiæ Profeſſores Patavini hoc ſæculo recenſentur, *Benedictus Galmarellus* vel de Galmarellis, Patavinus, inſignis pariter medicus & philoſophus: *Johannes de Janua*, *Nicolaus* & *Franciſcus de Monteſilice*. Magiſter *Guido de Prato*, Doctor Phyſicæ, Lector Chirurgiæ Piſis a. 1341, fortaſſis ille Guido *Landi* de Prato, qui Bononiæ circa 1345. & 1347. lecturam geſſit.

§. 130. Galli: Regum Phyſici vel Archiatri, Caroli IV. Pulchri, *Gaufridus de Courvot*: Caroli V. *Everardus de Conty*, *Gervaſius Chreſtien* a. 1367. †. 1382.; *Johannes de Guisco*, *Johannes Fabari*: Caroli VI. *Guilielmus de Harſely*. Regius quoque Archiater fuit *Valeſcus de Taranta*, diſcipulus *Bernhardi Foreſterii*, Profeſſor Monſpelienſis inde ab a. 1382.; a quo commemorantur *Stephanus*

nus Arnaldus, *Arteſagerus*, *Biernenſes*, *Botallus*, *Petrus de Brolio*, Mulierum *Cataloniæ* ſudatio, domina *Comitiſſa* Fuxi, Vice-*Comitiſſa* Caſtri Boni, *Franciſcus Cuniculus*, *Fulgentius*, *Henricus*, *Hiſpani* medici, Magiſter *Jacobus*, *Jordanus de Turre*, *Johannes Januenſis*, *Julius*, *Nicolaus Florentinus*, *Pontius de S. Ægidio*, *Portugalenſes*, *Robertus*, *Saracenica* Tryphera.

§. 131. *Bernhardus de Gordonio*, origine Scotus, Profeſſor Monſpelienſis, appellatus Excellentiſſimus medicinæ Monarcha, qui ſuum Lilium Medicinæ a. 1305. poſt vigeſimum annum lecturæ inchoavit. *Jacobus de Euſa*, Caturienſis Aquitanus, poſtea Johannes XXII. PP. chemicis annumeratus. *Guilielmus de Cornubia*, fortaſſe ex Anglia, Doctor Medicus Pariſiis circa a. 1303. Magiſter *Martinus*, ibidem a. 1309. clarus. *Petrus de Florentia*, Doctor Regens Facultatis Pariſienſis a. 1325. *Hugo Sapientis*, primus Decanus Oneris, quem vocant, præter illum Ætatis, Facultatis Medic. Pariſienſis, a. 1338. *Johannes de Rupeſciſſa*, Gallice Rochetaillade, Aureliacus Aquitanus, ex Ordine Fratrum Minorum, carceri mancipatus a. 1345. in eoque mortuus circa a. 1375. celebris Chemicus: *Ortholanus*, alius Chemicus a. 1358. Pariſiis commoratus, ut dicitur. A. 1347. Rector Univerſitatis Pariſinæ *Guido Guerini*, deinde circa 1389. etiam in Medicina clarus.

§. 132. *Guido de Cauliaco*, Gallice de Chauliac, Clericus, diſcipulus Nicol. Bertrutii & Pet.

 de

de Bonanto, poſthac Profeſſor Monſpeſſulanus, deinde Practicus Lugdunenſis, tandem Avenione Urbani V. PP. Medicus Cubicularius & Capellanus, in Chirurgicis comparatus Hippocrati, qui a. 1363. valde ſenex ſuum compoſuit artis Chirurgicæ ſyſtema. *Johannes de Lovanio Hollandinus*, Pariſiis a. 1365 clarus. *Guilielmus de la Chambre*, vulgo *de Camera*, celebris poſt a. 1370., Pariſiis Profeſſor, & a. 1398. Decanus Facultatis. *Guilielmus Boucherii*, alias *Carnificis*, Doctor Facultatis Pariſienſis a. 1379. Magiſter *Thomas de Blanche Chappe*, Decanus Pariſ. 1381. & 1390. *Gaufridus Melpomre*, Doctor circa 1389. Pariſiis: eodem tempore ibid. Medicæ Facultatis Magiſter *Petrus Dares*.

§. 133. Clementi VII. PP. Avenionenſi a. 1394. moribundo adfuerunt Magiſtri in Medicina, *Nardinus de Florentia*, *Raimundus de Pojolis*, & *Petrus de Falqueti*. A. 1395. laudantur Doctores Pariſini, *Petrus de Caſtania*, Mag. *Johannes Voignon*, Mag. *Petrus de Vallibus*, ex Bituricenſi diœceſi, *Jacobus Sacqueeſpee* Atrebatenſis. *Johannes de Tornamira*, Profeſſor Monſpelienſis.

§. 134. Chirurgi in Gallia, Magiſter *Theobaldus Benoiſt*, regis Philippi V. Longi Chirurgus primarius. Mag. *Enguerandus Desloges*, Caroli IV. Pulchri Chirurgus primarius. Mag. *Johannes Pontalius*, primarius Chirurgus Regius. Sub rege Johanne II. & porro, Mag. *Petrus Fromond* & Mag. *Robertus de Langres*, Caſtelleti Pariſienſis

Chi-

Chirurgi Regii. *Henricus de Morant*, Chirurgus Regius. Mag. *Petrus de l'Argenterie*, Guidonis de Cauliaco amicus. M. *Johannes Stoby*, celebris Chirurgus Pariſinus. M. *Johannes de Troyes*, Collegii Chirurgorum Pariſienſium Præfectus. Sub Carolo V. M. *Gervaſius Le Comte*, Collegii Chirurg. Præfectus. Sub Carolo VI. & VII. M. *Johannes de Troyes*, prioris nepos, plurimum apud populum autoritate valens in negotiis publicis, ſed qui poſtremo in Belgium aufugit.

§ 135. Angli, *Johannes Anglicus* de Gadesden ſ. Gatisdenus, Clericus, Profeſſor Collegii Mertonenſis Oxoniæ, & Aulæ Regiæ Medicus, principio ſæculi florens, nobilis ob Roſam Anglicam. *Johannes de Mandeville*, vir Equeſtris Ordinis, Doctor Medicinæ Pariſienſis, peregrinationibus illuſtris, †. a. 1372. *Johannes Ardernus*, Lincolnienſis, Chirurgus, poſt medium ſæculum clarus. *Bartholomæus* aliquis Anglus, qui allegat *Bartholomæum* alium, dictum *Anglicum*, Glanvillum, autorem nobilium librorum de Proprietatibus rerum.

§. 136. Germani, *Petrus de Aichſpalt*, medicus Henrici Ducis Luzelburgenſis, poſtea VII. Imperatoris, Clemente V. PP. etiam ſanato gratiam eximiam promeritus, factusque Epiſcopus primum Baſileenſis, deinde a. 1305. Moguntinus Archiepiſcopus & Elector, †. a. 1320. 4. Jun. Mag. *Meyngot* vel *Meynges*, Phyſicus Noribergenſis a. 1360. *Paulus de Nuremberg*, inter Profeſſores Patavinos recenſitus. *Paulus Rieter*, medicus ſ.

Phyſicus collegiatus Norimbergenſis, †. a. 1410. fortaſſe idem. *Hermannus Lürer*, Norimbergenſis, qui hoc nomine alicubi commemoratur, & Rector Univerſitatis Vindobonenſis fuiſſe dicitur, videtur non alius eſſe quam Hermannus Lurtz mox referendus.

§. 137. Vindobonæ Profeſſores circa 1381. florentes, Mag. *Cunradus* & Mag. *Nicolaus, de Utrimo*, Ducum Auſtriæ Medici. A. 1386. 1390. Rector ejus univerſitatis *Hermannus Lurtz* de Norinberga, Artium & Medicinæ Doctor, & Theologiæ Baccalaureus: qui idem Rector Univerſitatis Erfordienſis fuit a. 1396. jamque Doctor in Theologia appellatur. 1388. 1394. Rector, *Johannes Gallici*, Vratislavienſis, Medic. D., Alberti III. Ducis Auſtriæ Phyſicus. 1392. 1398. 1406. 1410. Rector, Mag. *Hermannus de Treyſa*, Med. D., Canonicus Viennenſis. 1396. Rector, Mag. *Martinus de Walſee*, Profeſſor Medicinæ. 1400. Rector, *Johannes Sylber*, Med. D. Circa 1394. ibidem claruit *Henricus de Woldonis* de Mediolano, Med. D.

§. 138. Erfordiæ Univerſitatis Rector fuit ſecundus, a. 1392. vel 1394., Mag. *Amplonius Ratyngen*, de Berka ſ. de Rheinberga, dictus etiam de Fago, Med. D. & Imp. Sigismundi Archiater, qui fundavit Collegium Amplonianum, huic ſuam Bibliothecam legavit, & academiæ bina, quæ habet, ſceptra argentea donavit. A. 1396. Mag. *Nicolaus Humleben*, iterum a. 1401. & nunc etiam Medicinæ D.: a. eodem *Hermannus Lurtz* modo dictus.

§. 139.

§. 139. Ex Polonis occurrit *Aymericus de Polonia*; Patavii a Mundino promotus a. 1307.

§. 140. Græci, *Philes* Epheſius: *Gerontius*, a Nicephoro Calliſto valde laudatus: *Demetrius Nomachlomus*: *Cyrus Georgius Chryſococca*, circa 1346. clarus.

§. 141. Arabes, *Ibnu el Chathib*, ſuffocatus a. 1375. *Demirius*, clarus a. 1371. †. 1415. forte idem qui *Muhamed Adamirius* vel *Damir*, qui tamen mortuus perhibetur a. 1405. *Scham Seddin Mohammed al Damannini*, †. 1415. *Abulhaſan Ibnu Haidor*, †. a. 1415. *Abu Bahar Ibnu Chaſſon*, †. 1424.

§. 142. Sæculo XV. Univerſitates conditæ, a. 1403. *Herbipoli*: 1405. *Auguſtæ Taurinorum*: 1409. *Lipſiæ*, & *Aquis Sextiis*: 1412. *Sanct-Andreæ* in Scotia: 1413. *Cremonæ*: 1419. *Roſtochii*: 1423. Salmanticæ renovata: 1426. *Lovanii*: 1432. *Auguſtoriti Pictonum*: eodem Romæ renovata: 1437. *Cadomi*: 1442. *Burdigalæ*: 1445. *Abulæ*, Avilæ, in Caſtilia vetere: 1453. *Glaſcuæ* Scotorum: 1456. *Auguſtæ Trevirorum*, & *Gryphiswaldiæ*: 1460 *Florentiæ*, *Baſileæ*, *Friburgi* in Brisgoja: 1470. *Valentiæ* Hiſpanorum, Medicinæ ſtudiis præcipue celebris: 1472. *Ingolſtadii*: eodem & ſequente Piſis reparata: 1477. *Moguntiæ* & *Tubingæ*: 1478. *Hafniæ*: 1480. *Aberdenæ* Scotorum: 1484. *Dolæ*: 1498. *Compluti*: 1500. *Barcinone*.

§. 143.

§. 143. Itali, & primum Archiatri Summorum Pontificum, Johannis XXIII. & Martini V. *Andreas Gamuccius*, Geminianenſis. Eugenii IV. *Johannes Baptiſta Verallus*, Romanus: & *Ludovicus Scarampus*, vel Mediarota, vel ex Arena, Patavinus, ſecundum alios autem Tarviſinus, Intimus Papæ Cubicularius, etiam Miles, tum Epiſcopus Tragurienſis, dein Archiepiſcopus Florentinus, poſtea Patriarcha Aquilejenſis, denique Cardinalis, †. a. 1465. ætatis 64. Nicolai V. *Bernardus Garzonius*, Venetus, ex Bononia genus ducens, ibique Profeſſor usque ad a. 1448. †. Romæ 1454. *Laurentius Roverella*, Nobilis Ferrarienſis, primum ibi Profeſſor, deinde Patavii, hinc iterum Ferrariæ, tum Papæ archiater & Cubicularius per duos annos, poſthæc Pariſiis profeſſor Philoſophiæ, factusque hic Theologiæ Doctor, tum Ducis Ferrarienſis Legatus ad diverſos Principes, porro Nicolai V. Nuncius in Francia & in Hungaria, a Pio II. factus Epiſcopus Ferrarienſis, fuitque etiam Legatus Papæ in exercitu eccleſiaſtico ſub duce Orſino, Nuncius ad Comitia Romani Imperii, & Datarius nonnullorum Pontificum. Calliſti III. *Simon Theobaldus*, Thebaldus, Tebaldi, Nobilis Romanus. Calliſti III. & Pii II. *Johannes Ninius*, alias *Serninius*, Senenſis, primum practicus in patria civitate, deinde Phyſicus Ordinarius Cittacaſtellenſis, & poſtea Anconitanus, hinc archiater, †. 1464. cujus pater *Franciſcus Ninus*, †. circa a. 1429. & nepos *Franciſcus Ninius* aut *Serninius*, Profeſſor Medicinæ Piſanus 1484. †. 1503., pariter celeberrimi medici fuere. Pauli II. *Chriſtophorus Veronen-*

nenſis: Jacobus Gottifredus, Nobilis Romanus: *Johannes Burgius*, Siculus Calataveronenſis, dictus Princeps Medicorum, Archiater Alphonſi Regis Neapolitani, hujusque commendatione electus Paſtor Salentinus, mox Archiepiſcopus Sipontinus, deinde Epiſcopus Mazarienſis, tum Pontificius archiater, poſtremo Archiepiſcopus Panormitanus, †. 1469.: *Sanctes Floccus*, Firmanus, etiam Magiſter Brevium, †. a. ætatis 44.: *Sebaſtianus Veteranus.* Sixti IV. *Benedictus de Nurſia* ſ. Nurſinus, Franciſci Sfortiæ familiaris: *Honuphrius de Honuphriis*, Nobilis Fulginas, antea Peruſiæ Profeſſor Philoſophiæ & Medicinæ, cujus pater *Petrus* quoque medicus fuit longe ornatiſſimus: *Johannes Philippus de Lignamine*, Siculus Meſſanenſis, Nobilis, antea Profeſſor Peruſinus, qui Typographicam quoque officinam inſtituit. Innocentii VIII. *Petrus Leonius*, vel Leo, Spoletinus, (male nonnullis Florentinus, & perperam quoque cum Petro Perleone Ariminenſi confuſus,) medicus ex Galeni ſectatoribus facile princeps, & Aſtrologus magni nominis, etiam Platonicus ſingularis Ficino appellatus, in clariſſimis Italiæ Gymnaſiis Profeſſor, ut Piſis a. 1475. Patavii 1492. per binos annos, tandem Laurentio Medice male curato, ſicut a *Lazaro Placentino*, illuſtri medico, qui Ticino ad curandum Laurentium miſſus erat a Ludov. Sfortia, accuſabatur, in puteo ſubmerſus inventus a. 1492. menſe Aprili. Alexandri VI. *Alexander de Eſpinoſa*, Romanus, ſed ex Hiſpania originem ducens: *Petrus Pintor* ſ. Pinter, Valentiâ-Hiſpanus, †. 1503. ætat. a. 80. Aggregator ſententiarum: *Caſpar Torella*

rella vel Torrella, indidem Valentinus, patre Medico natus, hujus Papæ & Julii II. ſucceſſoris non tantum medicus, ſed etiam Prælatus Domeſticus, factusque Epiſcopus S. Juſtæ in Sardinia.

§. 144. A. 1400. inclaruit *Jacobus de Millanis*, Philoſ. & Medicinæ Doctor & Profeſſor ultra 70. annos, Bononiæ. *Luchinus Papienſis*, Galeacii Mariæ Vicecomitis Mediolanenſis medicus. *Jacobus Armannius*, Eugubinus, medicus, Philoſophus, Mathematicus, & Theologus, clarus a. 1402. *Leonardus Bertopalea*, Profeſſor Chirurgiæ Patavii, eodem a. A. 1404. *Johannes de Dondis* junior, Patavinus: *Nicolaus Fabius*, Philoſ. & Medic. D. Collegiatus Bononienſis, philoſophorum ſui temporis princeps. 1406. *Antonius Ranuccius*, Philoſ. & Medic. D. Colleg. Bonon. & ex ſedecim Reformatoribus ſtatus libertatis. *Johannes de Caronellis*, Coneglanenſis, Medicinæ Practicæ Profeſſor Patavinus. Frater *Paulus Nicoletti*, Forojulienſis, vulgo *Paulus Venetus*, quod Veneti Eremitarum cœnobii alumnus eſſet, Doctor Theologiæ, Philoſophiæ, & 1410. etiam Medicinæ, Profeſſor Logicæ, †. 1419. dictus Doctor profundiſſimus, omniumque liberalium artium in orbe Monarcha. *Antonius de Luca*, Patavii Rector Artiſtarum a. 1408., qui idem poſt geſtum magiſtratum a. ſequente gratis Medicinæ Doctor creatus eſt: ut etiam a. 1410. *Johannes de Haſſia*, qui a. 1409. Rector fuerat; idque exemplum poſtea in ſequentibus Artiſtarum Rectoribus valuit. Modo dictus *Ant. de Luca* Patavii Profeſſor Medicinæ factus

ctus a. 1409. Magiſter *Antonius de Falcuccis* de Florentia, Artium & Medic. Doctor præclarus, †. 1423. 4. Maji. Laudatur quoque fæmina *Margareta*, medica Neapolitana, ſub rege Ladislao, †. 1414.

§. 145. *Matthæus de Capitaneis*, de Vitudono, Ducis Mediolanenſis Philippi Mariæ Vicecomitis Senator in Secretiore Conſilio, Cubicularius, & Protophyſicus, ab a. 1412. usque ad 1430. antea Profeſſor Placentiæ 1398. Circa idem tempus *Marcus Antonius Cuſanus*, Mediolanenſis, ejusdem Ducis Protomedicus. *Antonius Cermiſonus*, nonnullis Cerneſonus, Cermiſoni Parmenſis, Venetarum copiarum Ductoris, filius, Patavii natus, ibidemque cum fratre *Matthæo* Profeſſor a. 1413., †. 1441. *Johannes de Concoregio*, vel de Concoretio, Mediolani natus & in Collegium Phyſicorum cooptatus 6. Aug. 1413. Profeſſor Bononiæ, & in diverſis aliis ſtudiorum ſedibus, poſtremo Ticini, †. 1438., dictus medicinæ Monarcha. *Antonius Guaynerius*, Ticinenſis civis & Profeſſor, †. circa 1440.

§. 146. *Bartholomæus de Montaneana* ſ. *Montagnana*, Profeſſor Bononienſis & Patavinus, adhuc 1441. ſuperſtes. *Hugo* vel Ugo *Bencius*, vel de Benzis, Senenſis, Profeſſor Bononiæ, Patavii, Ferrariæ, Parmæ, alibi, †. Romæ 1448. *Sigismundus de Policaſtro*, de Polcaſtris, Polcaſtrus, Patavinus, ibidemque Profeſſor per annos plus 50., †. 1473. ætatis a. 94. philoſophorum & medicorum ætatis ſuæ princeps habitus, *Bartholomæus a S. Sophia*,

Sophia, Profeſſor Patavii, filius Johannis, †. circa 1448. Baveria Baveria, ſ. *Johannes Baverius de Baveriis*, (Baviera,) Imolenſis, ex Bononia tamen genus ducens, ibique inſignis Philoſ. & Medic. Doctor & Practicus a. 1428. *Sanctes de Arduinis*, Piſaurenſis, apud Venetos ſumma cum gratia florens, clarus circa 1430. Eodem circiter tempore Profeſſor Bononiæ, poſtea Piſis, *Johannes*, Magiſtri Petri, *Sermoneta*. Mulier, *S. Franciſca*, Romana †. 1440.

§. 147. A. 1414. & quatuor ſequentibus Patavii inter Promotores in medicina fuerunt, *Almericus de Serravallo*, *Chriſtophorus de Tomaſiis* Patavinus, *Franciſcus de Melategnis* ejusdem civitatis, ſicut etiam *Bonus a Flumine*, deinde Profeſſor, & *Franciſcus de Niaſio*, ſimiliter poſtea Profeſſor. A. 1422. Patavii Profeſſores, *Stephanus de Doctoribus*, †. 1463.: *Thaddæus de Aldemariis*, Tarviſianus: *Nicolaus de Cavazzolis*, Vicetinus, jam 1416. Rector Univerſitatis Artiſtarum, & 1417. Medicinæ Doctor: Frater *Franciſcus de Maximo*. Inter Promotores tum fuerunt, *Franciſcus de Motonibus* Tarviſianus, *Georgius Carrerius* Cyprius, *Antonius Scarperia* Florentinus, *Gulielmus de Mercato Novo*, *Nicolaus de Leonardis* Venetus vel Bononienſis. A. 1423. Profeſſor, *Henricus de Alemania* ſ. Alemanus, etiam Univerſitatis Rector, ſed Doctor Medicinæ demum poſt 20. annos. A. 1428. *Johannes de Camerino*. A. 1430. *Marcus de Oſnago*, Venetus.

§. 148.

§. 148. Chirurgiæ Profeſſores Patavii, a. 1422. *Matthias de Feltro*, & *Nicolaus de Adria* vel de Andria: 1424. *Laurentius de Caſulis* Senenſis: 1425. *Johannes Michael Bertopalea*, Leonardi filius, & Frater *Johannes Antonius de Padua*, Artium & Med. D., etiam a. 1436. Aſtrologiæ Profeſſor.

§. 149. Profeſſores Artium & Philoſophiæ Patavii, qui ſimul medicinæ Doctores fuerunt, *Antonius de Acelo*, civis Tarviſianus, Phyſicus & Medicus, a. 1422. *Cajetanus Tienæus*, Vicetinus, vulgo dictus Cajetanus de Vincentia, Patavinæ Eccleſiæ Canonicus, Principis juſſu Collegio Medicorum & Philoſophorum primus adſcriptus a. 1445. †. 1465. *Johannes de Marcanova* Venetus, Artium & Medic. D. & Patavino Collegio adſcriptus extra ordinem a. 1440., unde cœpit ſe Patavinum vocitare, †. 1467. Doctores Medicinæ Patavini poſt Rectoris munus geſtum creati, *Johannes Baptiſta de Neapoli*, 1414. *Jacobus de Turre*, Bergomas, 1415. *Thomas*, vulgo Maſellus, *de Pedemonte*, 1416. Doctores in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium cooptati, 1422. 6. Junii Magiſter *Antonius de Bernadigio*, Patricius, ibidem 1448. Lector Ordinarius Practicæ, a. 1452. Phyſicus Ducis Blancæ Mariæ: 1427. 12. Mart. Mag. *Johannes Paulus de Peſſina*, 30. Sept. Mag. *Johannes Bertus de Cuſano*: 1428. 23. Mart. Mag. *Simon de Mazenta*, poſthac Archiater Ducis; 23. April. Mag. *Jacobus de Cuxano*. Phyſicus de Collegio Mediolani Forenſis 1429. 26. Jul. Mag. *Jacobus de Camarino*. Ad hæc quoque tempora refertur aliquis

quis *Petrus Montagnana*, Anatomicarum iconum editor.

§. 150. Sub Eugenio IV. PP celebres, *Apollinaris Offredus* ſ. de Offridis, Cremonenſis, Med. D. & practicus feliciſſimus, Ariſtotelis Anima & Peripateticorum Deliciæ vocatus, qui pater creditur Johannis Petri Apollinaris: *Thaddæus Arduinus*, ſpectatiſſimus Medicus & Eques Florentinus, pater Oliverii Arduini. *Johannes Sermoneta*, Profeſſor Bononiæ, pater Alexandri. *Johannes Benedictus de Caſtagnolis*, Profeſſor Patavinus 1433. †. 1449. ibidem Profeſſores, 1433. *Johannes Michael Savonarola*, Patavinus, Eques Hieroſolymitanus, poſtea Ferrariæ Ducis Archiater, 1466. adhuc ſuperſtes: 1434. *Chriſtophorus de Barzizis*, Bergomas, Gaſparini filius, famâ inclytus: *Jacobus Cyprius*, etiam Aſtrologiæ Profeſſor, †. 1447.: *Candus de Cando*: *Simon de Lendenaria*: 1435. *Johannes de Manſono*, Neapolitanus, & *Chriſtophorus de Bonaciis*: 1436. *Bartholomæus de Noali*, †. 1451. circa 1440. *Marcus Doctus*, Tarviſianus, qui ad Profeſſionem Chirurgiæ tranſiit a. 1477.

§. 151. Piſis Profeſſores Medicinæ, ab a. 1434. Magiſter *Februs*, aliis *Fabius*, & Mag *Andreas*, filii Mag. Nicolai Pacis, *de Pergula*: Mag. *Franciſcus* Guillelmi *della Barba*, de Piſis, Med. D. Ab Andrea Nicolai de Pergula ad Doctoris gradum promoti ſunt *Nicolaus de Aula* Siculus, *Thadæus Cambini* Florentinus, *Johannes* Magiſtri Petri *de Aretis*, *Johannes* filius Bartholomæi *de Lachellis* de

de Fontaneto Vercellenſis diœceſis. Circa hæc quoque tempora floruiſſe videtur *Jacobus de Capitaneis de Arſago*, pater Johannis, Profeſſoris Ticinenſis.

§. 152. Mediolani Collegio Phyſicorum adſcripti, 1431. 25. Febr. Mag. *Georgius de Seregnio.* 1432. 14. Mart. M. *Franciſchinus de Medicis* de Mazenta: 8. April. M. *Gufredolus de Seregnio*: 27. Jul. M. *Petrus de Medicis*: 15. Sept. M. *Lancellottus de Clivate.* 1436. 12. April. M. *Johannes Matthæus de Ferrariis*, a loco natali *de Gradi* vel *de Gradibus* in tractu Mediolanenſi, poſthæc Profeſſor Primarius Ticinenſis, & Blancæ Mariæ Ducis medicus, †. 1460.: eodem a. 1436. 4. Maji, M. *Jacobus de Rippa*, poſtea 1447. Decurio, & Profeſſor publicus Mediolani a. 1448. 1. Sept. M. *Antonius de Terzago.* 1437. 4. Sept. M. *Philippus de Pilizonibus.* 1438. 4. Sept. M. *Rolandus de Ferrariis*: 1439. 14. April. M. *Antonius de Cuſano*, MM. *Lancellottus* & *Johannes* fratres *de Peſſina.* 1440. 27. Maji M. *Beltramus de Ferrandis*: 22. Aug. M. *Johannes de Marliano*, Patricius Mediolanenſis, poſtea Decurio 1447. & Profeſſor ibidem 1448., & Ticini, item Phyſicus Ducis Primarius, †. 1483. 21. Sept. inſignis quoque Philoſophus & Mathematicus: eodem a. 1440. 11. Sept. M. *Galeacius de Clivate.* Marlianus librum ſcripſit ad præclariſſimum Phyſicum ac Medicum Equitemque Auratum, Magiſtrum *Reguardatum*, Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani Phyſicum & Senatorem, poſt annum 1450.

§. 153. Phyſici Mediolani Forenſes, 1432. 12. Nov. Mag. *Baldeſar de Novaria:* 1433. 8. Nov. M. *Hieronymus de Caſetis de Laude:* 1437. 4. Sept. M. *Luchinus de Belloculis*, M *Johannes Franciſcus de Balbis*, M. *Johannes Marcus de Parma:* 7. Sept. M. *Jacobus de Luſellis de Crema:* 12. Oct. M. *Luchinus de Balbis:* 1439. 19. Maji M. *Antonius de Lucha:* 19. Aug. M. *Georgius de Papia.*

§. 154. *Simon a Cordo*, Januenſis, ſ. Genuenſis, medicus, poſtea quoque Nicolai V. PP. Subdiaconus & Capellanus, itemque Canonicus Rothomagenſis, felicis recordationis apud Romanos, ut ait Oldoinus. *Johannes de Arculis*, aut Arculanus, aliis *Herculanus*, Veronenſis, aliis Romanus, Profeſſor primum Bononiæ, deinde 1452. Patavii, denique Ferrariæ Ducis Archiater, †. 1460. ſecundum alios vero demum 1484. Patavii Profeſſores Medicinæ, *Antonius Roſellus* 1441. etiam Promotor. *Bartholomæus a S Sophia*, Bartholomæi filius, 1446. Ordinarius, †. ut videtur, 1464 *Hieronymus a Vallibus*, 1446. †. 1472. A. 1448. *Johannes de Fornacibus*, vel de Fornace, Venetus, & *Andreas Marionus* vel de Marionibus; Fornacius jam 1422. Logicæ Profeſſor fuerat, 1427. Magiſter, tum etiam Medicinæ Doctor, & ad Medicos Profeſſores translatus, ſed 1453. diſceſſit. 1449. *Matthæolus de Peruſio*, clari nominis vir, quem Peruſini a. 1453. in patriam magna contentione revocarunt, ſed fruſtra, †. 1471., ſecundum alios autem ſerius.

§. 155. Inter Promotores Patavii recenſentur a. 1441. *Simeon de Ruſpano*, ex civitate Auſtriæ, *Franciſcus de Janua*, *Zacharias de Monteſilice.* Doctores, *Hieronymus a Turre* ſ. *Turrianus*, Veronenſis, a. 1442. in Patavinorum medicorum Collegium cooptatus dicitur, qui ſic diverſus foret a juniore Hieronymo 1505. aut 1506. ætatis a. 62. defuncto, niſi error in anno commiſſus eſt. *Nicolaus de S. Sophia*, a. 1443. Prorector; qua occaſione, quum, orta controverſia, Collegii Medicorum jura oppugnare coactus eſſet, hoc lege cavit, ne Doctor ullus ſui ordinis in poſterum Rector eſſet, vel pro Rectore ageret. *Henricus Stephanwel de Willa Wirmé*, 1443., prægreſſo anno Rector Artiſtarum Similiter a. 1448 *Lyſius Cyprius.* A. 1446. *Franciſcus de Engleſchis*, Florentinus, Artium & Med. D., Collegium teſtamento inſtituit pro ſuſtentandis quinque juvenibus Patavii ad gradum Doctoris in Philoſophia & Medicina eniſuris.

§. 156. Bononiæ florentes, *Nicolaus Salvius*, Philoſ & Med. D. Collegiatus, & Lector, a. 1442. *Florianus Cereolus*, item Doctor Collegiatus, S. Petronii Canonicus, & Philoſophiæ Profeſſor, a. 1447. *Andromachus de Millanis* vel *de Garatis*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Theologus, Jureconſultus, etiam Eques, Proarchidiaconus in utroque Collegio, ICtorum & Artiſtarum, 1449. *Dominicus de Varignana*, Philoſ. & Med. D. 1450.

§. 157. Piſis clarus, a. 1450. Mag. *Antonius* Bartoli *de Quargallis* ſ. *Quarqualius*, Lucenſis, Profeſſor Med. Piſanus. Mediolani 1448. Studium generale, quod Ticinenſis vicem præſtaret, inſtitutum eſt, in eoque Profeſſores ſ. Lectores medicinæ, præter jam dictos, conſtituti *Guido de Paratis*, de Crema, Comes & Eques Auratus, Doctor ac Phyſicus Forenſis in Collegium Mediolani receptus 1452. 28. April., & *Antonius de Pirovano*, Doctor ad Phyſicorum Collegium aggregatus 1442. 3. Febr. Lector Ordinarius Philoſophiæ Naturalis Mag. *Auguſtinus de Carugo*, in numerum Phyſicorum cooptatus Doctor 1445. 28. Jul. & *Matthæus de Capitaneis de Buſti*, ex Phyſicorum Collegio Doctor 1441. 16. Febr Decurio 1474. Lector Extraordinarius Philoſophiæ Naturalis Mag. *Guiſcardus* vel Viſcardus *de Barzis*, Doctor ejusdem Collegii 1450. 16. Jun. Lector Logicæ Mag. *Nicolaus de Capitaneis de Arſago* vel Arzago, Doctor ſ. membrum ejusdem Collegii 1450. 9. Febr. in Phyſicis & Aſtrologicis clarus, Decurio 1474. Lector Chirurgiæ Mag. *Franciſcus de Medicis de Serennio*, Doctor dicti Collegii 1454. 31. Maji.

§. 158. Doctores alii in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium cooptati, Mag. *Lazarus de Cumis*, 1443. 13. Decemb. Mag. *Jacobinus de Pirovano* & M. *Jacobus de Ferrariis*, eodem anno: Mag. *Antonius de Caſtilliono*, 1444. 26. Jun. M. *Antonius de Bullis de Caſtano*, 1444. 4. Novemb. M. *Johannes de Boiſio*, 1446. 3. April. M. *Ambroſius de Birago*, 1447. 8. Decemb. M. *Antonius*

nius de Beſutio, 1447. 5. Mart. M. *Matthæus de Caverſatio*, 1450. 9. Febr. M. *Jacobus de Seſto*, eodem a. & die; ſicut etiam M. *Baptiſta de Coyris*, & M. *Johannes de Brugniolis*: M. *Ambroſius de Griffis*, 3. Mart. M. *Raphaël de Vicomercato*, 10. Mart. M. *Marcus de Roma*, 11. April. Phyſici Forenſes de Collegio Mediolani, M. *Dominicus de Ponte*. 1447. 12. Oct. Mag. *Johannes Catelanus*, 1450. 19. April.

§. 159. Circa 1450. quoque celebres, *Philippus Mediolanenſis*: *Renutius*, latinus interpres epiſtolarum Hippocratis: *Alexander Tadinus*, Philoſophus etiam & Aſtronomus: poſt quem vixit *Johannes Bartholomæus Tadinus*, ex Collegio Nobilium Phyſicorum Mediolanenſium. Ad hanc pariter ætatem pertinere videtur B. *Antonius Mediolanenſis*, medicus & Chirurgus, deinde Eremita S. Auguſtini, †. a. 1482. ſeptuagenarius.

§. 160. Circa hæc tempora commemorantur inventores Chirurgiæ Curtorum, *Branca* Siculus Chirurgus, hujusque filius *Antonius*, qui eam artem perfecerit: item *Vincentius Vianeus*, Medico-Chirurgus, Maidæ in Calabria natus. Eadem deinde ars in *Bojana* familia Turpienſium medicorum propagata eſt.

§. 161. Patavii Profeſſores, *Gerardus de Bolderiis*, Veronenſis, 1452. hujusque frater *Matthæus*, quoties Gerardus Venetias vocaretur ad ægros curandos, illi ſubſtitutus a. 1456., & 1461.

 ſuc-

ſucceſſor datus, cum jure Collegii, quum frater Venetiis Praxin ſequeretur. *Petrus a Noali*, 1453. *Zacharias de Feltro*, eodem a. & 1455. per literas primum Advocatorias, deinde Ducales Collegio quoque medicorum adſcriptus, refragante tamen hoc Collegio, †. 1458. Circa hæc tempora inter medicæ Facultatis magiſtros fuit *Johannes Turinius*, vel de Turinis, Peſcienſis, univerſitatis Artiſtarum Rector a. 1470. *Paulus a Flumine*, Boni filius, aliis *Bagellardus* appellatus, Profeſſor a. 1458. qui jam ab a. 1441. Philoſophiæ Profeſſor fuerat, 1480. Venetias diſceſſit praxi vacaturus, †. 1494. *Petrus de Roccabonella*, Venetus, 1459., antea 1450. Profeſſor Philoſophiæ, 1452. membrum Collegii Philoſophorum, 1455. etiam Medicorum, 1463. medicus Legati Veneti ad Galliarum Regem, poſt annum ad ſpartam reverſus, 1467. denuo Profeſſor Philoſophiæ, 1475. iterum Medicinæ, †. 1491. *Franciſcus a Noali*, Bartholomæi frater, 1459.

§. 162. Doctores Patavini, ex Rectoribus, Mag. *Georgius Pinzer*, Sileſius, 1452. *Hieronymus de Albano*, Bergomas, 1460.

§. 163. A. 1454. *Thaddæus Adelmarius*, Tarviſianus, Artium ac Medic. Doctor, & Comes Palatinus, quum Romæ eſſet Magiſter Regeſti Literarum Apoſtolicarum, teſtamento fundavit ſtipendia pro 8. Tarviſianis adoleſcentibus, Patavii ſtudio Theologiæ operam daturis, atque ad gradus academicos eniſuris; qui forſan idem eſt cum Thad-

dæo

dæo de Aldemariis, Tarviſiano, Prorectore & Medicinam Extraordinariam diebus feſtis tradente a. 1422. A. 1456. *Stephanus de Doctoribus*, Med. Prof., teſtamento juſſit inſtitui Collegium pro ſtudioſis Philoſophiæ ac Medicinæ Patavinis, ſi quando mares heredes ſuæ familiæ deficerent. A. 1459. Senatus Venetus vetuit, ne medici Profeſſores apertis ſcholis Patavio exirent: quodſi quis Venetias vocaretur, non aliter iret quam impetrata a Sapientum Collegio facultate per tres ſuffragiorum partes, nec diutius abeſſet quam per dies octo, nec niſi bis in anno. Vetuit quoque, ne quis ullo in loco Venetæ ditionis medicinam factitaret aut chirurgicam artem exerceret, quin Patavii rite probatus eſſet.

§. 164. Bononiæ clari, 1455. *Hieronymus Manfredus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, & inſignis Aſtrologus: *Hieronymus Ranuccius*, pariter Doctor Collegii, Balneorum Porrectæ Comes, & Senator, pro altero Hippocrate habitus. A. 1460. *Nicolaus Fabius* II. Philoſ. & Med. D. Collegiatus, etiam Profeſſor: *Nicolaus de Graſſis*, ex eodem Collegio, & Publicus Lector Logicæ Philoſophiæque ac Medicinæ.

§. 165. Florentiæ a. 1451. Profeſſor publicus, *Nicolaus Tignoſius*, vulgo Nicolaus *de Fulgineo*, Jacobi filius, natus 1402. Profeſſor Logices Bononiæ 1426., deinde practicus & civis Arretinus, denique 1473. Piſis Profeſſor Philoſophiæ, †. 1474. 18. Kal. Octob. ætat. 72. menſ. 5. dierum 15.

§. 166. Mediolani occurrunt, 1457. Magiſter *Abſalon de Capitaneis de Scalve*, ſenior, de Pergamo ſ. civis Pergamenſis, Ducis Blancæ Mariæ Phyſicus, Phyſicus Forenſis Mediolani 1459. 15. Novemb. Civitate Mediolanenſi donatus 1460., unus etiam ex 60. Decurionibus Mediolani 1474. †. 1486. 29. April. Doctores in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium recepti, 1451. 3. April. Mag. *Ambroſius de Parvis* : 1452. 26. Maji M. *Georgius de Caravazio* : 1453. 16. Jun. M. *Guinifortus de Arluno*: 1454. 9. Febr. M. *Bernardus de Lampugnano* : 3. Jun. M. *Angelus de Trivulzio* : 1456. 12. Jun. M *Paulus de Scarpignis*: 1458. 10. Febr. M. *Gaſparinus de Habbiate*, & M. *Georgius de Sgiaſenatis* : 1459. 20. Jul. M *Bartholomæus de Verderio*. Phyſici Forenſes de Collegio Mediolani, Guido de Paratis jam ſupra §. 157. dictus : M. *Syllanus*, vel Sylanus aut Sillanus, *de Nigris* Papienſis, (nepos Profeſſoris Ticinenſis ejusdem nominis, collegæ ut videtur, Marſilii a S. Sophia & Antonii Vaccæ Pedemontani, verſus finem ſæculi 14.) 1458. 23. Mart. Decurio 1474. Abſalon de Capitaneis modo dictus.

§. 167. Patavini Profeſſores, *Johannes Ægidii de* vel *ab Aquila*, ſ. *Aquilanus*, Anxanenſis, 1463. poſtea 1473 Prof. medicinæ Piſanus, iterum 1479 Patavinus, appellatus quoque nonnunquam Johannes Patavinus, (a. 1491. iterum a Piſanis invitatus, ſed fruſtra,) pro altero Æſculapio habitus, exemtus judicio Univerſitatis 1480. emeritus

1506.

1506. *Balthaſſar de Peruſio*, 1464. †. 1474. *Johannes Antonius de Lido*, alias *Lidius*, 1464. febri peſtilente, quæ 1466. Venetiis ingruerat, fugata ingentem adeptus famam & celeberrimam praxin. *Nicolaus de Prato* 1465. *Hieronymus a Turre* ſ. *Turrianus*, eodem, Piſas vocatus 1480. jamque illi univerſitati obſtrictus, Patavii tamen retentus, abdicato 1485. munere revocatus, ad Ferrarienſe Gymnaſium migravit 1486., rurſus Patavium accitus 1488., †. 1505. vel 1506. *Chriſtophorus de Recaneto* ſ. *Recinetenſis*, 1467. antea Profeſſor Philoſophiæ, dictusque ſummus Italiæ philoſophus, medicorum Collegio aggregatus 1464. decreto Senatus Veneti, repente a munere receſſit 1488.

§. 168. Doctores Patavini Collegii, poſt geſtum Rectoris officium creati, *Johannes de Juſtis*, Cretenſis, 1462. *Johannes de Auguſtinis*, Bergomas, 1463. *Odomatthæus de Catonibus*, Urbinas, 1465. antea circa 1460. Dialecticæ & Philoſophiæ Profeſſor. *Belpetrus de Aurelianis*, Vicetinus, 1467. *Petrus de Filetinis*, Utinenſis, 1469.

§. 169. Venetiis a. 1470. Philoſophiæ ac Medicinæ Collegium inſtitutum eſt, pro ſolis Venetis, ad gradus in alterutra vel utraque facultate candidatis rite probatis conferendos.

§. 170. Bononiæ clari a. 1466. *Johannes Garzonius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Orator facundiſſimus, & polyhiſtor: *Neſtor de Morandis*, Benedicti filius, ejusdem Collegii, disputator & phyſicus ſ. medicus excellens.

§. 171. Ferrariæ illuſtris Profeſſor Philoſophiæ ac Medicinæ per 60. annos fuit *Nicolaus Leonicenus*, ex Vicetina ditione Lunigenſis, antea quoque 1462., ut videtur, Patavii Profeſſor Philoſophiæ, natus 1428. †. 1524. 8. Jun., laudatus quod primus philoſophiam & medicinam cum humanioribus literis conjunxerit, Mathematicus quoque. *Alexander Agathimerus*, Leoniceni amicus. Piſis Profeſſor a. 1462. Mag. *Antonius de Silico*, Lucenſis, Medic. D., antea Bononiæ Profeſſor Logicæ, †. ante a. 1492.

§. 172. Mediolani floruit, poſt a. 1460. *Antonius Agrati, de Gradi, de Gradibus*, ab aliis *de Garaldis* nominatus, Ducis Mediolanenſis medicus. *Donatus Caſtillioneus* ſ. Caſtiglione, medicus Mediolanenſis, †. a. 1490. ætatis 60. A. 1469. clarus *Johannes de Capitaneis de Arſago*, Jacobi filius, Profeſſor Ticinenſis, dein Phyſicus Bergomenſis.

§. 173. *Ambroſius Griphus* (forte Gryphus) celebris fuit circa a. 1472. Patavii 1470. *Hieronymus de Polaſtris*, Sigismundi filius, a patre 3. Kal. Sept. Medic. D. creatus, 6. Id. Octob. Profeſſor Philoſophiæ, exceptus quoque a ſcholarium judicio & ſuffragiis, 1492, Profeſſor Medicinæ: vir non doctrina modo, ſed etiam pietate ac religione inſignis. 1472. Profeſſor *Petrus Saccus*, Veronenſis, †. 1475. *Petrus Carrerius* ex Monteſilice: *Antonius Muſſatus*. 1473. *Johannes Buzzacarenus*. 1474. *Cecchinus Martellinus*, Ravennas, & poſthac

hac per 20. annos, ſecundum nonnullos: item *Franciſcus Lovatellus*, ut quidam referunt. Alexander Sermonetta vid. inter Piſanos. 1480. Mag. *Coradinus*, Bergomas, †. 1490. Eodem a Univerſitati conceſſum eſt, ut quotannis de Profeſſoribus omnibus per ſuffragia judicaret.

§. 174. Inter Promotores fuerunt his temporibus *Nicolaus a S. Sophia*, Junior: *Johannes de Janua*: *Petrus Mainus*: *Laurentius de Noali.*

§. 175. Bononiæ clarus a. 1473. *Leonellus de Victoriis*, olim *de Faventia*, civis Bononienſis, Philoſ & Medic. D. Collegiatus. 1477. *Gabriel Prezatus*, Bergomenſis, antea practicus in variis Italiæ civitatibus, poſtea Bergomum reverſus ibidemque †. 1509.

§. 176. Piſis Profeſſores, a. 1473. Mag. *Albertinus Cremonenſis* vel de Cremona, ex familia vel *de Catanis* vel *de Chizzolis*, aut *de Chigrolis*, aut *de Chriſtofolis*, Phyſicus, Artium & Medicinæ D., Theologia quoque excultus, Profeſſor Logices Ferrariæ 1450., Philoſophiæ, tum Ethices, Bononiæ 1454. & deinceps, †. 1474. d. 10. Sept. Mag. *Alexander Sermoneta*, Johannis filius, Senenſis, antea Peruſii Profeſſor, ut videtur Logicæ, poſtea 1479. Patavii Medicinæ Profeſſor & Collegii jure auctus, 1480. quoque ab Univerſitatis judicio, in probandis per ſuffragia profeſſoribus, honoris gratia exceptus, ſed a. 1484. diſceſſit. *Stephanus de Mediolano*, ex gente *Turria*, antea Bononiæ

noniæ Profeſſor Logicæ deinceps Phyſicæ, poſt a. 1483. ut videtur, Bononiam reverſus & Medicus Ordinarius Veſpertinus conſtitutus, †. 1494. 6. Id. Sextil., laudatus tanquam alter Æſculapius, Hippocrates, & Avicenna. A. 1474. Profeſſores, Mag. *Johannes Petrus Apollinaris*, Cremonenſis, Offredi filius, ut creditur, hic Profeſſor Philoſophiæ, dictus Ficino Peripateticus ſingularis, †. 1481. 18. April. *Oliverius Arduinus*, Thaddæi filius, etiam Philoſophiæ Profeſſor, non quidem Doctoris titulo inſignitus, nihilo tamen minus Promotor in Medicina, & omnium, quæ Collegii ſunt, ex privilegio particeps, poſthæc a. 1482. 22. Decemb. S. Theologiæ Doctor, †. 1497. 28. Febr. Mag. *Luchinus Johannis de Gerlis*, *Papienſis*, Luchinus *Gerlius*, Luchinus de Gerlis, *de Papia*, (pater Johannis Profeſſoris Logicæ 1499.,) Artium & Medic. D., Profeſſor primum Logicæ, poſtea medicinæ Practicæ, a. 1506., ut indicia ſunt, adhuc profeſſor, cæterum contentioſus homo, ſubinde a gymnaſiarchis objurgatus. Circa a. 1475. Philoſophiæ profeſſor, & poſt triennium Medicinæ practicæ, *Bernardus Clementis Tornius*, vel *de Tornis*, Florentinus, Doctor a. 1475., etiam Comes, natus 1452. 26. Novemb. †. 1497. 19. April., famoſarum epiſtolarum adverſus collegam reus. *Chriſtophorus*, olim *Petri de Francuccis*, *de Arretio*, Logicæ Profeſſor deſignatus a. 1475. Doctor Medic. 1476. 27. Jun., 1478. Profeſſor Philoſophiæ, 1479. Theoricæ Medicinæ, &c. poſthac, ut creditur, Profeſſor in archigymnaſio Romano, a. 1518. Piſis evocatus Patavium ad primum Practicæ

ctícæ Ordinariæ locum, 1520. vicario ſ. ſubſtituto ob ſenectutem ſublevatus, 1521. dimiſſus. Circa hæc tempora Profeſſor quoque Theoricæ Medicinæ fuit *Paradiſus de Mazzinghis*, Florentinus, in cujus locum ſcilicet a. 1479. Chriſtophorus modo dictus ſuffectus eſt.

§. 177. Piſis creati Doctores, præter dictos, *Petrus* Magiſtri *Johannis Baptiſtæ de Leopardis, de Cortonio*, 1475. *Angelus Petri Pauli de Spoleto*, nepos Petri Leonii: Bartholomæus de Piſis, inter archiatros Leonis X. PP. referendus.

§. 178. Mediolani illuſtris circa a. 1480. Mag. *Ambroſius Variſius*, ſ. de Vareſe, natus 1437. patre *Bartholomæo* etiam medico, Artium & Medic. Doctor, trium Ducum Mediolanenſium Phyſicus ſ. archiater, Conſiliarius Intimus, Comes primus *de Roſate*, Patricius Mediolanenſis, Eques, Decurio, †. 1522. A. 1474. Decuriones Mediolani fuerunt, præter aliquos jam dictos, *Johannes Baptiſta Corius*, *Barnabos* (forte Barnabas) *de la Cruce*, *Gabriel Pirovanus*, Archiater Ducalis: *Nicolaus Cuſanus*, Archiater Ducalis: *Georgius Caravagius*, ſine dubio idem qui a. 1452. in Phyſicorum Collegium receptus eſt ſub nomine Mag. Georgii de Caravazio: *Johannes Antonius Tertiagus* ſ. Terzago, *Raphael Vicomercatus* vel de Vicomercato, Phyſicus Collegiatus 1450: *Marcus de Urſinis de Roma*, fortaſſe ille Marcus de Roma qui 1450. in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium cooptatus eſt: *Chriſtophorus Cropellus de Soncino*, Protophyſicus Du-

Ducalis: *Nicolaus Niguarda*, *Johannes Rota*, *Jacobus de Gradis*, *Hieronymus Criſpus*, *Franciſcus de Medicis de Buſto*, Phyſicus ille, ut videtur, Collegii Mediolanenſis a. 1454.: *Angelus de Trivulzio* vel Trivultius, Phyſicus Collegiatus a. 1454., etiam Ducalis Archiater: *Elia Serenius*, *Baptiſta de Milio*.

§. 179. Patavii Profeſſores, a. 1484. *Victor Maripetrus*. 1485. *Simeon de Marinis*, Atheſtinus, inter Promotores artium jam circa a. 1466.: *Franciſcus de Lidó*, diverſus, ut veriſimile eſt, ab illo Franciſco de Lido, qui jam ſub a. 1425. inter Promotores Artium refertur: *Franciſcus Bencius*, Hugonis filius, ex Ferrarienſi Gymnaſio conditionibus admodum honeſtis atque utilibus, ab ipſo præſcriptis, accitus, etiam Collegio ſtatim adſcriptus, & a ſcholarium ſuffragiis & judicio in perpetuum exemtus, †. 1487. 1490. præter Petrum Leonium jam ſupra memoratum, *Philippus Rambertus*, Venetus.

§. 180. Inter Promotores in medicina, 1484. *Franciſcus a Vallibus*, *Antonius Rubeus*, *Antonius Lupatinus*. Doctor creatus a. 1485. *Vincentius Tuſcus*, Profeſſor Moralium.

§. 181. Bononiæ inclaruit a. 1484. *Alexander Achillinus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, eodem a. Profeſſor Philoſophiæ Patavii, poſtea Bononiæ, †. 1525. disputator acerrimus, Magni Philoſophi nomen adeptus. a. 1485. *Ludovicus Leonius*, Philoſ. &

& Medic. D. Collegiatus, & Profeſſor primarius, de compluribus diſcipulis eximiis præclare meritus. Hujus quoque intervalli eſt *Hieronymus Caſtellius*, Philoſophorum Medicorumque princeps cum Franciſco Benzio. 1490. *Tiberius Bacillerius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, hic, & Ferrariæ, Patavii, Papiæ, alibique Philoſophiam maxima cum nominis ſui gloria publice profeſſus.

§. 182. Piſis, a. 1481. Mag. *Laurentius* Ser Petri de Laurentiis filius, alias Laurentius *Laurentianus*, Florentinus, Profeſſor primum Logicæ, deinde Philoſophiæ, & Medicinæ, ob violentiam alteri illatam carceri mancipatus, denique Florentiam reverſus, ubi poſtremo deſperabundus in puteum ſe dediſſe præcipitem fertur. *Marſilius Roſatus*, (filius Magiſtri *Antonii*, medici celeberrimi, mortui 1506. & ſepulti d. 9. Septemb. Florentiæ,) Profeſſor Philoſophiæ. *Johannes Roſatus*, ejusdem Antonii filius, a. 1483. Profeſſor Dialecticæ, inſignis medicus practicus. 1482. Mag. *Antonius de Faventia* ſ. Faventinus, *del Cittadino*, ſ. Cittadinius, Profeſſor Philoſophiæ, qui docuit etiam Ferrariæ, Patavii, Bononiæ, Pariſiis ubi magnus Italus vocatus eſt. 1488. *Boninſegnius Boninſegnius*, Senenſis, Profeſſor Philoſophiæ, 1490. Medicinæ. *Johannes Lopetius*, Hiſpanus, Chirurgiæ Profeſſor, a quo diverſus eſſe putatur, & junior, *Johannes Lopetius de Tudela*. Mag. *Franciſcus*, filius Magiſtri *Antonii* ſenioris *de Gallis, de Pontremoli*, Medic. D., Profeſſor Logices, dein Dialectices, tandem Medicinæ, etiam Practicæ in in-

inſtauratione univerſitatis a. 1543. 1488. ætatis a. 24. Doctor Medic. privatus *Johannes Martellini del Falcone*, (ex qua gente dudum fuerunt medici *Angelus* & *Leonardus*,) 1489. Profeſſor Logicæ, 1501. Medicinæ, †. 1520 ſepultus 12. April.: & *Laurentius* Franciſci *de Tuccis*, Florentinus, 1491. Profeſſor Logicæ, 1494. Philoſophiæ, 1498. Medicinæ.

§. 183. Mediolani a. 1483. in Collegium Phyſicorum aſſumtus *Ludovicus* ſ. Aloyſius *Marlianus*, Danielis filius, poſtea Protophyſicus Philippi I. Auſtriaci, Maximiliani I., & Caroli V., nec non Ludovici & Maximiliani Sfortiæ Ducum Mediolanenſium, eorundemque Regum ac Ducum Conſiliarius, Caroli V. Secretarius, magnus etiam Theologus, Philoſophus, Mathematicus, & Orator, tandem Epiſcopus Tudenſis in Gallicia, & Cardinalis deſignatus, †. 1521. Johannis Marliani filii fuerunt *Hieronymus* & *Antonius*, nobiliſſimi medici.

§. 184. Patavii a. 1491. Profeſſor Medic. *Johannes de Scledo*, poſtea profectus Alexandriam (Ægypti) operam medicam Venetorum Conſuli navaturus, †. 1496. 1492. *Nicolaus Paſſera*, vulgo *Genua*, etiam Promotor, cum *Nicolao de Zanottis*; Genua a. 1522. vivus ſibi monumentum poſuit. Eodem a. 1492. Profeſſores medicinæ, *Onufrius Fontana*, a. 1503. Ordinarius Philoſophiæ Profeſſor, †. 1504.: *Franciſcus de Caballis*, Brixianus, ad annum conductus, ſed a. 1506. rurſus

ſus accitus, †. in patria 1540. A. 1494. mortuus eſt *Antonius de Arimino*, Practicæ Ordinariæ Profeſſor; in cujus locum ſucceſſit *Petrus Trapolinus*, Patavinus ex Vico Ageris, ab a. 1481. Profeſſor Philoſophiæ Ordinariæ, †. 1509. non Philoſophus modo & Medicus, ſed etiam Mathematicus, ad quem audiendum homines ex remotiſſimis regionibus confluebant. 1495. *Gabriel Zerbus*, vel de Zerbis, Veronenſis, antea 1482. Philoſophiæ Profeſſor, 1492., quum Romæ degeret, fruſtra invitatus ad medicinam profitendam, 1505. a Turcis interemtus, quum ſatrapam quendam ab hydrope ſanare non potuiſſet. 1496. *Franciſcus Aurichalcus*, Veronenſis, 1507. exauctoratus. *Thomas Philologus*, Ravennas, dubie ad hunc annum refertur, ſiquidem demum a. 1518. ad primam Sophiſticæ ſcholam conductus eſt, & 1577. adhuc in vivis fuit, praxin Venetiis exercens. 1497. *Alexander de Benedictis*, ſ. Benedictus, Lemniacenſis vel Veronenſis, antea medicus Caſtrenſis Venetarum copiarum, poſtea Venetiis praxi deditus, eximiæ famæ vir, & longioris vitæ. 1500. *Bartholomæus de Montaneana* junior, politioribus literis probe excultus, †. Venetiis 5. Id. Maj. 1525. Circa finem quoque hujus ſæculi perhibetur Profeſſor Patav. *Guilielmus a S. Sophia.*

§. 185. Doctoris lauream accepit a. 1494. *Laurentius Torta* ex Urceis Majoribus, Philoſophiæ Moralis Profeſſor, qui a. 1484. Rector Artiſtarum fuerat.

§. 186. Bononiæ memorabiles, 1496. *Jacobus Petrumellarius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., & Lector Mathematum. 1497. *Clarus Franciſcus de Genulis*, Philoſ & Med. D. Collegiatus: *Hieronymus Bombacius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, primas tenens. 1500. *Jacobus Benacius*, Philoſ & Med. D. Collegiatus, Aſtronomiæ & Aſtrologiæ Profeſſor ibidem excellens, & practicus feliciſſimus.

§. 187. Chirurgiæ Profeſſores Patavii a. 1496. *Johannes Baptiſta Fortezza*, Vicetinus, vulneribus Comitis Petiliani, Venetarum copiarum ductoris, curatis famam adeptus, poſtea tamen abiit, ſuffectis duobus Chirurgis, ſed a. 1504. rediit ad ſcholam. A. 1498. *Franciſcus de Orlandis*, de Corinaldo, qui muneris hujus cauſa etiam Medicæ Facultatis inſignia hoc anno cepit.

§. 188. Reliqui, potiſſimum vergente hoc Sæculo florentes, *Antonius de Alexandro*, Catanenſis, jam 1441. clarus. Ipſe PP. *Nicolaus V. Pantaleon de Confluentia*, Vercellenſis, jam 1477. clarus: *Bartholomæus de Gualterottis*, Franciſci ICti & Profeſſoris Piſani frater, Hieron. Savonarolæ amicus, †. Florentiæ 1492. ſepultus 22. Maji. *Marcus Gatinaria*, Ticinenſis medicus percelebris. *Blaſius Cæſar Landulphus*, etiam Ticinenſis: nec non *Blaſius Aſtarius*. *Georgius Valla*, Placentinus, Venetiis humaniorum literarum Profeſſor, †. ante a. 1497., quo opus ipſius de rebus expetendis & fugiendis edi cœptum a filio *Johanne Petro*.

Al-

Allegantur a Valla *Abizianus* Syrus, apud Indos *Ale* vocatus: *Entylus* Chirurgus: *Philumenus* Cum Vallæ de re medica opuſculis a. 1529. ſimul editus eſt *Parthenius* de humani corporis ſectione.

§. 189. *Philippus Beroaldus*, ſenior, Boноniæ natus 1450 †. 1505 philologiæ maxime addictus, qui amœniores literas docuit Parmæ, Pariſiis, & in patria civitate. *Antonius Zeno* vel *Zenus*, Policolâ Venetus. *Antonius Gazius*, Patavinus, ad a. usque 1530. vivendo provectus. *Stephanus Niger*, ex Caſale Majore, vel Cremonenſis, a. 1498. clarus, †. circa 1540. ſed, ut videtur, philologus ille celebris, profeſſor Mediolanenſis, non medicus, licet quædam ad medicinam pertinentia ſcripſerit. *Aleardus de Pindemontibus*, Hermolai Barbari amicus. *Antonius Galateus*, Licienſis Salentinus, medicus, Philoſophus, & Poëta præſtantiſſimus. *Galeotus Martius*, Narnienſis, primum Bononiæ Humanitatis ſtudia profeſſus, deinde in Pannonia privatis ſcholis, hinc Matthiæ Regis Domeſticus & Epiſtolarum ſcribendarum Magiſter, Præfectus item Budenſis Bibliothecæ & ſtudiorum Johannis Hunniadis filii; arvina tandem ſua ſuffocatus, dum ex equo deſcenderet, cæterum ab Eccleſiaſtico ordine in judicium vocatus.

§. 190. *Matthæus de Lucha. Laurentius Majolus*, Genuenſis *Andreas Brentzius*, Patavinus, qui inter Alchemiſtas quoque refertur. *Quiricus de Auguſtis*, Dertonenſis *Johannes Jacobus*, dictus *Manlius de Boſco*, Alexandrinus. *Paulus Suardus*,

 Me-

Mediolanenſis. Magiſter *Hieronymus Cribellus*, Mediolanenſis.

§. 191. *Marcellus Cumanus*, medicus & chirurgus Caſtrenſis in exercitu Fœderatorum contra Carolum VIII. Regem Galliarum, circa 1495. *Sebaſtianus Aquilanus*, ab urbe regni Neapolis ſic appellatus. *Coradinus Gilinus*, Artium & Medicinæ Magiſter. *Natalis Monteſaurus*, Veronenſis. *Antonius Scanarolus*, Mutinenſis.

§. 192. Philologi & Philoſophi vel aliarum partium eruditi, qui rem quoque medicam ſcriptis illuſtrarunt, *Georgius Merula*, *Alexandrinus*, qui nonnunquam ſimpliciter Georgius Alexandrinus appellari videtur: *Angelus*, ejusque frater *Petrus Candidus*, *Decembrii*: *Baptiſta*, *Platina* a loco natali Cremonenſis ditionis nominatus, vero nomine *Radulphus Bartholomæus Saccus*: *Marſilius Ficinus*, qui aliquantiſper etiam medicum egit practicum ad egeſtatem depellendam: *Hermolaus Barbarus*, Nobilis Venetus: *Georgius Tifernas*: *Pandulphus Collenucius*, Piſaurenſis: *Petrus Franciſcus Thomaſius* de Ravenna, portentum illud memoriæ, cæterum Jureconſultus.

§. 193. Gallo-Franci & primo Regum Archiatri, Caroli VII. *Jacobus de Partibus*, Despars, Tornaco Belgii oriundus, ibi quoque Canonicus & Theſaurarius, Archiater etiam Philippi Ducis Burgundiæ, †. circa a. 1465. Caroli VII. Ludovici XI. & Caroli VIII. *Antonius Fumée*. Ludovici XI. *En-*

Enguerrandus de Parenti : *Jacobus Coitier.* Caroli VIII. *Angelus Cottus* : *Johannes Michael*, †. 1491. *Johannes Martini* : *Johannes Burgenſis* : *Johannes Troſſeleri*, †. 1495. : *Gabriel Miron* : *Jacobus Ponceau* : *Conradus Hejugater*, Tigurinus.

§. 194. *Johannes Leporis*, Profeſſor Medic. Pariſiis, qui jam a 1385. inceperat in Artibus. *Johannes Clementis de Marla.* *Petrus Mioti*, (Miote) qui determinaverat in Artibus 1384. celebris in medicina 1413. Mag. *Petrus Bechebien*, ex diœceſi Carnotenſi, poſt a. 1409. inclareſcens, a. 1417. 6. Novemb. Facultatis Medic. Pariſienſis Decanus, tum Reginæ Archiater, 1441. Præpoſitus Normanniæ in Eccleſia Carnotenſi, hinc 1452. Præſul ejus Eccleſiæ, † 1459. A. 1417. clarus *Ægidius Canniveti*, Laudunenſis. 1420. Mag. *Johannes Baſin*, Profeſſor Medic. Pariſiis.

§. 195. Poſt a. 1420. Pariſiis floruit *Johannes Varini* : poſt 1430. *Guilielmus de Longolio*, Pariſinus, Medic. D. A. 1447. *Carolus de Mauregart*, uxoratus, ad Regentiam diſpenſatus eſt quadamtenus. Decanus eo tempore *Odo de Credulio*, (de Creil.) Circa 1450. Pariſiis clarus *Guilielmus Muſnier*, nationis Normannicæ. Circa 1470. *Johannes Avis*, ex diœceſi Bajocenſi, actu Regens in Facultate Medic. Pariſienſi. Mag. *Guilielmus Baſin*, Decanus Facultatis Med. 1472-1474. 1483. 1484. 1488. 1489. *Michael de Colonia*, actu Regens in Medicina, Decanus 1490.

§. 196. A. 1452. Facultatis Medicæ Pariſienſis Reformatio facta eſt. A. 1477. Doctor quidam Medicinæ petiit adjunctionem ad Univerſitatem adverſus tributorum quorundam collectores, a quibus ſe tanquam membrum ejus Univerſitatis immunem eſſe debere contendebat; id quod conceſſum.

§. 197. Gallus quoque medicus hujus ſæculi fuit *Bartholomæus Parentucellus*, pater Nicolai V. PP. Pictavii a. 1431. primus Medicinæ Profeſſor & Decanus *Jacobus Porchet* vel rectius *Pecchetti.* Circa medium ſæculum vixit ibidem inſignis medicus *Michael de Bobain*, †. 1504. Vergente ſæculo expertiſſimus ſuorum temporum medicus celebratur Mag. *Rodulphus de Vatina* (Raoul de Vathina,) Pictavienſis, qui a. 1495. ad curandum in ultimo morbo Carolum Comitem Engolismenſem accitus eſt cum cæteris laudatiſſimis medicis, *Antonio de Lizaine*, Mag. *Gabriele* Catalauno, Mag. *Roberto*, præter ſuum medicnm Ordinarium.

§. 198. Chirurgi, ineunte ſæculo *Olivarius le Dain*, ex barbitonſore Meulancti Comes. A. 1437. celebris *Johannes Deſſous-le-Four*, in Artibus & Chirurgia Magiſter. Mag. *Dionyſius Palluau*, pater, Caſtelleti Pariſienſis Chirurgus Regius, †. 1450. 10. Januar. Ejus filius, Mag. *Johannes Palluau*, †. 1484. 11. Octob. Sub Ludovico XI. floruit Mag. *Germanus Collot*, qui primus Gallo-Francorum Lithotomiam in homine peregit, unde poſtea Lithotomi præſtantes in Gallia vocari conſueverunt *Colloti.*

§. 199. Ex Hiſpanis hoc ſæculo occurrit *Emanuel Diazius*, hippiatricus ſcriptor: in quem præſente etiam ſæculo commentatus eſt *Martinus Martinez Dampier*. *Petrus Pintor*, *Caſpar Torella*, *Johannes Lopezius*, & alter, ut credibile eſt, *Johannes Lopezius de Tudela*, jam memorati ſunt inter Italos, ubi muneribus publicis functi ſunt.

§. 200. Germani, Vindobonæ, *Nicolaus de Furſtenfeld*, Medic. D., Univerſitatis Rector a. 1402. *Johannes Eygel*, vel Aygel, de Noriberga, Med. D., Univerſitatis Rector a. 1412. A. 1413. illuſtres hic medici fuerunt *Galeacius de S. Sophia* de Padua, *Johannes Schurff de Valle Ein* de Padua, *Chriſtianus de Suſato*. A. 1414. Univerſitatis Rector, *Nicolaus de Herberſtorf*, Med. D., qui 1421. ædes ſuas Collegio ſ. Facultati Medicorum donavit. 1416. Rector, Mag. *Johannes Rockh*, Artium & Med. D.: 1418. Mag. *Udalricus Grunwalder*, Artium & Med. D., & Profeſſor, qui cum Conſule Vienneſi Nicolao ſub Cœlo fundavit Burſam Roſæ, in magiſtratu mortuus: cui ſucceſſit eodem a. *Michael Falco*, Art. & Med. D.: 1420. *Stephanus Spetzhard*, Med. D.

§. 201. A. 1422. Univerſitatis Rector, *Henricus Stoll* de Hamelburck, Med. D.: 1424. *Johannes de Paungarten*, (forte Paumgarten ſ. Baumgarten,) Medic. D. & Profeſſor, iterum 1428.: 1426. *Erasmus Rieder*, Art. & Med. D., quo tempore etiam celebres fuere medici *Marcus de Luthovia*, & *Michael Puff de Schruck*, †. 1472. præter alios modo

do dictos. A. 1427. Medica Facultas ſibi Patronos delegit SS. Coſmam & Damianum. A. 1434. Rector, *Ditmarus Hindernpach*, Med. D., Canonicus Patavienſis, iterum 1440. & 1444. †. 1453. 1. Jul. 1438. Pangratius, rectius *Pancratius Kreytzer*, Med. D. in arte excellens adhuc 1466.

§. 202. A. 1445 Facultas Medica Sceptrum adepta eſt. 1446. Rector vel Prorector, *Johannes de Schwendin*, (qui etiam inter Rectores Univerſitatis Heidelbergenſis occurret:) 1453. *Georgius Mayr* de Amberga, Med. D., quo reſignante ſuffectus eſt *Caſparus Frue* de Titmanning, Med. D., iterum 1458.: 1456. *Marquardus de Wiſſach*, Med. D. (fortaſſe Mag. Marq. *Froër* de Weiſach vel de Wyſſach, practicus Dynkelſpielenſis, †. ibi 1473. 24. Aug ætatis a. circiter 48.) 1460. Mag. *Hermannus Haym* de Rotenburg, Med. D., iterum 1472.

§. 203. A. 1464. Rector *Gaſparus Grueſſenpeck*, Med. D, iterum 1468. adhuc 1486. maxime florens in medicina. 1466. *Nicolaus de Ratispona*, Med. D., iterum 1470. 1476. *Michael Mannersdorfer*, Viennenſis, Med. D. 1482. Mag. *Paulus Urſſenpeck* ex Teckendorf, Med. D., iterum 1484. 1486. Mag. *Udalricus Eberhard* ex Neuburga Clauſtrali, Med. Profeſſor, †. in magiſtratu. Hoc tempore medicus quoque clarus fuit *Johannes Munſterberg*, idem inſignis Mathematicus. 1488. Rector, Mag. *Fridericus Gräßl*, Med. D. & Prof., iterum 1492. †, 1494. 1490. *Bartholomæus Steber*,

ber, Viennenſis, Med. D., †. 1506. 1494. *Wolfgangus Hymler* de Mellico, Med. D. 1500. *Johannes Cuſpinianus*, Germanice Spieshammer, Schwinfurtenſis, Med. D., Poëta Laureatus, Academiæ Superintendens, Imperatoris Conſiliarius & Hiſtoricus, Senatus Viennenſis Præſes, †. in provecta ſenectute 1529.

§. 204. Erfordienſis Univerſitatis medici Rectores, a. 1409. *Johannes de Xancten*, Med. D. 1414. *Nicolaus Konecken*, Philoſ. & Med. D. 1425. *Johannes Schünemann*, Med. D. in Jure Civ. Baccalaureus, iterum 1432. 1440. Mag. *Hunoldus de Plettenberg*, Med. D., Eccleſiarum B. Mariæ Virg. & S. Severi Canonicus, & Friderici ac Wilhelmi Ducum Saxoniæ Phyſicus juratus: iterum Rector 1451. & 1454. tum Eccl. B. Mariæ Virg. Decanus, & Univerſitatis Vice-Cancellarius. 1446. *Johannes Cancri*, de Errford, Med. D., & Wilhelmi Ducis Saxoniæ, Marchionis Misniæ, Phyſicus juratus.

§. 205. A. 1451. Rector, Mag. *Hildebrandus Günther* de Northeim, Med. D., in magiſtratu vel mortuus vel aliorſum vocatus. 1454. Mag. *Conradus Elderot*, Med. D. ejusdemque Facultatis Ordinarius, Wilhelmi Ducis Saxoniæ Phyſicus juratus. 1462. Mag *Gottfridus Walack* de Bercka, Med. Baccalaureus, & Portæ Cœli Collegiatus. 1465. Mag. *Conradus Föchſer* de Fulda, Med. D. & in ea Facultate Lector Ordinarius. 1474. Mag. *Nicolaus Inſtitoris* de Gengenbach, Med. D., Majoris

joris Collegii Collegiatus; iterum 1483. tum quoque Decanus Facultatis Medicæ. 1497. *Georgius Eberbach*, de Rotenburgo, Archiatrus. 1498. Mag. *Johannes Fabri* de Bercka, Portæ Cœli Collegiatus, Med. D. & Facultatis Med. Decanus.

§. 206. Erfurti quoque jam ſub initium hujus ſæculi vixiſſe perhibetur, & Monachus Ordinis S. Benedicti in D. Petri Monaſterio fuiſſe *Baſilius Valentinus*, vir eximiæ famæ in medicina, maximeque in Chemia: ſecundum alios vero putatur fuiſſe Monachus in Walkenried, ſecundum alios in Lambſpring: a nonnullis autem pro nomine ficto habetur. Erfordiæ etiam inclaruit *Theodoricus Greſemundus de Meſchede*, Weſtphalus, Philoſophiæ pariter ac Medicinæ diſciplinam & lauream ibi nactus, poſtea Moguntiæ praxin medicam exercens, circa a. 1480. celebris.

§. 207. Heidelbergæ 1405. Rector Univerſitatis *Wilhelmus de Danetria*, (forte Daventria,) Med. D., iterum 1416. 1409. *Gerardus Brand*, Med. Lic. iterum 1418. & 1425. 1420. *Gerhardus de Homkirch*, Med. D. iterum 1429. 1453. *Johannes de Schwendin*, Med. D. iterum 1459. 1455. *Eberhardus* vel *Erhardus Knab*, Med. D., iterum 1465. & 1470. 1480. *Martinus Rentz*, Med. D., iterum 1486. 1493. & 1500.

§. 208. Lipſiæ a. 1415. Collegium ſive Facultas Medica cœpit, cujus tunc Decanus Mag. *Eberhardus Hohenkirch*: Aſſeſſores, Mag. *Vincentius Haller*, M. *Vincentius Wyban*, M. *Helmoldus*

dus Glädenſtädt, Gledenſtädt, Glodenſtede, Soltquellenſis, Pragæ primum Philoſophiam profeſſus, Lipſiæ Rector Univerſitatis ſecundus, a. 1410. poſtea quoque Doctor Med., & a. 1416. iterum Rector, etiam ſecundus Medici Collegii Decanus, Majorisque Principum Collegii Collegiatus, & 1438. primus Therapeuticæ Profeſſor, ſimul Decanus: Mag. *Johannes Kynſt*, Mag. *Lubertus Starten*, Oſnabrugenſis, 1416. Rector Academiæ: Mag. *Johannes Hilden.*

§. 209. A. 1438. primæ Profeſſiones Medicæ Publicæ in academia Lipſienſi conſtitutæ ſunt, ſcilicet Therapeutica & Pathologica. 1430. Rector, Mag. *Jacobus Meſeberg*, Stendalienſis, idem deinde 1431. Med. D., tertiusque Facultatis Decanus, & quinquies civitatis Conſul, †. 1462. Quartus Decanus Doctor *Johannes de Werda*, 1462. Quintus, Doctor *Valentinus Schmiedeberg*, 1484. Sextus, D. *Johannes de Halla*, 1490. A. 1493. edicto Principis Alchimiſtis chryſopœis exilium & pœna conſtituta. Baccalaurei Med. M. *Thomas Hertel* de Jaur, 1484.: M. *Wenceslaus Fabri* de Budweiſſ, 1489.

§. 210. Alii Doctores Lipſiæ nobiles, *Nicolaus Piſtoris*, Archiater Ducalis & Profeſſor Medicinæ, †. 1462. ætatis 60. *Simon Piſtoris*, Nicolai filius, pariter Archiater & Profeſſor, controverſiis cum ſequente Mellerſtadio implicitus. *Martinus Pollichius*, *Mellerſtadius* a loco natali oppido Franconiæ vocitatus, primum Magiſter Lipſienſis, ubi Philoſophiam per 20. ferme annos ſumma cum gloria docuit, deinde Med. D., tum 1498.

Ar-

Archiater Friderici Electoris, Sapientis, hujus antea præceptor, & 1493. in itinere Hieroſolymitano Comes, 1502. primus Academiæ Wittebergenſis Rector, primus quoque Theologiæ Doctor, & hujus etiam Facultatis Profeſſor, poſtea tamen ad Medicinalem Profeſſionem transgreſſus, ex nonnullorum relatione etiam Juris Doctor, †. 1513. 27. Decemb. dictus Lux Mundi, fundator Martiniani Legati pro alendis ſtudioſis. *Jacobus Peiligk*, autor creditus libri anatomici iconibus inſtructi & 1499. Lipſiæ editi. Mag. *Magnus Hundt*, Magdeburgenſis, Profeſſor Lipſienſis, 1497. Decanus Facultatis Philoſophicæ, 1499. Univerſitatis Rector, ex primis qui figuras Anatomicas typis expreſſas dederunt.

§. 211. Norimbergenſes medici, *Hermannus Reinsperger*, qui a. 1424. cum uxore fundavit anniverſarium in Monaſterio S. Ægidii Norimbergenſi. Magiſter *Georgius* ſ. *Jörg*, barbitonſor & Chirurgus. Mag. *Johannes de Rickingen*, ex Phyſicorum Collegio. *Sebaldus Volcamer*, Medicus civitatis ab a. 1460. ad 1468. *Sebaldus Müller*, Medicus civitatis, membrum Senatus Majoris 1465. †. 1495. *Hermannus Schedel*, natus 1410. †. 1485. 4. Decemb. cælebs, reip. Norimbergenſis Phyſicus ab a. 1475., antea medicus Marchionis Brandenburgenſis, & Auguſtanus, etiam Canonicus Auguſtæ Vindelicorum & Aichſtadii. *Hartmannus Schedel*, Norimbergenſis, Artium & Med. D., in Theologicis quoque & Hiſtoricis apprime verſatus, natus 1440. 13. Febr. †. 1514. 28. Nov., primum practicus Nordlingenſis & Ambergenſis, deinde

deinde ab a. 1484. Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis, a. 1482. Genanter ſ. membrum amplioris Senatus. *Sebaldus Wagner*, Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis ab a. 1475. usque ad a. 1510 *Hieronymus Monetarius* ſ. *Münzer*, Phyſicus Norimb. circa a. 1490. †. 1508. 27. Aug. *Udalricus Binder*, *Pinder*, *Pinter*, *Pindar*, *Pyndarus*, Svevus, Archiater Nurenbergenſis ab a. 1493. usque ad a. 1513. vel 1519. *Henricus Roſenzweig*, aliis Roſenzweid, Philoſ. & Med. D., medicus Ordinarius Norimbergenſis 1494. menſe Martio, 1495. membrum Senatus Majoris, †. 1511. *Sebaſtianus Müller*, in Collegium Phyſicorum receptus 1495. †. 1508. *Theodorus Mulinus*, Poliater Norimbergenſis ab a. 1495. ad a. 1531. commemoratur etiam ab eodem a. 1495. usque ad 1531. Phyſicus Norimbergenſis, vel, ut ſemet ipſe vocat, Archiater Noricus, *Theodorus* aut *Theodoricus Ulſenius* aut *Ulſtenius*, Friſius, medicus & Poëta, qui tamen alicubi jam a. 1486. Phyſicus Norimbergenſis fuiſſe dicitur; fortaſſe tamen idem eſt cum iſto Mulino, per lectionis aut ſcriptionis errorem. Etiam Norimbergenſis Phyſicus adhuc ſæculo 15. usque ad a. 1514. *Johannes Magenbuch* vel *Magenbach* affertur.

§. 212. *Henricus Eutycus*, Norimbergenſis, Philoſophus & medicus, fuit practicus Auguſtæ Vindelicorum, & circa a. 1495. Francofurti ad Mœnum. Johannes Eygel de Noriberga inter Rectores Univerſitatis Vindobonenſis jam dictus eſt.

§. 213. In Univerſitate Roſtochienſi Rector occurrit a. 1437. medicus *Helmoldus Ulyſſeus*, qui eo anno cum Univerſitate Gryphiswaldiam migravit. Pragæ celebris, *Albicus* aut *Albericus*, Regis Bohemiæ Phyſicus, deinde Archiepiſcopus Pragenſis, clarus circa a. 1475. Ab Ænea Sylvio laudatur *Brela*, Craci principis viri Bohemi filia, medicarum rerum ſciens.

§. 214. Lovanienſis Univerſitatis Profeſſores medici, a. 1426. *Henricus Cuſtodis* ab Ooſterwyck, Med. D., a. 1429. bis Rector Academiæ trimeſtris. *Johannes de Neele*, Med. D., 1431. datus ſucceſſor Henrico Cuſtodis, idem primus ex medica Facultate Rector Academiæ a. 1427. & deinde adhuc bis. 1429. *Johannes de Weſalia*, Bruxellenſis, Andreæ Veſalii atavus, Mariæ principis Burgundiæ Phyſicus ſeu Medicus Cubicularius, qui in ea Aula ſibi filium *Everardum* (qui fuit Med. D. & Eques, ſed †. 1433. ætatis a. 36.) ſubſtituit, Rector 1430. & poſtea adhuc bis; vicarium Profeſſionis aliquando nactus, ſed 1446. reverſus.

§. 215. Doctores medicinæ Lovanienſes, 1426. *Arnoldus de Bremis.* 1433. *Johannes Stockelpot*, Lovanienſis, ab initio Univerſitatis Legens & Regens in Facultate Artium, 1429. ad Medicinam transgreſſus, 1432. medicinæ Licentiatus, & Academiæ Rector, quem magiſtratum poſtea adhuc bis geſſit; 1433., poſt promotionem ad gradum Doctoris, primus e Facultate ſua Canonicus novi Collegii ſ. ſecundæ Fundationis in Eccleſia S. Petri, eoque

eoque nomine Facultatis medicæ Legens ac Regens Ordinarius, 1445. Profeſſor, 1456. Paſtor in D. Jacobi, †. 1465. menſe Junii. *Henricus de Gorichem*, Med. D., 1433. 6. Idus Maji ad Collegium Doctorum medic. Lovanienſium receptus; diverſus, credo, a Theologo ejusdem nominis, Univerſitatis Colonienſis circa 1460. *Henricus Scatter*, Artium & med. D. Pariſienſis facultatis, Chorepiſcopus Trajectenſis, & Decanus Leodienſis, admiſſus ad Concilium Univerſitatis 1433., Rector 1435., Syndicus & Procurator Academiæ in Concilio Baſileenſi.

§. 216. *Sebertus de Neele*, Artium Magiſter 1430., Med. D. 1434., poſthæc hujus Facultatis Profeſſor, & 1436. Univerſitatis Rector. *Matthias de Leeuwis*, Med. D., in facultate Artium Legens & Regens, qui 1435. pridie Kal. Decemb. ad Medicum ordinem tranſiit. *Guilielmus Drayer*, Doctor in Chirurgia, clarus a. 1435. *Nicolaus Lamberti*, de Valkeniſſe, Magiſter in Artibus 1429., in eaque Facultate Legens ac Regens, Rector Univerſitatis 1435. & iterum 1440., 1439. Med. D., adhæc Canonicus Antverpienſis, & Cameræ Apoſtolicæ Collector.

§. 217. *Adamus Guilielmi* filius, cognomento *Bogaert*, de Dordraco, Magiſter 1432., Med. D. 1442., eodem a. Rector Univerſitatis & 1474. ſeptimum, 1444. Canonicus novi Collegii ſeu fundationis, idem Profeſſor per 36. annos, 1480. reſignans, †. 1482. 18. Martii, qui duas Burſas ſ.

 por-

portiones alimentarias fundavit. *Antonius de Muteliis*, ex diœceſi Herbipolenſi, Med. D., academiæ Lovanienſi adſcriptus a. 1442. *Ludovicus de Vettere*, Dieſtemienſis, promotus in Artibus 1431., deinde Med. D., & nomine ac vice Johannis de Weſalia Profeſſor Ordinarius, ipſe vero etiam Canonicus novæ fundationis in Eccleſia D. Petri, eoque nomine Profeſſor medicinæ, †. 1454. *Johannes Sucquet*, ex diœceſi Rothomagenſi, Med. Licentiatus, Univerſitatis Rector 1441., iterum 1447. jam quoque Med. D.

§. 218. *Antonius Reineri* filius, Med. D., ad Univerſitatem adſcriptus a. 1451. *Ludovicus de Lapide*, Med. D., & Canonicus S. Lucæ, †. 1455. 6. April. *Carolus Viruli*, Juris Canonici & Medicinæ Baccalaureus, fundator & primus Regens Pædagogii Lilii, Rector academiæ 1447. & 1465. *Johannes Spierinck*, Med. D., Phyſicus Philippi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, Eccleſiæ S. Petri Canonicus, Rector Univerſitatis 1457. & poſtea iterum bis, Profeſſor Med. 1485. †. 1499. 7. Octob.; in praxi admirabilis, exotica medicamenta aſpernatus & indigenis potius uſus.

§. 219. *Johannes de Wellis*, cognomento *Peymans*, Med. Baccalaureus, Rector Academiæ 1462., iterum 1467. jam Med. D.; & 1472.; Canonicus novæ Fundationis & una Profeſſor Med. †. 1476. *Johannes Inchy*, alias *de Vallibus*, Johannis de Wellis ſucceſſor, Med. Licent., poſtea Canonicus novi Collegii & Profeſſor Ordinarius, ſurrogatus Adamo

Adamo Bogaert 1480. 8. Kal. Jun., poſtquam hic ſponte reſignaverat, deinde Med. D., Rector Univerſitatis 1484. & 1489. *Balduinus Gœthals*, Græce *Panagathus*, Med. D., promotus in Scholis Artium 1442., admiſſus ad Concilium Academicum 1461.; ab artis uſu laudatiſſimus, †. ut veriſimile, 1483. *Gaſpar Ægidii*, Leodienſis, ſucceſſor in Canonicatu & Profeſſione Ordinaria Johannis Spieringii 1485. 4. Kal. Jul., tunc Med. Licent., poſtea Doctor, 1487. Academiæ Rector, & 1496. quartum, †. 1507.; qui in Sacello S. Antonii, vulgo Clericorum, Sacrum quotidianum fundavit.

§. 220. *Johannes de Cruninghen*, Med. Licent., admiſſus ex Medica Facultate ad Concilium Academicum 1480., ſuperſtes adhuc 1498. *Martinus Vander Kelen*, de Tournhout, Med. D., ad Concilium Univerſitatis jam a. 1474. admiſſus ex Facultate Artium, vivens adhuc poſt a. 1484. *Johannes Calaber*, Lovanienſis, Med. D. 1489., †. 1527. 14. Jul. admodum ſenex, Rectoratu ter functus, fundator cum uxore atque amita Sacri quotidiani in Nova Eccleſia. *Jacobus Bogaert*, Adami filius, Lovanienſis, primum medicus Antverpienſis, deinde Profeſſor Med. Lovanii per 36 annos, & Canonicus, poſtremo orbatus uxore Sacerdos, †. 1520. 17. Jul. Ejus filius *Adamus*, D. & Profeſſor Medicinæ: filia altera nupſit *Johanni Winckelio*, Med. D.

§. 221. Baſileenſi in Univerſitate primus Facultatis Medicæ Decanus a. 1460. *Wernerus Wölflin* de Rotenburg, Artium & Med. D.: idem a. 1462. Academiæ Rector. A. 1484. Rector, *Andreas Ondorp*, Alcmarienſis, Artium & Utriusque Medicinæ D.: 1497. *Johannes de Tunſel*, dictus *de Silberberg*, Baſileenſis, Artium, Medicinæ, & Juris Canonici Doctor.

§. 222. Ingolſtadii a. 1472. primus Medicinæ Profeſſor *Andreas Riederer*, Med. D.: cæteri Doctores Facultatis, *Udalricus Ellenbog* de Valcirco: *Bartholomæus Metlinger*, Auguſtanus: *Johannes Troſt*, Noribergenſis, †. 1478. Albo Univerſitatis inſcriptus *Wolfgangus Peiſſer*, Purckhuſianus, poſthæc clariſſimus Medicus, & 1520. Profeſſor Ingolſtadienſis celeberrimus.

§. 223. A. 1473. *Nicolaus de Ratisbona*, Artium & Med. D. & Profeſſor, antea bis Academiæ Vindobonenſis Rector, 1475. Ingolſtadienſis Univerſitatis Rector, †. 1478. *Johannes de Sindelfingen*, Med. & Chirurgiæ D., etiam 1473. A. 1474. *Johannes de Bairreut*, Medicinarum Doctor: Mag. *Magnus Airnſchmaltz*, Weilhaimenſis, a. 1486. academiæ Rector, adhuc Studioſus Medicinæ; poſthæc Gulielmi Ducis Bavariæ Phyſicus.

§. 224. A. 1475. *Johannes Schwaiger*, Med. D. & urbis Ingolſtadii Phyſicus. 1476. *Erhardus Ventimontanus*, Medicinarum D. & Profeſſor Ordinarius. 1478. *Conradus Wigandus*, Herbipolenſis,

lenſis, Med. D. & Profeſſor. 1484. Rector, *Johannes Mögershaimer* ex Dünckelspühl, Med. D. & Profeſſor. 1486. inſcriptus in numero Studioſorum *Cyriacus Weber*, olim Medicus Memmingenſis, pater magni illius *Cyriaci Weberi*, Medici Landispergenſis, avus per filiam *Cyriaci Lutzii*, adhuc circa a. 1590. in academia Ingolſtadienſi Medicinam docentis atque exercentis.

§. 225. Mag. *Michael Puterfaß* vel *Puterſaß*, S. Theologiæ & Med. Baccalaureus, a. 1487. iterum incaſſum academiæ Rector ab una parte electus, a. demum 1500. clavo hujus magiſtratus admotus eſt. 1498. *Petrus Burkhardus*, Med. D.

§. 226. In nova Tubingenſi Univerſitate a. 1477. inſcripti medici, Mag. Lucas *Spetzhart*, Med. D. & Eberhardi Comitis Würtembergenſis Phyſicus juratus: Mag. *Johannes Majus*, Med. D. Ordinarius. 1478. *Thomas Rüß* de Gemmingen, Artium & Med. D., Facultatis Medicæ Prof. Ordinarius. 1497. *Valerius Anshelmi* de Rotweil, Med. D., Hiſtoricus, Tubingæ Magiſter creatus eſt.

§. 227. Cæteri Germanicarum gentium medici, præter nonnullos qui jam inter Italos & Gallo-Francos occurrerunt, *Iſaacus Hollandus*, & *Johannes Iſaacus Hollandus*, ex oppidulo Bataviæ Stolck originem ducentes, famigeratiſſimi Chemici, circa a. 1420. florentes. *Johannes Spänlin*, S. Theologiæ & Med. D., Eccleſiæ S. Mariæ Herrenbergenſis Præpoſitus, qui a. 1448. Nicolai V. PP.

indultum veſcendi lacticiniis in Würtembergia impugnavit. Circa idem tempus Dünckelspühlæ practici, Marqu. Froëri ſupra dicti collegæ, Medicinæ Doctores, *Michael Schrickius*, *Henricus Mynſingerus*, *Johannes a Braunau*. *Eberhardus Schluſinger*, Tigurinus, circa 1470. *Ortolphus Bavarus*, von Bayerland, circa 1477. *Johannes Cuba*, medicus vel Auguſtanus vel Francofurtenſis, circa 1486. Eodem tempore clarus *Johannes Weinmann*, Marchionis Onolzbacenſis medicus, natus Francofurti 1461. †. Onolzbaci 1531. ætatis a. 70. *Marquardus Fröer*, natus Dünkelspühlæ 1460., ibi Phyſicus Ordinarius 1491. 7. Aug. †. Auguſtæ Vindelicorum 1535. 18. Febr. *Johannes Widmann* ſ. Weidemann, Latine *Salicetus*, dictus *Meichinger* vel Moichinger aut Mœchinger, ni fallor ille in Aula Würtembergenſi verſatus. *Conradus Schelling*, Heidelbergenſis, medicus Philippi Electoris Palatini. *Burchardus Horneck*, Heilbronna-Francus, & medicina & reliqua eruditione clariſſimus, qui artem in Aula Friderici III. Imp. exercuit, & deinde Herbipoli, floruitque adhuc ſequente ſæculo. *Johannes de Ketam* aut *Kethan*, qui & *de Karthan* aut *Karethanus*. *Hieronymus Saler* ſive *Braunſchweig*, Pharmacopola & Chirurgus Argentoratenſis. *Ambroſius Inugius*, Med. D. Auguſtæ Vindelicorum, circa 1499. *Cornelius Battus*, Veera-Zeelandus, ejus urbis & reip. medicus, clarus circa 1498. *Johannes de Zantvliete*, Brabantinus. *Bartholomæus de Brugis*, Flander.

§. 228.

§. 228. Britanni, 1457. *Elias Forbes*, Nobilis Scotus, Med D., Profeſſor Philoſophiæ Glascuæ, poſt 10. annos Monachus Franciſcanus. 1471 *Allan Ogilby*, Nobilis Scotus, Med D 1482. *William Bailzie*, Nobilis Scotus, Med. D., 1484. Profeſſor Philoſ Bononiæ. Circa 1490. *Johannes Marfeldus* ſ. *Marifeldus.* 1495. *William Seton*, Scotus, Chirurgus.

§. 229. Dani, *Petrus Alberti* filius, Coloniæ Agrippinæ Magiſter Artium, & 1474. Medicinarum Licentiatus, 1479 initium fecit Univerſitatis Havnienſis, hujusque Vice-Cancellarius primus conſtitutus eſt, etiam Medicinæ Profeſſor, poſthac Decretorum Doctor, Rector Univerſitatis a. 1491. & 1514., Conſul Urbis 1502., Bibliothecam ſuam Academiæ legavit. *Canutus de Dania*, primus Medicinæ Profeſſor Havnienſis, deinde ſub Johanne Rege Epiſcopus Arhuſienſis.

§. 230. Græci, *Critopulus*, Palæologorum medicus, a Beſſarione commemoratus. *Albertus Conſtantinopolitanus*, Veterinarius. *Georgius Tiphernas* jam in Italis dictus.

§. 231. Inter Arabes *Muhamed aben Cacim* aben Adame el Gaſique, clarus circa a. 1413. A Muhammede II. Conſtantinopoli conſtructum eſt Timarhanam, quæ eſt noſocomium. Ex Judæis medicus memoratur *Haron* filius Senton, †. 1467.

Medici ante Sæculum XVI. incerti temporis.

§. 232. Medici qui quidem ante renatas bonas literas inventamque typographicam artem fuerunt, quorum tamen tempus, quo vixerint, minus liquet, (quive partim etiam omiſſi ſunt,) & primum Romani Græcive, vel paulo ante vel poſt Chriſtum Natum. *Ælius* Promotus. *Aetius* Sicanius. Claudius *Agathemerus.* *Alburnius* Valens. Sextus Titius *Alexander* medicus Cohortis V. Prætorianæ, in Inſcriptione. *Amyntianus.* Decimus Servilius *Apollonius*, in Inſcriptione. Lucius *Arruntius* Sempronianus *Aſclepiades* Imperatoris Domitiani medicus, (ergo ad ea tempora referendus,) in Inſcriptione: ut & Cajus Calpurnius *Aſclepiades* Pruſa ad Olympiam medicus, civitates VII. a Divo Trajano impetravit, natus 3. Nonas Mart. Domitiano 13. Conſule, vixit annos 70. & Titus Ælius *Aſclepiades*, Auguſti Libertus, medicus Ludi matutini chirurgus in Roma: & Publius Numitorius Publii Libertus *Aſclepiades*, Sevir Veronæ, medicus Ocularius: & *Aſclepiades* Apollonii Artemidori filius Smyrnæus; qui quidem Aſclepiadæ vel ex nomine proprio vel ex profeſſione ſic appellati ſunt. *Athenagoras* in nummis Smyrnenſium. Aulus *Atius* Caji Libertus Archiater, in Inſcriptione: ſicut etiam Publius *Attius* Atimetus, Auguſti medicus. Lucius *Avianius* Lucii Filius Pup. Valerianus medicus, in Inſcriptione. *Avidianus.* *Azoratus*, ſcriptor chymicus. *Berotas.* *Bugerius.* Marcus Actius *Cajus* Archiater, in Inſcriptio-

ptione. Marcus Aufidius Marci Libertus *Calliſtratus* Phyſicus medicus, in Inſcriptione. Calliſtus, cognomen medicorum: ſicut etiam Calus. Marcus *Calpurnius* Marci Filius Men. Hilarus, medicus Ludi Magn., in Inſcriptione. Lucius Annius *Caſſius* Mithradorus medicus IIII. Faction Circenſ. Pironius *Caſſius*. *Celadus* Antinous Druſi medicus Chirurgus in Inſcriptione. Marcus Livius *Celſus*, Tabularius ſcholæ medicorum, in Inſcriptione. Cajus *Claudius* Silianus medicus Epheſius, in Inſcriptione. *Cornutus* vel Curnutus, in Inſcriptione. *Cyrus* Apollonii filius, Archiater Lampſacenus, in Inſcriptione. Tiberius Julius *Cytiſonus*, (leg. Lyſiponus) medicus Ocularius, Auguſti & Auguſtæ Libertus, in Inſcriptione. Publius *Decimius* (al. Decius) Publii Libertus Heros Merula, medicus Clinicus, chirurgus Ocularius VI vir, in Inſcriptione. Cajus Cæcilius *Diætus* medicus, in Inſcriptione. L. L. *Diocles* medicus, in Inſcriptione. Marcus Junius *Dionyſius* medicus de Lucillianis, in Inſcriptione. Sentia *Elis* medica, in Inſcriptione. Cneus Vergilius *Epaphroditus* magiſter Odorarius a Minerva Medica, in Inſcriptione: quemadmodum & *Eros* Auguſtæ medicus Spoſianus: & Lucius Appulejus Lucii Libertus *Eros* medicus. Eutychus cognomen medicorum in Inſcriptionibus. Marcus Livius *Eutychus* Archiatros, in Inſcriptione: ut & *Eutychus* Auguſti Libertus Neronianus medicus Ludi matutini. Fauſtus cognomen medicorum in Inſcriptionibus. Cajus Julius *Filetio* domo Africanus, in Inſcriptione. *Fontejus* Fortis e gente Aſclepiadarum, in Inſcriptione. Manius

Fontejus Nicander medicus, in Inſcriptione. *Georgius* Byzantinus. *Geraldus.* Magiſter *Giraldus.* *Glenaſius.* Flavia *Hedone* medica, in Inſcriptione. Publius Peregrinus *Heliodorus*, conſummatæ peritiæ medicus, & miræ pietatis juvenis, in Inſcriptione. *Helpis* Liviæ Adjutrix Valetudinaria, in Inſcriptione. Cneus Arrius Cnei Libertus *Hermes* medicus, in Inſcriptione. *Hero* Geoponicus. *Hortulanus.* Tiberius Claudius Auguſti Libertus *Hymeneus* medicus a Bibliothecis, in Inſcriptione. *Iaſius.* *Iaſon* Iaſonis, ſcil. filius, in nummis Smyrnæorum: ſicut etiam *Iatrodorus.* *Johannes* Prisdianorum Epiſcopus. *Johannicius* Hieromonachus, cognomento Kartanus, Protoſyngellus Corcyrenſium inſulæ. Cneus Helvius Cnei Libertus *Iolla*, medicus Ocularius, in Inſcriptione: quemadmodum & Cajus Alſius Lucii Libertus *Iſochryſes* medicus: & *Italmyrius* Megas: & Tiberius Claudius *Julianus* medicus Clinicus Cohortis IIII. Prætorianæ: & Tiberius *Julius* Auguſti & Auguſtæ Libertus Lyſiponus medicus Ocularius: & Titus *Julius* Roſianus Apollinaris medicus. *Kyrandus*: idem, ut videtur, qui Arabibus Alkirandus. Marcus *Latinius* medicus Hermes, in Inſcriptione. *Leonta* unctor, in Inſcriptione. Marcus Livius, v. Celſus & Eutychus. Tiberius *Lyrius*, Illyricus, vel Illuſtrius, in Inſcriptione. Lyſiponus cognomen medicorum, in Inſcriptionibus. Marrubii. *Megas*, v. Italmyrius. *Meletius*, monachus Græcus. *Menander* medicus, in Inſcriptione. *Mentol*, v. Pupius. *Minucia* Caji Liberta Aſte medica, in Inſcriptione. *Mithradorus*, v. Caſſius. *Muſonius.* *Naſcarius.* Manius

nius Fontejus *Nicander*, in Inſcriptione: itemque, Quintus Golius Quinti Libertus *Nicomedes* medicus Ocularius Six (Sex) Vir Coloniæ Juliæ Faneſtris: & Quintus Clodius Quinti Libertus *Niger* medicus Ocularius. Oneſimus cognomen medicorum. *Ornocas.* Marcus Caſinejus *Pætus* medicus, in Inſcriptione. Marcus Allius *Pamphilus*, in Inſcriptione. Pauſanias cognomen medicorum: item Pauſilypus. *Paxatas.* Marcus *Petronius* Heras, in Inſcriptione. *Pheſſonicus. Pheſtas.* Philetio quoque ſcribitur, qui ſupra Filetio. *Philoripus.* Pironius, v. Caſſius. *Pollio* Aromatarius, in Inſcriptione: ſicut etiam, Lucius Sabinus Lucii Libertus *Primigenius.* Publius *Pupius* Publii Libertus Mentol medicus IIIIII Vir, (Sexvir,) in Inſcriptione. Julia *Quintiniana* Clinica, ut quidam legunt Inſcriptionem. Claudius *Remnus* medicus Legionis XXI. in Inſcriptione. *Rufus* de herbis Deorum alicui ſacris. Titus Vibius *Rufus* medicus Cohortis V. Prætorianæ, in Inſcriptione: quemadmodum pariter, Julia Quinti Liberta *Sabina* medica: &, *Secunda* Livillæ medica: &, Sextus Pedius Sexti Libertus *Secundus* medicus: &, Decimus *Sempronius* Jucundus, medicus Ariminenſis: &, *Sextia* L. Tertia Tonſtrix: &, Cajus Claudius *Silianus* medicus Epheſius: &, *Silicius* medicus ab Oculis. Soſas, Soſipolis, Soſthenes, Soter, Sozon, Symphorus, cognomina medicorum in Inſcriptionibus. *Soſthenes*, in Inſcriptionibus: ibidem Publius Carm. *Soſthenes* Medic. IIIIII vir Aug. Anchar: item, *Tallus* aut *Thallus* Medicus Mag. H. V.: & Lucius *Tauranius* Lucii Libertus Olympus medicus.

Theo-

Theodotion. *Theognis* Arabibus citatus. *Theon,* Nicandri commentator. Tymauſus, fortaſſe Timaus ille vel Thymaus Raſis. Alburnius *Valens.* Titus Claudius *Valerius* Licinianus ſacerdos Æſculapii, in marmore Smyrnenſi. *Valeria* Verecunda Iatromæa, in Inſcriptione. *Zopyrus* Alexandri filius Alexander medicus, in Inſcriptione.

§. 233. Græci, poſt Chriſtum Natum & ſub Imperio Conſtantinopolitano, ut videtur. *Æneas,* de pulſibus & urinis. *Cyrus Mercurius*, monachus. *Georgius Byzantinus*, apud Leonem Allatium: ut pariter *Georgius Choniata*, & *Georgius Zegabenus.* *Johannes* Iatroſophiſta. *Iſacius* filius Chunein, qui Græce ſcripſit in medicina, ab Arabibus, ut videtur, allegatus. *Myſtion* Smyrnæus.

§. 234. Arabes, *Abenniliel.* *Abimater.* *Abuali* Ibn David el Misri, ſive Ægyptius. *Abubabar.* *Abubeker* ben al Bedr, veterinarius. *Abul Haſſan* al Mokhtar ben *Aidun*, medicus Bagdatenſis. *Abulheim* ex Murcia Hiſpaniæ, etiam Mathematicus, qui medicam artem Damaſci exercuit. *Abu Sadek* Abdalrahman ben Abiſadek. *Abulharam* Ibn Enneſis el Coraiſci ſeu Coraiſita. *Abulhaſam.* *Abulkaſen* Abdurshaman Ibn Ali ben Ahmed ben Abi Sadik, Niſciaburenſis ex provincia Chocaſan. *Abu Manſur* el Haſen ben Nuh el Camari. *Abu Merevan* ben Zoheri. *Achmeth Habramii* filius, cujus Peregrinantium Viatica 7. libris Græce extare dicuntur. *Afcasbi.* *Agiaih.* *Agberi.* *Ahiriton.* *Aidmerin*

merin Ali al Gialdeki, Chemicus. *Aidun*, v. Abul Haſſan. *Albes*. *Albuenſis*. *Alcalaum*. *Alcalame*. *Alcamadus*. *Alcuinus* Arabs. *Albominus* Chymiſta. *Ali ben Iſa*. *Alimed*. *Ali Muſu*. *Ali Tarabuluſi*. *Alkekengi*. *Alkides* Chymiſta. *Alkirandus*, v. inter Latinos Græcosque Kyrandus. *Almadel*. *Alſabaranus*. *Almed* Ibn Ibrahim Ibn Abichaled. *Alraheb*, monachus & Phyſicus, ex quo Raſes complura ſumſiſſe perhibetur. *Amaſas*. *Amram*. *Amram Hibaumee* filius. *Arabri*. *Aram*. *Beekzeber* Ebi. *Bengezar*, an idem qui Ebenzegar? *Ealiem*. *Ebn Samgiun*. *Ebn Vahed*. *Eichus*. *Elium*, qui etiam Exlion ſcribi putatur. *Filius Amaran*. *Filius Manu* vel Main. *Gabrios* Salube filius. *Hebat allah*. *Hebeme*. *Heben* Albatarich. *Huna*. *Hunabin*. *Jacob* filius Marzoch vel Marzue. *Joſua* Ibn Veibeſch. *Juaim*. *Marſerogem*. *Moſſik Eddin* al Bagdadi. *Muſeric*. *Omas* Bentamin vel *Omeis* Bentamiz. *Sabud* rex Arabum. *Zour*, Sapiens cognominatus. Cæterum de hiſtoria medicorum Arabum ſcripſerunt Arabes ipſi, *Abu Oſſaiba* ben Abi Oſſaiba: *Ebn al Daiah*: *Iman Caſſem* ben Mohammed al Corthobi ſ. Cordubenſis, †. a. C. 856. *Scheik Bakoviah* al Schirazi, †. a. C. 936. *Abul Haſſan Ali* ben Angiubin al Bagdadi, †. a. 1275. *Tageddin Ali* ben Alkhan, etiam Bagdadenſis, qui pertingit usque ad a. 1275. *Mardin*, †. a. 1386. *Zeineddin Serigia Mohammed* al Malathi: *Iman Bedreddin Mahmud*, ebn Ahmed Alaini, †. a. 1451. denique *Johannes Leo Africanus* Sæc. XVI.

Medici

Medici p. C. N. Sæc. XVI. ante med. Itali.

§. 235. Univerſitates conditæ vel inſtauratæ: a. 1501. *Ingolſtadii* renovata, iterumque 1540. 1502. *Wittebergæ* ſ. Leucoreæ. 1504. *Hiſpali*, ſaltim inſtaurata. 1506. *Francofurti ad Oderam* ſ. Viadrum: *Granatæ*, ſecundum quosdam, ſecundum alios vero demum 1531. 1510. *Aberdoniæ* renovata. 1513. *Romæ* renovata. 1514. *Eboræ.* 1517. *Compluti* renovata. 1518. *Toleti* amplificata, iterumque 1520, 1529, 1532, 1535. 1519. *Cæſarauguſtæ*, renovata. 1527. *Marpurgi*, 1541. renovata. 1532. *Compoſtellæ.* 1533. *Beaciæ* (Baëzæ) in regno Vandalitiæ: *Nemauſi.* 1535. *Coloniæ Allobrogum* ſ. *Genevæ.* 1536. *Bononiæ*, ſaltim inſtaurata. 1538. *Abulæ*, amplificata. 1539. *Lauſannæ.* 1540. *Maceratæ*: *Tortoſæ.* 1543. *Onatæ* Cantabriæ: *Piſis* renovata. 1544. *Monte Regio* ſ. *Regiomonti* Boruſſiæ. 1545. *Rhemis.* 1547. *Gryphiswaldiæ*, renovata. 1548. *Meſſanæ*: *Conimbriæ* renovata. 1549. *Dillingæ*: *Gandiæ*, & *Oſſunæ* Hiſpanorum.

§. 236. Sæculo p. C. N. XVI. usque ad medium, Summorum Pontificum Archiatri: Pii III. *Antonius Buoninſegni*, Nobilis Senenſis, (ex qua familia etiam fuit *Franciſcus*, Philoſ. & Med. D. magni nominis:) *Antonius Petrutius*, Italus. Julii II. *Horatius Lancillottus*, Nobilis Romanus, multum laudatus. *Johannes Bodier*, Cenomanus Gallus, factus Abbas monaſterii S. Sebaſtiani extra Portam Capenam, †. 1517. ætatis a. 76. *Scipio*

Lan-

Lancillottus, Horatii frater: *Johannes de Vigo*, Genuenſis, ex oppido Rapallo, Chirurgus hujus Papæ primarius, idemque fortunatiſſimus. Leonis X. *Angelus Leoninus*, Nobilis Tiburtinus, creatus Epiſcopus Turritanus: *Archangelus Tuti*, Nobilis Senenſis: *Bartholomæus de Piſis* ſ. Piſanus, qui ſeſe Bartholomæum Phyſicum, Servum Papæ appellat, diſcipulus Petri Leonii, Profeſſor Medic. in Archigymnaſio Romano, ubi controverſiam habuit cum *Hieronymo de Eugubio* pariter ibidem Medicinæ Profeſſore: *Bernardinus Speronus*, Patavinus, jam ſub finem ſuperioris ſæculi, ut credibile eſt, Patavii Profeſſor Medic. extra ordinem, 1503. ordinarius, deinde tempore belli Veneti medicus Pontificius, 1518. Patavium revocatus, 1526. abdicavit, ut praxi totus vacaret, †. 1528. *Clementius Clementinus*, Amerinus, elegantioribus quoque literis excultus, ſimul Aſtrologiæ more ſæculi deditus, qui etiam nonnullis Profeſſor Philoſophiæ & Mathematum Patavii fuiſſe dicitur. *Ferdinandus Siculus*: *Franciſcus Dandinus*, ex Nobili familia Senenſi, deinde etiam inter Cæſenates illuſtri, qui Clementis quoque VII. poſthac Archiater fuit: *Hieronymus Seſſa*, Philoſ. & Med. D., etiam poſtea Pauli IV. Archiater, a quo oblatam Cardinalis dignitatem reſpuit, Theologicis quoque ſeu pietatis ſtudiis deditus, & Beatus habitus. Leoni X. quoque paulo ante obitum a cura valetudinis fuit *Auguſtinus Niphus*, Iopoli Calabriæ vel Tropea oriundus, ſed qui Sueſſanus, vel uxoris gratia, vel quod ibi in lucem editus aut educatus erat, appellari maluit, dictus etiam honoris cauſa modo *Eutychius* vel

vel Eutychus, modo *Philotheus*, vel conjunctе Eutychus Philotheus, modo ſæculi ſui Ariſtoteles; in omnibus ferme Italiæ Gymnaſiis Philoſophiæ Profeſſor publicus, ut Patavii 1497. ordinarius, Piſis 1519. Ordinarius Antemeridianus cum lauto ſtipendio, etiam in Romano Sapientiæ gymnaſio, Neapoli, Boniæ, Salerni, cæt. adhæc Caroli V. Imp. a Conſiliis Medicis; natus 1466. vel ſecundum alios 1473. † 1545. vel 1546. Hadriani VI. *Johannes Antracinus*, Maceratenſis. Clementis VII. *Andreas Cibbo*, Peruſinus, ubi plures per annos Profeſſor fuit, etiam poſthac Pauli III. Archiater, †. Peruſii 1576. ætatis a. 83. *Andreas Turinius*, (vel Thurinus,) Peſcienſis, circa 1498. Patavii Profeſſor Logicæ, poſtea in aliis Gymnaſiis Medicinæ, etiam Archiater Regum Galliæ: *Matthæus Curtius* vel de Curte, Nobilis Ticinenſis, Profeſſor ibidem, deinde Piſis 1515., Patavii 1524., Pontificius Archiatrus a. 1531., hinc Profeſſor Bononiæ, iterum Piſis 1543., hic †. 1544. ætatis a. 70. a Cosmo I. Duce monumento cohoneſtatus. *Johannes Gamuccius* e Sancto Geminiano: *Paulus Jovius*, Novocomenſis, celeberrimus Hiſtoricus, a nonnullis etiam medicus Pontificis fuiſſe traditur, ab aliis autem ejus Commenſalis perpetuus Prælatusque domeſticus, cæterum Epiſcopus Nucerienſis, †. 1552. ætatis a. 70. Pauli III. *Alphonſus Ferrus*, Faventinus, Neapoli Publicus Chirurgiæ Lector, deinde Pontificis Archiater aut Chirurgus primarius, & in Archigymnaſio Profeſſor: *Jacobus Bonacoſſus*, Nobilis Ferrarienſis, †. 1553. ætatis a. 70.: *Johannes Franciſcus Emanuelis* ſ. Manuelli,

nuelli, Florentinus: *Silvius Zephyrus* ſ. Zeffiri, Romanus: *Thomas Cadimuſtus*, Leodienſis Belga, etiam Secretarius Apoſtolicus, †. 1549. ætatis a. 65. *Tiberius Palella*, Sabinus, Julii III. *Auguſtinus Ricchi* vel Riccus, interpres Galeni: *Balduinus de Balduinis*, Nobilis Piſanus ſeu potius de Terra Bargæ, poſthac Epiſcopus Marianenſis, deinde Averſanus: *Bartholomæus Maggius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., primum Chirurgiæ Lector publicus Bononiæ, poſtremo eodem reverſus, natus 1477. †. 1552. ætatis a. 76., etiam Archiater Henrici Galliarum Regis: *Franciſcus Frigimelica*, Friſimelica, Frizimelica, Nobilis Patavinus, Profeſſor ibidem ab a. 1519. Sophiſticæ & Philoſophiæ, ab a. 1525. Medicinæ usque ad 1546. poſt annum 1555. reverſus in patriam, †. 1558. vel 1559. natus 1491. *Hippolytus Salvianus*, Nobilis Caſtellanus, vel ſecundum alios Tiphernas, Profeſſor Romanus, †. 1572. natus a. 58.

§. 237. Patavii Profeſſores, a. 1501. *Marcus Antonius a Turre*, Veronenſis, Hieronymi filius, †. 1506. 10. Kal. Octob. admodum juvenis, ſ. ætatis a. 33. idemque magnæ laudis. 1502. *Sebaſtianus a Ponte Montioni*, Artium Doctor, profeſſionis medicæ gratia etiam hujus diſciplinæ laurea ornatus. 1503. *Hieronymus de Urbino*: poſt bellum denuo conductus a. 1517. locum tenuit usque ad. a. 1526. 1504. *Philippus a Pomo Aureo*, intra anni ſpatium mortuus, cæterum eximiæ laudis: in cujus locum *Hieronymus Pindemontius*, Veronenſis, ex Ferrarienſi Gymnaſio accitus eſt, &, poſtquam brevi abdicaſ-

ſet, a. 1517. iterum conductus. Iisdem temporibus merebat *Andreas Alpagus*, ab aliis *Bonagius* vocatus, Bellunenſis, celebris Arabum interpres. 1506. *Franciſcus Trapolinus*, Petri filius, antea Profeſſor Logicæ 1501. & Philoſophiæ 1504.; poſtea Florentiæ docuit, tandem Romæ diem obiit ſupremum. *Angelus Beſuccius*, Brixianus; profeſſionis ergo Doctoris inſignia hoc ipſo anno adeptus, omnium liberalium artium, præſertim Aſtronomiæ & Arithmeticæ peritiſſimus. 1507. *Hieronymus Oddus* ex Monteſilice. 1508. *Laurentius de S. Miniato*, ſucceſſor Beſuccii modo dicti. 1509. *Hieronymus de Libertis*, Patavinus: *Bartholomæus Bariſonus*, itidem Patavinus, tranſacto bello a. 1523. altius provectus, ſed 1525. ineunte abdicaverat. Speronus & Cittadinius jam alibi commemorati ſunt. Chirurgiæ Profeſſor a. 1503. conſtitutus eſt *Bartholomæus Laziſius*.

§. 238. A. 1505. Doctor Med. creatus *Andreas Benzonus*, qui ſuperiore anno Rector fuerat. A. 1509. *Hieronymus de Lambertis*, Nobilis Brixianus, Patavinus Practicus, teſtamentum fecit, ut ex bonorum ſuorum fructibus XI. juvenes Brixiani, Artium & Medicinæ ſtudioſi, in domo ſua Patavii alerentur, ipſe †. 1522.

§. 239. A. 1517. Patavii Profeſſor, *Ludovicus Carenſius* Patavinus, cognomento *Toſettus*, antea Ferrariæ Profeſſor Philoſophiæ, †. 1539. in magna laude. *Sanctorius* Siculus, qui tamen, an munus ſusceperit, dubitatur. *Benedictus Tiriaca*, Mantuanus,

tuanus, antea Patavii Profeſſor Logicæ, & Aſtronomiæ, ſed †. in patria hoc ipſo anno, ante aditam ſpartam. 1518. *Hieronymus Romanus. Ludovicus Paſinus*, Patavinus, per belli tempus inter Promotores Artium. *Petrus* junior *a Noali* aut Noalius. *Bartholomæus Grionus*, Veronenſis. *Franciſcus Tienæus*, Vicetinus. 1519. *Hieronymus Gavonus*, Veronenſis. *Valerius Capuanus.* 1520. *Hieronymus Bagolinus*, Veronenſis, Græcis literis excultus, & Peripatetica philoſophia, ſed 1525. abdicato munere in patriam abiit. *Johannes Laurentius de Saxoferrato*, qui a. 1526. reſignavit. *Franciſcus a Lignamine*, Tarviſianus, †. 1521. menſe Aprili. *Johannes Franciſcus Vitalba*, Bergomas, qui a. 1517. Proreॆctor univerſitatis Artiſtarum fuerat, exinde a. 1518. Medicinæ Doctor. *Julianus de Maroſtica. Albertus de Albertinis*, Vicetinus. *Nicolaus Monopolitanus.*

§. 240. A. 1521. *Andreas de Civitate Auſtriæ*, ſed qui gymnaſio abſtinuit. *Lucas de Imola. Julius Cæſar de Manfredonia.* 1522. *Ventura Foreſtus*, Bergomas. *Johannes Fabris*, Tarviſianus. 1523. *Franciſcus Victorius*, ab inſigni facultate mentis dictus *a Memoria*, Bergomas, †. 1529. *Gregorius*, vel *Eugenius*, *Securanza. Laurentius Matthæaccius*, Pedemontanus. 1524. *Franciſcus Bonafides*, Patavinus, primus vel Patavii, vel Italiæ totius, Simplicium Profeſſor publicus a. 1533., quo autore Hortus ibidem Medicus inſtitutus eſt 1545., emeritus 1549.; †. 1558. ætatis a. 84. *Hieronymus a Sale*, Veronenſis: *Johannes de Gan-*

dino, Bergomas. 1525. *Octavianus Tabula*, Vicetinus, etiam 1528. Profeſſor Philoſophiæ, 1538. miſſionem cauſariam conſecutus. *Oddus de Oddis*, Patavinus, antea ab a. 1518. Profeſſor Philoſophiæ, & Logicæ, †. 1559. nonis Febr. *Matthæus a Fraſcata*, Brixianus. *Franciſcus de Albano*, Bergomas.

§. 241. A. 1526. *Matthæus de Maſſis*, Cremenſis. *Antonius Calderarius*, Veronenſis. 1527. *Hieronymus Accorambonus*, Eugubinus, jam 1496. Profeſſor Philoſophiæ & inter Promotores Artium, deinde Medicinam in variis Italiæ Gymnaſiis magna cum ingenii & doctrinæ fama profeſſus, †. 1535. *Paulus de Placiola*. *Bartholomæus de Petroniis*. *Franciſcus de Apoſtolis*, Novarienſis. *Johannes Baptiſta Pandinus*, Veronenſis. 1528. *Caſpar Marzolus* ex *Montaneana*. 1529. *Hieronymus Tolentinus*, Patavinus, etiam per tempus belli inter Promotores Artium. *Hieronymus Tirabuſcus*, cognomento *Corradinus*, Patavinus, antea 1525. & ſeqq. Profeſſor Sophiſticæ, & Logicæ, †. 1538. *Nicolaus a S. Michaele*, Comenſis. *Valentinus Piſcheria*, Brixianus. 1530. *Andreas Baranzonus*, Mutinenſis, antea ab a. 1527. Profeſſor Sophiſticæ, & Logicæ. *Chriſtophorus Maximus* vel *de S. Maximo*. *Chriſtophorus Federicius*, aut *de Federicis*, Bergomas. *Marius Boſſius*, Brixianus.

§. 242. A. 1531. *Paulus Craſſus* vel *de Craſſis*, Patavinus, qui 1529. Profeſſor Philoſophiæ Moralis fuerat, 1575. emeritus. *Magnus Mantuanus*. *Aloyſius Bellacatus*, Brixianus, qui 1564. bonâ

venia

venia abiit, †. 1575. de quo, tanquam minus ad docendum apto, removendo actum fuerat a. 1543. *Johannes Paulus Junius*, Brixianus. *Bernardinus Licinus*, Bergomas. 1532. *Hieronymus de Blaſiis. Thomas de Sapientibus*, Pedemontanus. *Hieronymus Amalthæus*, Opiterginus, poſthac ab a. 1533. ad 1534. Profeſſor Moralis Philoſophiæ, cæterum illuſtris Poeta, †. 1574. ætatis a. 67. *Georgius Aurelius*, Liburnenſis. 1533. *Johannes Elicius*, Picenus. *Panucius Sillanus*, Spoletinus. *Johannes Baptiſta de Michaelis*, Mantuanus. 1534. *Jacobus Ferdinandus de Bari* ſeu *Barienſis*, antea 1531. Profeſſor Logicæ. *Stephanus Jordanus*, Bergomas. *Aloyſius Triviſanus*. 1535. *Joſeph Polonus. Alexander de Doctoribus*, antea 1529. Profeſſor Logicæ. *Cornelius de Blanchis*, Vicetinus. *Hieronymus Ceſconus*, Bellunenſis.

§. 243. A. 1536. Extraordinarius medicinæ Theoricæ ſecundo loco *Bernardinus Paternus*, Salodienſis, patre etiam medico natus, Profeſſor quoque Piſis, Monte Regali, & Ticini, deinde Romæ aliquandiu verſatus, & abſens a Veronenſibus civitate donatus, tum Patavii Theoricæ medicinæ Ordinarius Profeſſor primo loco a. 1563. conſtitutus, †. ibidem 1592. XI. Kal. Aug. Galeni anima nuncupatus. *Hieronymus Riccius*, Murianenſis. *Laurentius Stangalinus*, Mantuanus. 1537. *Alexander Landus*, Veronenſis. *Nicolaus Flaccus*, Firmanus. *Guilielmus Gratarolus*, Bergomas, deinde ſuſceptâ formula fidei Proteſtantium Profeſſor per unum annum Marpurgenſis, poſthac Baſileenſis, ubi †. 1562.

6. Maji, natus a. 1510. 1538. *Antonius Fracantianus*, junior, Vicetinus, antea 1528. Profeſſor Logicæ, 1562. Bononiam conductus, ſed 1563. Patavium revocatus, qui etiam bonam pecuniæ ſummam ad filiam elocandam a Senatu Veneto mutui nomine accepit, †. 1567. *Johannes Beta*, Tridentinus. *Gregorius Fanenſis*. *Johannes Butironus*, Veronenſis. 1539. *Johannes Baptiſta de Monte* ſ. *Montanus*, Veronenſis, illuſtris vir, Poëſi quoque initiatus, qui circa a. 1549. abiit, retento ſtipendio, ad curandam valetudinem Ducis Urbinatis, Generalis Copiarum Venetarum ſtrategi, †. 1551. in patria, natus 1489. *Franciſcus Caſſianus*, †. 1541. 12. Kal. Decemb. *Franciſcus Cirrocus*, Fulginas. *Ludovicus Campolongus*. *Octavianus Tomaſinus a S. Agatha*. *Alphonſus Lucanus*, Melphitenſis. 1540. *Hieronymus Ulmus*, Bergomas. *Antonius Secundus*, Monopolitanus, 1541. etiam Profeſſor Sophiſticæ. *Joſeph Salandrus*, Bergomas.

§. 244. A. 1541. *Hieronymus Donzellinus*, Brixianus de Orzinuovi, poſtea Brixiæ facienda medicina occupatus, ſed ob invectivam contra *Vincentium Calzavaglia*, medicum Brixienſem, pro *Joſepho Valdagne*, pariter Brixienſi medico, ſcriptam, urbe pulſus, hinc Venetiis dum artem exercet, ob crimen læſæ divinæ ſimul & humanæ majeſtatis, aqua ſubmerſus a. 1560. *Antonius Gattus*, Vicetinus. *Johannes Baptiſta Vacchellus*, Brixianus, 1542. Profeſſor Moralium. 1542. *Julius Corradinus*, Patavinus. *Robertus de Robertis*, Brixianus. *Johan-*

Johannes Franciſcus Manfredus, Cremonenſis. 1543. Subſtitutus, *Baſſianus Landus*, Placentinus, 1544. Profeſſor Philoſophiæ, 1545. Medicinæ, 1563. 5. Non. Octob. a ſicariis interfectus. *Paulus Dionyſius*, Veronenſis. *Octavianus Monaldus*, Piſaurenſis. *Johannes Gratarolus*, Bergomas, Extraordinarius dierum vacantium, 1544. Profeſſor Sophiſticæ. 1544. *Pompejus Maceranus*, Brixienſis. *Defendens Galeratus*, Mediolanenſis. *Laurentius Monſilicius*, Veronenſis. 1545. *Vincentius Odeſcalcus*, Comenſis. *Julius Dolionus*, Bellunenſis. *Johannes Caſſius*, Genuenſis.

§. 245. A. 1546. *Andreas Appellatus*, Brixianus, qui quum in diſputationibus Circularibus collegæ non reſpondiſſet, a. 1555. multam ſubiit, †. 1560. 10. Kal. Febr. *Johannes Baptiſta Puteus*, Veronenſis. *Petrus Paulus Vitalis*, Vicetinus. *Johannes Maria Salamonius*, Pedemontanus. 1547. *Matthæus Fuccius*, Tarviſianus. *Hieronymus Julianus*, Veronenſis. 1548. *Ludovicus Laziſe*, Veronenſis. *Simon Pellicerius* de S. Marino. *Vincentius Ramuſettus*, Eugubinus. 1549. *Hieronymus Ferrarius*. *Antonius Paſolus*. *Johannes Baptiſta de Balneatis*, Patavinus, 1539. & 1540. Profeſſor Sophiſticæ, & Philoſophiæ. *Antonius Saſimanus*, Picens. *Paulus Polonus*. 1550. *Albertus Jambonardus*, Veronenſis. *Johannes Franciſcus de Comitibus*, Mediolanenſis. *Baſilius Paravicinus*, Novocomenſis.

§. 246. Chirurgiæ Profeſſores Patavini, 1518. *Petrus de Mainardis* vel *Mainardus*, Veronenſis, 1523. Profeſſor Medicinæ Theoricæ, 1526. Practicæ. 1523. Chirurgiæ Profeſſor *Galeatius de Lano*, Bergomas. 1525. *Vincentius de Muriano. Antonius de Savona.* 1526. *Nicolaus de Muſicis*, Patavinus. *Rinaldus Tiriaca*, Mantuanus, antea domeſticus a ſecretis Benedicti Tiriacæ, & ab hoc in ſuam gentem cooptatus. 1530. *Johannes Baptiſta de Lombardis*, Veronenſis; cui tamen ſchola interdicta eſt, quod nondum Doctoris titulum obtinuiſſet. 1535. *Franciſcus Litigatus* de Lendinaria. *Marcus Antonius de Montaneana* ſ. *Montagnana*, Patavinus. 1537. Andreas Veſalius, de quo in Germanis. 1541. *Realdus Columbus*, Cremonenſis, antea 1540. Profeſſor Sophiſticæ, poſthac Profeſſor Anatomices Piſis & Romæ, †. 1577. 1547. *Johannes Guiduccius*, Urbinas, qui initio a. 1550. reſignavit. 1550. *Alexander Saregus*, Veronenſis, usque ad Septembrem 1551.

§. 247. Circa a. 1531. Baccalarios & Licentiatos creandi mos in univerſitate Patavina obſolevit. 1545. Hortus Botanicus inſtitutus eſt, poſt ſimile aliquid non ita pridem Ferrariæ factum; Cuſtosque Horti Bononia accitus eſt a. 1546. *Aloyſius* ſ. Ludovicus *Anguillaria*, quem coævi ſcribunt fuiſſe ex vico Anguillaria prope lacum Sabatinum in agro Romano, alii Ferrarienſem dicunt, & ibi ante Patavinum munus docuiſſe, quum eſſet Medicinæ Doctor, ex quorundam relatione privatis in ædibus, ſecundum alios etiam ex publica cathedra.

Is

Is peragrata Italia multisque Orientis regionibus, & arte deſtillandi a pharmacopola quodam in Creta percepta, botanicam Bononiæ in ſcholis Lucæ Ghini didicerat. Læſus calumnia negligentiæ circa 1557., deinde a. 1561. ſponte abiit Ferrariam, ubi †. 1570. Ad hortum autem Patavinum inſtruendum operam ſuam & induſtriam gratis impenderunt *Petrus de Noali*, medicus non ignobilis, *Petrus Antonius Michaelius*, Venetus, & *Aloyſius Mundella*, Brixianus, jam ab a. 1538. celebris in medicina ſcriptor. Jamdudum antea *Dominicus Sennus*, Patavinus, †. 1531. Botanicum ſtudium ab ineunte ætate ſtudioſiſſime coluerat, ita ut tota Italia principatum in hoc genere omnium judicio teneret. Cæterum condito Horto Medicinali, Thermæ Aponenſes deſeri cœperunt, pharmacopolis medicisque novam per herbas medicinam magis commendantibus; etſi de reparandis thermis nonnunquam cogitatum fuerit. A. 1548. iterum Medicinæ Profeſſoribus interdictum eſt, ne quis Patavio diſcederet ſcholasque deſereret niſi per dies octonos, bis in anno, nec niſi impetrata per quinque ſuffragiorum partes venia.

§. 248. Bononiæ inclaruerunt, a. 1503. *Benedictus Victorius*, Faventinus, Civitate Bononienſi donatus, nepos Leonelli, Philoſ. & Med. D., 1518. Profeſſor Medicinæ Patavii, 1528. ad Bononienſes transgreſſus, 1532. Patavium revocatus, in Practicis excellens. 1504. *Conſtantius Clarittus de Cancellariis*, Philoſ. & Med. D., in Græcis bene verſatus. 1505. *Ludovicus Vitalis*, Philoſ. & Med.

 D.

D. Collegiatus, inſignis Aſtronomus atque Aſtrologus, hujusque diſciplinæ in Archigymnaſio Bononienſi Profeſſor per 49. annos, quo munere, ex præſcripto legum antiquiſſimarum & quotannis renovatarum, præcepta Aſtrologica pro medicina tutius facienda ſæpius expoſuit. 1507. *Benedictus Campegius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Poëta quoque Latinus. 1508. *Angelus Bologninus*, Philoſ & Med. D. & Profeſſor, ex oppido Patavinæ ditionis oriundus, in Anatomicis Chirurgicisque clarus. 1509. *Pamphilus* aut Pamphilius *Montius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, & Profeſſor, 1541. Profeſſor Ordinarius Primariusque Theoricæ medicinæ, 1543. Practicæ, 1545. Bononiam reverſus. 1510. *Florianus Zanchinus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus & Profeſſor, Poëtica quoque & Philoſophica ſtudia præclare agitans.

§. 249. A. 1513. *Johannes Baptiſta Fantuccius*, Philoſ & Med. D. 1516. *Ludovicus Buccaferreus* aut Buccaferrea, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, in Ariſtotelica Philoſophia apprime exercitatus, etiam aliquando Profeſſor Romanus, natus 1482. †. 1545. 1517. *Virgilius Gherardus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, & Profeſſor medicinæ Theoricæ ordinarius, vehementer laudatus. 1518. *Johannes Jacobus de Saviis*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, & medicinæ Theoricæ in patriæ Archigymnaſio Profeſſor matutinus. *Lactantius Benatius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Aſtronomiæ Lector. 1519. *Pompejus Peregrinus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus. 1520. *Hercules Bonacoſſus*, Ferrarienſis, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D., & Comes.

§. 250.

§. 250. A. 1522. *Jacobus Pazzinus*, vel Pacinus, Mediolanenſis, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Bononiæ Logicæ, deinde Phyſicæ, denique Medicinæ Practicæ. 1527. *Lucas Ghinus*, Imolenſis, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D., primus, ut Bononiæ perhibetur, ab hoc anno Simplicium medicamentorum & Botanicæ lecturæ Profeſſor in Bononienſi Gymnaſio, deinde Piſis, & alibi, alter Dioſcorides a Matthiolo nuncupatus. 1528. *Dominicus Bonſioli* aut Bonſiolus vel de Bonſiolis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, 1536. Patavii Profeſſor Logicæ primarius. 1529. *Antonius Maria Bettus de Guaſtameſteriis*, Mutinenſis, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D. *Melchior Zoppius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, auctor Academiæ Gelatorum, Caliginoſus in ea appellatus, in Schola Confortatorum XII. vir Mag., ſecundum Bumaldum, alii quædam ex his juniori ejusdem nominis attribuunt.

§. 251. A. 1535. *Elideus* aut *Helideus de Paduanis*, Forolivienſis, inter Cives Bononienſes cooptatus, Philoſ. & Med. D., præceptor Petri Foreſti, Bernh. Deſſennii, &c. 1539. *Maynettus Maynettus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Profeſſor Philoſophiæ primarius in Gymnaſio Piſano. 1542. *Johannes Baptiſta Peregrinus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus. 1544. *Cæſar Odonus*, natus Pennæ Abrutii, etiam Aquilanus vocatus, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D., & Profeſſor publicus. *Fabricius Garzonius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, in Archigymnaſio Profeſſor Supraordina-

dinarius, Cardani ſucceſſor, cum ampliſſimo honorario. 1545. *Claudius Bettus*, Mutinenſis, Civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D. & publicus Profeſſor. 1546. *Johannes Franciſcus Rota*, Philoſ. & Med. D., qui inter alia de introducendis Græcorum Medicis ſcripſit. 1548. *Georgius Rivettus.* Poſt a. 1500. celebratur quoque *Gregorius Caravita*, Chirurgus præſtantiſſimus, multorumque egregiorum medicamentorum inventor.

§. 252. Piſani Profeſſores, aliqui jam extremo Sæculo ſuperiore & hoc ineunte, nimirum circa a. 1495. *Stephanus Guizzelmus* de Prato, etiam Chirurgicam artem exercens, poſtea praxin ſecutus: Magiſter *Franciſcus Gentilis* Fulginas: Mag. *Franciſcus Tornerius* Majoricenſis: Mag. *Raphaël Bernardi del Facchino* Piſanus. 1498. Mag. *Oliverius*, Magiſtri *Michaelis*, Senenſis, arte medicus, Profeſſor Moralis Philoſophiæ, jam 1474. Civitate Florentina donatus.

§. 253. A. 1501. Mag. *Bandinus*, Profeſſor Medicinæ, cujus pater *Bernardus*, avus *Bandinus Bandinuccius*, abavus *Johannes*, eandem artem ingenti cum gloria quæſtuque exercuerant. 1502. Mag. *Bartholomæus Corſus*, alias *Corſettus*, Piſanus. 1504. ſecundum Florentinam annorum dinumerationem, ſed 1505. ſecundum Piſanam, Florentiæ publicus in Medica Facultate Profeſſor. *Carolus de Vecchiano*, Piſanus, 1483. Philoſophiæ Lector Feſtorum dierum, 1485. Med. D. †. 1514. exeunte.

§. 254. A. 1516. *Nicolaus Cerretanius*, Senenſis, Philoſophus pariter ac Medicus, Profeſſor Philoſophiæ Extraordinarius. 1519. *Dinus del Garbo*, olim *de Salomonis*, junior, Profeſſor Dialectices ſ. Logices: quemadmodum & *Antonius de Gallis Pontremulcenſis*, (de Pontremoli) deinde jam a. 1526. in Medicorum Collegio Prior. 1525. Univerſitatis Rector, & in Lectura patris comes, *Georgius de Gallis de Pontremoli*, Artium & Medicinæ Doctor, filius Franciſci, ſed eodem anno mortuus. 1548. Profeſſor Medicinæ *Franciſcus del Garbo.*

§. 255. Circa a. 1520. petitum fuit, ut Doctores quilibet Piſanæ civitatis membra Collegii Univerſitatis eſſent ex auctoritate publica; ſed non impetratum eſt, & in Medicorum quidem Collegio poſtea, ſaltem ex arbitrio Prioris & Vicarii, Medici urbis convocati, ad explendum legitimum numerum, ſuffragia tulerunt.

§. 256. Mediolanenſes medici, *Facius Cardanus*, Hieronymi pater, Antonii filius, Laureatus in Medicina & Utroque Jure, Profeſſor Inſtitutionum Mediolani, florens circa a. 1501. natus 1444. †. 1524. 29. Aug. ætatis a. 80. Circa 1505. *Marſilius Petraſancta*, Pietraſanta, Doctor Phyſicus magnæ exiſtimationis, †. 1523. 1507. *Benedictus Bellabucca*, Bellabocca, Artium & Med. D., Civis & Phyſicus Collegiatus Mediolanenſis, Archiater Franciſci II. Ducis, Decurio Mediolani 1513. Circa 1510., (vel ab a. 1496. ad 1528. usque) *Jo-*

Johannes Antonius Caſtillioneus, Donati filius, Regio-Ducalis Protophyſicus, Gubernator Alexandriæ, Lomellinæ, & Ultrapadanæ provinciæ ſub Ludovico Moro Duce, Decurio a. 1513., ſub Franciſco I. Galliarum Rege Conſilii Secretioris membrum & Senator Status Mediolanenſis, creatus etiam a Rege Comes Ghermiolæ in Burgundia, †. Pariſiis circa a. 1528.

§. 257. A. 1513. medici Decuriones Mediolani, *Petrus de Capitaneis* de Scalve, *Franciſcus Menclotius*, *Gaſpar Corius*, *Bernardinus Rincius*, *Antonius Tertiagus*, *Franciſcus Tattus*, *Baptiſta Arlunnus*, *Auguſtinus Battalea*, *Johannes Antonius Caneveſius* Eques Auratus, *Baptiſta Caſtillioneus*, *Lazarus Cropellus* de Soncino, *Johannes Antonius Dugnanus*, *Antonius de Lauda*, *Johannes Antonius Cuſanus*, qui mox iterum occurret: *Nicolaus Antiquarius*, origine Peruſinus, & forſaſſe filius celebris illius *Jacobi*: *Chriſtophorus Vicomercatus*, *Hieronymus Sarazzonus*.

§. 258. *Baptiſta Baldironus* de Mediolano, Archiater Principis Julii Sfortiæ, & poſtea Maximiliani I. Imp., Protomedicus Ducum Maximiliani Mariæ & Franciſci II. Sfortiadum, itemque Caroli V. Imp., Senator quoque in Secretiore Conſilio, & Præpoſitus Majoris Eccleſiæ Tridentinæ, †. 1527. *Thomas Moronus*, Eques Auratus, Comes Ferrerarum & Vallis Nuri in agro Placentino, Protophyſicus & Senator Secretioris Conſilii, ſub Maximiliano & Franciſco II. Ducibus ab a. 1511. usque

usque ad 1531. *Bernardinus Boſſus*, philoſophus & medicus excellens, Collegio Phyſicorum Mediolanenſium adſcriptus 1511. *Chriſtophorus de Capitaneis* de Scalve Petri filius, Phyſicus Collegiatus, qui 1515. 11. Octob. orationem habuit nomine Collegii Phyſicorum ad Franciſcum I. Regem Galliarum, 1524. in epidemia fuit unus ex 12. Proviſoribus: ejus filius *Pyrrhus*, Phyſicus Collegiatus.

§. 259. Magiſter *Johannes Antonius Cuſanus*, filius Jacobi Legum Doctoris & Ducalis Conſiliarii, nepos Magiſtri Marci Antonii protomedici, Phyſicus Collegiatus, qui 1516. 24. Novemb. Collegii ſui nomine orationem ad regem Franciſcum I. habuit. *Scipio Vegius*, Mediolanenſis, Protophyſicus Ducalis, & 1529. creatus Senator a Franciſco II. Sfortia, Mediolanenſium Æſculapius dictus, legationibus præclare functus, Hiſtoria quoque ſui temporis ſcribenda occupatus. *Angelus Candianus*, Mediolanenſis, Artium & Med. D., in Collegium Phyſicorum cooptatus 1511. 12. Sept., medicus & Conſiliarius Franciſci II. Ducis, Mariæ reginæ Hungariæ & Gubernatricis Belgii (Caroli V. Imp. ſororis) Archiater & Conſiliarius, a Carolo V. creatus Comes Palatinus Cæſareus, †. 1560. natus a. 76. menſes 8. dies 15. *Franciſcus Vicomercatus*, Vimercati, vel a Vicomercato, Mediolanenſis, Artium & Med. D. Ticini creatus, in Phyſicorum Mediolanenſium Collegium receptus 1523., Leonoræ Galliarum reginæ medicus circa 1533., etiam Senator ſ. Conſiliarius Emanuelis Phi-

liberti

liberti Ducis Sabaudiæ, diverſus, ut videtur, ab ejusdem nominis & temporis Philoſopho celeberrimo. *Ambroſius Cavenagus* vel *Capenacus*, Mediolanenſis, Regio-Ducalis Protophyſicus, Conſilii Secretioris Senator, unus e 60 Decurionibus, Protector Univerſitatis Ticinenſis, clarus circa 1525. *Johannes Paravicinus*, Phyſicus Collegiatus, degens Caſpani in finibus Vallis Tellinæ, pater Petri Pauli.

§. 260. *Johannes Petrus Arlunus*, Mediolanenſis, filius *Bonifortis* etiam medici, Archiater Ducalis, ſcriptis & fama inclytus circa 1530. *Matthæus Vicecomes*, Visconti, Mediolanenſis, circa 1535. clarus. *Hieronymus Cardanus*, Facii filius, Patricius Mediolanenſis, natus 1501. 25. Aug. †. Romæ 1576. 21. Sept. Rector Univerſitatis Patavinæ 1525. tumque ibidem factus Med. D., circa 1529. Profeſſor Mathematum Mediolani in Scholis Palatinis, deinde, poſt duas repulſas, in Collegium Phyſicorum cooptatus Auguſto exeunte, Profeſſor Ticini 1544., ibi quoque medicorum Collegio adſcriptus, Profeſſor Bononiæ 1562., & Civitate donatus, Romam profectus 1570. ibidemque in Collegium Medicorum receptus 1574. 13. Sept. vir fœcundiſſimi ingenii, plurimæque lectionis, & gloriæ ſtudioſiſſimus, cæterum paradoxarum opinionum ac morum, Aſtrologicis, Chiromanticis, ſimilibusque artibus gratioſus apud principes & magnates, in Scotiam usque ad Hamiltonem Archiepiſcopum Sanctandreanum evocatus; inter præceptores ejus fuerunt præter Matthæum Cur-

Curtium, *Branda*, ſ. *Bernardus Porrus* Mediolanenſis, aut Caſtilionæus, Profeſſor Papienſis, & 1521. usque ad 1523. Profeſſor Philoſophiæ Patavinus, & *Franciſcus Tægius* Novarienſis: inter diſcipulos medicos, *Gaſpar Cardanus*, ejus nepos, poſtea prænobilis medicus Romanus, & *Rodulphus Silveſtrius* Bononienſis, eximiæ artis ac famæ vir: a graviſſimo eum puerum octennem morbo liberarunt inſignes medici Mediolanenſes, *Barnabas Crucius* (Bernabo Croce,) & *Angelus Gira.*

§. 261. *Nicolaus Mutonus*, circa 1542. celebris. *Andreas Juſſanus*, Giuſſano, Phyſicus Collegiatus Mediolanenſis, Profeſſor Ticinenſis, Academiæ Transformatorum ſocius, Poëticis quoque ſtudiis deditus, †. 1547. extremo. *Johannes Baptiſta Bimius*, Biumi, filius *Matthæi*, celeberrimi horum temporum medici Collegiati Mediolanenſis, Profeſſor Philoſophiæ Ticini, deinde Mediolani Practicus celeberrimus, a Carolo V. factus Eques, Comes Palatinus, & Protomedicus Cæſareus, poſtremo Pii IV. PP. Archiater, & Protophyſicus Romanus, cum ampliſſimis conditionibus, †. 1566. *Johannes Petrus Albutius*, Profeſſor Ticini per 40. annos, primo Rhetoricæ, ætatis a. 25., deinde Logicæ, poſthac Medicinæ primarius horis veſpertinis, repudiatis conditionibus Bononienſibus, Piſanis, aliarumque Academiarum, a. 1577. unus Deputatorum in peſte profliganda, †. 1583. 14. Febr. ætatis a. 75., etiam in moribus & conſuetudinibus, in elegantioribus literis, theologia, hiſtoria verſatiſſimus, linguæ Græcæ Hebraicæque be-

ne gnarus. Ejus diſcipulus *Martinus Henricus*, medicus vici Sancti Columbani in diſtrictu Laudenſi: filius *Fabius Albutius*, medicus multæ laudis. *Petrus Vianus* de Pallantia, oppido Mediolanenſi, diſcipulus *Silveſtri Bernerii*, Phyſici Papienſis.

§. 262. Varii, *Bernardinus Plumatius*, ex Collegio Medicorum Veronenſium, qui 1502 & 1503 Patavii Profeſſor fuit Philoſophiæ Extraordinariæ. *Aloyſius Ammannatus*, Nobilis, clarus & dives medicus, †. Piſis 1514. ſepultus 30 Aug. *Bartholomæus Cocles*, Bononienſis, medicus & Chirurgus ſtillatitiarumque Aquarum artifex, præcipue tamen Phyſiognomicis ſimilibusque ſtudiis famam adeptus. *Jacobus Berengarius*, *Carpus* aut *Carpenſis* a loco natali dictus, Lector Anatomiæ Chirurgiæque Ticini, deinde Bononiæ, hinc tamen vel propter obſcenitatem linguæ morumque vel propter impactum crimen inciſorum vivorum hominum ejectus, tum Ferrariam ſe recipiens, ubi mortuus; cæterum inſtaurator Anatomes, inventorque, ut creditur, inunctionis mercurialis in lue venerea; barbaro quidem uſus genere ſcribendi, licet Aldum Manutium habuerit Præceptorem. *Antonius Benivenius*, Florentinus, obſervationum ſcriptor egregius, †. 1525. ſenex. *Camillus Leonardus*, Piſaurenſis, circa 1502. clarus.

§. 263. *Johannes Jacobus Manardus*, Ferrarienſis, natus 1461. †. 1536. 8. Mart. ætatis a 74., quum juvenculam duxiſſet uxorem, Nicolai Leoniceni diſcipulus, ſed ingratus; Uladislai Hungariæ

riæ Regis medicus, qui aliquamdiu etiam in Polonia medicinam factitavit, demum Profeſſor Ferrarienſis, ob Epiſtolas medicinales clarus. *Oldradus Martignonus*, Mediolanenſis, ibidemque Phyſicus Collegiatus, celebris circa 1511. *Baptiſta Fiera*, Mantuanus, inſignis Philoſophus & medicus, qui de Cœna etiam celebre opus elegiaco carmine eleganter ſcripſit. *Petrus de Bayro* vel *Bairus*, Taurinenſis, natus 1468. †. 1558. 1. April. Sabaudiæ Ducis Archiater, in Academia patria Profeſſor, & Protophyſicus, Pauperum Pater nuncupatus, autor enchiridii practici, quod vulgo Veni mecum vocatum eſt. *Jacobus Cataneus de Lacu Marcino*, Genuenſis. *Georgius Vella*, Brixienſis. *Petrus Maynardus*, Veronenſis. *Benedictus Rinius*, Venetus. *Laurentius Calvinus*, Papiæ clarus circa 1514. *Laurentius Bartholinus*.

§. 264. *Matthæus de Lucha*. *Franciſcus de Turre de S. Victoria*. *Dominicus Maſſaria* vel Maſſarius, Vicetinus. *Petrus Antonius Ruſticus*, Placentinus. *Franciſcus Cigalinus*, Comenſis, Græcæ linguæ peritiſſimus, qui contra Aſtrologos ſcripſit, †. 1530. *Beliſarius Aquaviva*, clarus circa 1519. *Matthæus Adrianus*. *Franciſcus Arſillus*. *Marcus Fabius Calvus*, Ravennas, Latinus interpres Hippocratis, †. 1527. *Cæſar Optatus*, Neapolitanus, Profeſſor Venetus. *Ludovicus Bonaciolus*, Ferrarienſis, arcanorum generationis ſcriptor inclytus. *Leonhardus Legius*, Papienſis, Patricius, & Profeſſor Practicæ. *Actius Philippus Pellinigerus* ſ. *de Pellibus nigris*, Troja-Neapoli-

tanus, qui Contradictiones Avicennæ ſcripſit. *Johannes Baptiſta Confalonerius*, Veronenſis, 1518. Patavii Profeſſor Logicæ, & mox Philoſophiæ extraordinariæ ſecundus, 1523. primus.

§. 265. *Ambroſius Leo*, Nola-Campanus, Græce Latineque doctiſſimus, qui Caſtigationes adverſus Averroëm, & hiſtoriam quoque ſuæ patriæ compoſuit. *Fridericus Chryſogonus Antonius Fortolus* aut Fartolus, Ioſerienſis, qui aliqua Galeni Latine vertit. *Johannes Planerus*, natus Quinzani in Brixienſi regione 1480. †. ibidem 1570 inſignis Practicus, a pluribus Germaniæ Principibus ipſisque Romanorum Regibus Ferdinando I. & Maximiliano II. arceſſitus. *Marianus Sanctus*, Barolitanus, Med. D., qui methodum ſecandi calculum cum Apparatu Magno, cujus inventor habetur, a præceptore ſuo *Johanne de Romanis*, Cremonenſi de Caſali Majore, Romæ vero artem exercente, acceperat. *Michaël Angelus Blondus*, qui inter alia pro Galeno ſcripſit.

§. 266. *Hieronymus Fracaſtorius*, Veronenſis, natus 1483. †. Patavii 1553. 6. Aug. ex apoplexia, qua quum corriperetur, manu verticem oſtendit indicaturus cucurbitulam ibi admovendam eſſe, quo nimirum remedio ipſe alios liberaverat; ejus exſtant egregii libri Latini Medicinales, Philoſophici, Aſtronomici, Poëtici, in quibus poſtremis Virgilio ſuppar habetur a nonnullis; inventor item Diaſcordii, a. 1502. Patavii Profeſſor Logicæ, a principibus viris ſummo in honore habitus, a Paulo quo-

quoque III. PP. ad curandam valetudinem lautiſſimo ſtipendio conductus; eique mortuo ſtatua a civibus Veronæ publice poſita eſt. *Antonius Muſa Braſavolus* aut Braſavola, Ferrarienſis, interpretationibus Hippocratis & Galeni, cenſurisque medicamentorum officinalium laudem conſecutus. Commemoratur etiam junior *Antonius Muſa Braſavolus*, hujus vel filius vel agnatus. *Jacobus Ferdinandus*, Barienſis, 1530. Patavii Profeſſor Sophiſticæ.

§. 267. Poſt a. 1530. inclaruerunt, *Julius Cæſar Scaliger*, ex gente Principum quondam Veronenſium, natus in Caſtro Ripa ad lacum Benacum 1484. 23. April. †. Aginni in Gallia 1558. 21. Octob., in juventute Franciſcanus monachus, deinde Miles, a Maximiliano Imp. Equeſtribus donatus inſignibus, hinc ſtudia ſecutus, quumque Italia excedere coactus, Burdigalam veniſſet, artem exercitaturus, medicorum ejus urbis, qui ſeſe juniores eſſent, examen ſubire reſpuit, alioque ſe contulit; idem viros illuſtrioris famæ ſcriptis adverſariis impetere ſolitus, cæterum excellentiſſimus Poëta, Orator, Philoſophus, pariter ac medicus, octo linguarum peritus. *Nicolaus Maſſa*, Venetus, Epiſtolis medicis, Anatomiæ libro introductorio, aliis libris de Febribus Peſtilentibus, de Morbo Gallico, pluribusque nomen præclarum nactus. *Ludovicus de Avila* *Paulus Tucca*, Neapolitanus. *Ludovicus Panizza*, Mantuanus. *Petrus Franciſcus Paulus*, Florentinus, qui adverſus Avicennam ſcripſit. *Donatus a Mutiis*, Raguſæus, commen-

tator & vituperator Hippocratis & Galeni. *Proſper Calanus*, Sarſinenſis, primum Romæ, deinde Bononiæ clarus. *Johannes Baptiſta de Alemagna.*

§. 268. *Leonhardus Jacchinus*, Emporienſis, medicus primo Florentinus, deinde Piſanus, Galeni ſectator, qui adverſus Avicennam, Meſuen, & vulgares medicos omnes ſcripſit. *Franciſcus Maſſarius*, Venetus, qui in Plinii Naturalem hiſtoriam commentatus eſt. *Antonius Fumanellus*, Veronenſis, illuſtris practicus, cujus opera ſæpius excuſa ſunt. *Johannes Franciſcus Brancaleon*, Neapolitanus, Romæ celebris practicus. *Johannes Paſchalis*, Sueſſà-Neapolitanus. *Alexander de Vicentinis*, Galeni defenſor. *Menghus Blanchellus*, Faventinus. *Johannes Antonius Roverellus*, Bononienſis, qui de morbo Paturſa ſcripſit. *Hippolytus Bryllus*, de Lendenaria. *Simon Portius*, Neapolitanus, Græcarum quoque literarum ſciens. *Petrus Jacobus Toletus*, Neapolitanus. *Nicolaus de Sabio*, iconum Anatomicarum artifex. Victor Trincavellus, vid. poſtea inter Profeſſores Patavinos.

§. 269. Poſt 1540. *Marcellus Palingenius*, Stellatus, vero nomine *Pier Angelo Manzolli*, Archiater Ferrarienſis Ducis Herculis II., autor celeberrimi poëmatis quod inſcribitur Zodiacus vitæ. *Camillus Peruſcus*, qui Adamantii Sophiſtæ Phyſiognomica Græce edidit. *Thaddæus Dunus*, Locarnenſis, egregius rerum practicarum ſcriptor. *Dominicus Martinus de Soſpitello. Marcus Antonius* Se-

Severinus. Bartholomæus Montagnana nepos, Patavinus. *Paulus Dionyſius*, Veronenſis. *Aloyſius Triſſinus*, Vicetinus, a. ætatis 20. Profeſſor Philoſophiæ Ferrarienſis, ſed †. a. 25. in magna ſpe. *Hippolytus Antonellus*, Foroſempronienſis.

§. 270. *Auguſtinus Gadaldinus*, Mutinenſis, qui plurima Galeni in Latinum convertit ſermonem. *Bartholomæus Argenterius. Camillus Thomajus*, Ravennas. *Angelus Palea*, & *Bartholomæus ab Urbe Veteri* ſ. Urbevetanus. *Franciſcus Caſſanus*, Taurinenſis. (an Franciſcus Caſſianus, Profeſſor Patavinus ?) *Paulus Griſignanus* de Salerno. *Hieronymus Bonipertus. Franciſcus Geocrinus. Victor Bonagentes* vel *de Bonagentibus. Johannes Petrus Merenda*, Brixianus. *Jacobus Arochius*, Profeſſor Bononienſis. *Balthaſar Aldus.*

§. 271. *Petrus Andreas Matthiolus*, Senenſis, natus 1500. †. 1577. Archiater Cæſareus, Tridenti commoratus, laboribus in Dioſcoridem inprimis celebre nomen conſecutus. *Vidus Vidius*, Florentinus, a Franciſco I. Galliarum Rege evocatus ad Archiatri & Profeſſoris Medicinæ Primarii munus Pariſiis obeundum, ſed 1547. Piſas a Coſmo I. Duce revocatus & Profeſſor cum ampliſſimo honorario conſtitutus, in Anatomicis, Chirurgicis, & univerſa medendi arte ſcriptis clarus. *Johannes Franciſcus Bochalinus*, Aſulanus, qui Hippocratem Galenumque adverſus Donatum Mutium defendit. *Johannes Franciſcus Lombardus*, Neapolitanus, Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus. *Johan-*

hannes Antonius Boczavotra, Neapolitanus. *Johannes Franciſcus Arma*, Clavaſius. *Hieronymus Gabucinus*, Fanenſis. *Donatus Antonius ab Altomari*, Neapolitanus, plurium librorum celebris autor. *Benedictus Macchius*, eruditus Chirurgus Ravennas aut Cremonenſis.

§. 272. Aliorum ordinum eruditi, qui ad medicam diſciplinam aliquid contulerunt: *Ponticus Virunius*, Bellunenſis, a nonnullis minus recte dictus Tarviſinus, profeſſione Philologus, qui complures medicos Græcos antiquos Latine vertit, & Leonicenum contra Collenucium defendit. *Franciſcus Marius Grapaldus*, Parmenſis, cujus eſt nobile opus de partibus ædium. *Marcellus Vergilius*, Secretarius Florentinus, qui Dioſcoridem Latine interpretatus eſt: *Petrus Alcyonius*, Profeſſor Florentinus, qui aliqua Galeni Latine vertit. *Bernardinus Donatus*, Veronenſis, 1526. Patavii Græcarum literarum Profeſſor, ſed poſt annum Latinarum alibi, & 1532. Venetiis, pariter Galeni interpres. *Lucas Gauricus*, Geophonenſis Neapolitanus, Aſtrologus Pauli II. PP. & Protonotarius Apoſtolicus, deinde Profeſſor Neapoli, denique Epiſcopus Civitaducalis, thematibus natalitiis inveſtigandis & aſtrologicis prædictionibus ſcriptisque ingentem famam adeptus, ſed ob tale prognoſticum infauſtum violenta nece affectus 1558. 6. Mart. natus annos 82. menſes XI dies 27. *Lilius Gregorius Gyraldus*, Ferrarienſis, Protonotarius Apoſtolicus, Poëta, Antiquarius, qui Simeonem Sethi Latine reddidit, natus 1479. 13. Jun. †. 1552.

a quo commemorantur medici *Albertus* vel *Albericus Salentinus*, *Socinus Bentius*, *Dominicus Blondius*, *Irenæus Braſavolus*, *Vergilius Portus* Mutinenſis.

§. 273. Gallo-Franci; primum Archiatri Regum: Ludovici XII. *Johannes Avis*, idem, ut videtur, qui jam a. 1470. Profeſſor Pariſienſis: *Johannes Burgenſis*, de Blois, antea jam Caroli VIII. archiater: Franciſci I. *Johannes Ruellius*, Sueſſionenſis, Aquila Interpretum a Budæo vocatus, ſcilicet Græcorum medicorum, eximius autor librorum de natura ſtirpium, natus 1474. †. 1537. Canonicus Pariſienſis. *Guilielmus Copus*, Baſileenſis, Doctor Facultatis Pariſinæ, medicinam ibi & Matheſin docens, qui etiam nonnulla Hippocratis & Æginetæ, pluraque Galeni Latine fecit, Archiater quoque Franciſci I. *Johannes Goueurot* vel *Goëvrot*, Vicomte de Perche, ſcriptis quoque circa a. 1530. inclareſcens: *Johannes Paradinus*, de Louhans au Dioceſe de Châlon, †. 1588. natus annos ultra 80., ſcriptorum quoque editor a. 1546. *Johannes Antonius Caſtillioneus*, jam inter Italos Mediolanenſes relatus: *Johannes Hortenſius*, ſ. *de Hortis*, Gallice *des Jardins*, Laudunenſis, Magiſter 1509., Baccalaureus 1514. Doctor 1519. Doctor Regens 1521. 23. Decemb. †. 1547. *Ludovicus Burgenſis*, natus 1494. †. 1556. etiam Henrici II. archiater.

§. 274. *Geraldus* ſ. Gerardus, de *Solo*, ex Sæculo ſuperiore medio, quo vixit, ſupplendus, Profeſſor Monſpelienſis, Expoſitor appellatus, plu-

rium librorum autor, in quibus eſt Geraldina, ſcilicet practica, ſive Commentum ſuper Nono ad Almanſorem. *Nicolaus Laſſilé*, Pariſiis ab ineunte ſæculo florens. Anonymus, qui 1501. Lugduni in 4. librum Gallice ſcriptum edidit de remedio utiliſſimo contra varia genera Epidemiæ, & contra morbum appellatum Mal François. *Petrus Briſſotus* †. 1522. celebris ſcriptor de Vone, in pleurit. *Symphorianus Champerius* aut *Campegius*, vero nomine *Benedictus Curtius*, Nobili genere natus in vicinia Lugduni, Eques Auratus, & Archiater Lotharingiæ Ducis, Scabinus urbis Lugduni, in qua Collegium inſtituit Medicum, †. a. 1535. qui ſcripſit quamplurima, medica pariter ac Philoſophica, adeoque Theologica, maximam partem ex antiquioribus collecta, unde Aggregatoris Lugdunenſis nomen ſibi imponi paſſus eſt. *Johannes Galfredus*, Ducis Lotharingiæ medicus a Champerio commemoratus.

§. 275. *Jacobus Sylvius*, Ambianus, Profeſſor Pariſinus, reſtitutor ibidem medicinæ Græcanicæ, qui pro Galeno acriter depugnavit, primusque diſtincta ſingulis humani corporis partibus nomina impoſuit, natus 1478. (ſecundum alios vero demum 1492.) †. 1555. Ex cujus adverſariis *Ludovicus Arrivabenus*. *Claudius le Maiſtre*, (Magiſtri,) poſt 1520. clarus. *Jacobus a Bethencourt*, medicus Rothomagenſis, circa 1527. Poſt 1530. *Stephanus Aquæus*, Bituricenſis, Plinii Majoris commentator. *Sebaſtianus Montuus*, Allobrox. Guilielmi

lielmi *Copi* filius *Nicolaus*, poſt 1530. florens. *Johannes de S. Amando. Jacobus Allaxinus. Antonius Galfredus*, Condriacus. *Carolus de Launoy*, Cenomanenſis. *Johannes Diurius*, Bellovacus. *Johannes Fernelius* poſtea inter Archiatros occurret.

§. 276. *Carolus Stephanus*, Pariſinus, †. 1564. celebris rerum Anatomicarum atque Hortenſium ſcriptor. *Guilielmus Puteanus*, Planciacus, vel Blangiacus, medicus Gratianopolitanus. *Benedictus Textor*, Seguſianus. *Theobaldus le Pleigny*, Vindocinenſis. *Nicolaus Pletius*. *Petrus Toletus*, medicus Domus Hoſpitalitatis Lugdunenſis. *Johannes Campegius*. *Johannes Tagaultius*, Vimaco-Ambianus, medicus Pariſienſis, qui Chirurgiam Cauliaci meliore ſtilo Latino donavit. *Simon Vallambertus* vel de Vallambert aut de Val-Lambert, natus Avalloni. *Johannes Guijon*, natus à Saulieu in Æduis (Auxois,) medicus Auguſtoduni, (Autun.) *Joachimus Perionius*, †. 1559. valde ſenex.

§. 277. *Johannes Gorræus*, Biturigibus oriundus, ſed Lutetiæ natus 1505. †. 1577. Regius Profeſſor Pariſienſis, Græcorum medicorum veterum callentiſſimus, idemque Poëta, cumprimis lexico Definitionum medicarum illuſtratus. *Franciſcus Valleriola*, primo Valentiæ Delphinatus medicinam publice profeſſus, deinde Auguſtæ Taurinorum, ubi †. circiter a. 1580. libris editis inſignem laudem promeritus. *Franciſcus Rabelæſius*, Chinone-Turonus, †. 1553. ætatis a. 70. qui præter ſatyrica, etiam

etiam Aphoriſmos Hippocratis aliaque Medica edidit.

§. 278. Poſt a. 1540. clari, *Antonius Gallus*, ſ. *le Coq*, Pariſinus medicus eximius. *Johannes Baptiſta de Cavigiolis*, de quo tamen dubito an fuerit Gallus. *Dionyſius Fontanonus*, Monspelienſis medicus. *Johannes Thibault. Nicolaus Magnus* ſ. *le Grand. Johannes Vaſſæus*, Meldenſis, qui aliquot libros Galeni in Latinum transtulit ſermonem. *Petrus Gorræus*, Bituricenſis. *Johannes Bruyerinus*, Campegius, præclari operis de re Cibaria autor. *Nicolaus Rocheus.*

§. 279. *Jacobus Hollerius*, Stampanus, feliciſſimus Practicus Pariſienſis, cui ea laus præcipue tribuitur, quod Hippocraticam medicinam ſingulari ſtudio in Gallia renovavit, in libris quoque ſuis idem profeſſus. *Leodegarius a Quercu. Jacobus Olivarius*, Avenionenſis. *Martinus Gregorius*, (niſi eſt ille Gandavus ejusdem nominis, qui inter Germanos dicetur,) Profeſſor Pariſinus. *Martinus Cunea. Martinus Akakia*, Catalaunenſis, Profeſſor Pariſinus. *Johannes le Vaſſeur* ſeu *Vaſſorius. Guilielmus d' Aſſonville.*

§. 280. *Jacobus Goupylus*, Pictavienſis, doctiſſimus veterum medicorum Græcorum interpres. *Chriſtophorus Balliſta*, Lutetianus. *Johannes Fontanus. Carolus Sammarthanus*, ex Pictonibus. *Augerius Ferrerius*, Toloſanus, patre Chirurgo natus, Aſtrologiæ ſtudioſus, Archiater Reginæ Gal-

Galliarum, natus 1513. †. 1588. Julii Cæſaris Scaligeri ſummus amicus. *Gerhardus Bucoldianus.* *Antonius Mizaldus*, Montluconius, †. 1578. admodum ſenex, qui editis plurimis libris rerum naturalium, inprimis vegetabilium, virtutes, uſum, & præparationem, neque non Aſtrologiam medicam tradidit.

§. 281. Chirurgi in Gallia, ineunte ſæculo, Magiſter *Robertus Moulon*, Chirurgus Regius, Inſignis Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus. Mag. *Ægidius des Moulins*, Inſignis Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, †. 1553. 22 Novemb. Sub rege Franciſco I. Mag. *Guilielmus Vavaſſeur*, Pariſinus, Regis Chirurgus Ordinarius. Mag. *Johannes d' Amboiſe*, pater, Caſtelleti Chirurgus Regius. Mag. *Johannes de Leurye.* Mag. *Raſſius des Nœux*, pater, Pariſinus, Chirurgus Regius, †. 1552 24. Januar. Mag. *Isnardus Roſtagnus de Binosque*, Ciſtercienſis, Chirurgus magni nominis, †. 1552. 17. Octob Mag. *Stephanus de la Riviere* ſ. *Riverius*, Pariſinus, Chirurgus Regius, †. 1569. 5. Jul.

§. 282. Aliarum diſciplinarum eruditi, qui res quoque medicas attigerunt: *Guilielmus Budæus*, Jureconſultus & Politicis muneribus perfunctus, in Græca & Latina eruditione cum Deſiderio Erasmo principatum obtinens, natus Pariſiis 1467. †. 1540. 23. Aug. *Andreas Tiraquellus*, Jureconſultus pariter doctiſſimus, †. 1558. in provecta ſenectute; a quo commemorantur medici, vel qui medica

dica ſcripſerint, *Albertus Belfortis*, Rhæticus. *Andreas Albius*, Bononienſis. *Antonius Faventinus*, qui Hippocratis Aphoriſmos Latino carmine reddidit. *Bartholomæus de Brugis*. *Bartholomæus de Meſina*, (Meſſina) Siculus. *Bartholomæus Troheron*, Anglus, qui de praxi Chirurgiæ ſcripſit. *Berengarius Cathalanus*. *Bernhardus Felicianus*, qui nonnulla Pauli Æginetæ Latine reddidit, idem, ut apparet, cum Johanne Bernhardo Feliciano. *Berthorius*, monachus Benedictinus, abbas Caſſinenſis, ante vitam monaſticam medicus, qui multa quoque in ea arte ſcripſit. *Bonominus Bergomenſis*. *Chriſtianus Soter*, Limothermæus, Latinus Galeni interpres. *Dominicus Sennus*, Patavinus. *Fernellus Piſanus*. *Franciſcus Bobius*, Ticinenſis. *Franciſcus Catalanus*. *Franciſcus Victorius*, Bergomas. *Gabriel Avernus*, (an Arvernus?) *Georgius Curio*, qui nonnihil Wittebergæ edidit. *Gilbertus Sicbaldus*. *Guido de Calvicantibus*, cujus extat practica in Chirurgia, magnopere commendata. *Guillermus Anglicus*. *Guillermus Chriſtianus*, Aurelius, qui Gallice ſcripſit, ſub titulo Philalethes de erroribus anatomicis partium corporis humani. *Guillermus Morbekius*, Dominicanus, qui primus aliquot Galeni libros Latine, ſed, ut ejus tempora ferebant, parum eleganter vertit. *Guillermus Oſterrodus*, Moguntinus medicus. *Guillermus Turnerus*, Anglus. *Henricus Euticus* (ſ. Eutycus, Auguſtanus, circa 1495. ſupra dictus) *Hieronymus Baldungius*, Tigurinus. *Hieronymus Caſtellus*, Ferrarienſis, medicus, Orator & Poeta egregius ap. Lil. Greg. Gyraldum in Poetis

Poetis noſtri temporis. *Jacobus Mantineas*, Hebræus, felix interpres particulæ ex Avicenna. *Jacobus Reginus.* *Joachimus Egellius*, Ravensburgenſis. *Joachimus Martinus*, Gaudanus, Latinus interpres Galeni. *Johannes Abioſus*, Neapolitanus. *Johannes de S. Ægidio*, Anglus. Italus. *Johannes Baptiſta Pigna.* *Johannes Caſamizula.* *Johannes Clemens*, Anglus. *Johannes Gravius*, Pariſienſis medicus expertiſſimus, Tiraquelli amicus familiaris. *Johannes Monachus.* *Johannes Nomus.* *Johannes Pollens*, interpres nonnullorum Galeni. *Johannes Quintianus*, Italus, qui contra Galenum de Criticis diebus ſcripſit. *Johannes de Tuſignano.* *Laurentius Saxoferratus.* *Lazarus Daldus*, Placentinus. *Lucas Valentinus*, Dertonenſis, qui tempore Lilii Greg. Gyraldi carmen de compage & utilitate membrorum corporis compoſuit. *Matthæus Roſelenus*, Lucanus, qui Hippocratis Aphorismos verſibus Latinis expreſſit. *Nicolaus Ancon*, ſcriptor medicus tempore Tiraquelli. *Nicolaus Judocus*, Venetus. *Nicolaus Leonicus de Tomæis* vel *Thomæus*, qui nonnihil ex Galeno tranſtulit; hic fuit ortu Epirota, adoptione Venetus, primus in Patavino Gymnaſio Philoſophiæ ex Græcis Ariſtotelis & Platonis ſcriptis explicandæ Profeſſor, 1497., idem 1504. Venetias accitus ad Græcas Latinasque literas tradendas, ubi †. 1531. 5. Kal. April. *Nicolaus Salicetus*, cujus habetur liber in Chirurgia. *Pancius Lucenſis.* *Petrus Barotius.* *Petrus Roſatus*, qui de phlebotomia in pleuritide ſcripſit. *Philippus de Soldevilla*, Cathalanus, qui in Galeni Artem Parvam commentatus

tatus eſt. *Plato* Tiburtinus, qui quædam ex Arabicis Græcisque Latine vertit. *Theodoricus Reatinus. Thirron. Thomas Tiſcus*, Hieron. Cardano cognitus. *Thomas Murchius*, Genuenſis. *Valerius Anſelmus Ryd*, Bernenſis; qui quidem pauca in medicina, plura in Hiſtoricis ſcripſit. *Valerius Piſaurenſis*, medicæ artis Profeſſor & Poëta, a Lil. Greg. Gyraldo laudatus in poëtis ſui temporis. Fuit præterea circa 1547. *Antonius du Moulin* ſ. Molinæus, Reginæ Navarræ Cubicularius, (Valet de Chambre,) qui non quidem profeſſione medicus, nonnulla tamen huc ſpectantia conſcripſit.

§. 283. Hiſpani & Luſitani, *Didacus Alvarus Obacan. Johannes Almenar*, Artium & Med. D. & Profeſſor. *Johannes Brabus Chamicus*, Profeſſor Anatomiæ Conimbricenſis. *Antonius Cartagena*, Profeſſor Complutenſis. *Jacobus Lopez*, medicus Bilbilitanus *Franciſcus Delgado. Gundiſalvus Fernandez de Oviedo & Valdes*, qui tamen profeſſione non fuit medicus.

§. 284. Poſt 1530. *Andreas Lacuna*, Segobiâ-Caſtellanus, filius *Jacobi Ferdinandi a Lacuna* pariter medici, Med. D. & Eques Auratus ſeu Miles S. Petri, aliquamdiu medicus Caſtrenſis in exercitu Caroli V. Imp., tum Metenſis reipublicæ medicus Ordinarius, Archiater etiam Julii III. aliorumque Summorum Pontificum, qui Epitomen Galeni compoſuit, in Dioſcoridem annotationes, Geoponicorum libros 8. poſteriores Latine reddidit, de victu literatorum aliisque rebus practicis,

nec

nec non anatomicis ſcripſit. *Conſalvus Barreda. Michael Servetus*, Tarraconenſis, *Villanovanum* ſeſe appellans, Pariſiis & in Gallia verſatus, ob blasphemiam erga S. Trinitatem combuſtus Genevæ 1553. qui de ſyrupis præclare ſcripſit, & circulationem ſanguinis jam cognitam habuiſſe fertur. *Chriſtophorus Oroſcius*, ſeu de Horozco, Profeſſor Salmanticenſis, qui in Aëtii & Pauli Æginetæ interpretes perdoctas edidit annotationes. *Ludovicus* ſ. *Aloyſius Lobera* de Avila ſ. Abulenſis.

§. 285. Poſt 1540. *Antonius Ludovicus*, Ulyſſiponenſis, cujus inter alia ſunt commentationes in diverſos libros Galeni & Hippocratis. *Franciſcus Valleſius*, Covarruvius, Profeſſor Complutenſis, & Regius Archiater, Anima Galeni vocatus, plurimis libris egregiis de univerſa rationali medicina præclare meritus, in quibus ſunt permulti commentarii in complures Hippocratis & Galeni libros, Methodus medendi, de Sacra Philoſophia, cæt. *Chriſtophorus a Vega*, itidem Profeſſor Complutenſis, & Caroli Principis Hiſpaniarum medicus Cubicularius, †. 1573. qui præter alia practici argumenti, pariter quædam Hippocratis & Galeni Latine transtulit & commentariis illuſtravit. *Johannes de Avinnon. Alphonſus Gomezius*, Hiſpalenſis. *Alphonſus Lupeus*, de Corella, ſ. Cureleanus, commentator Galeni, & aliorum librorum autor. *Narciſſus Solanus*, Barcinone, ut videtur, degens. *Ferdinandus Pintianus*, ſ. *Nunnez* de Valladolid, commentator Plinii Majoris, ſed criticus, non medicus, †. Salmanticæ 1552. ætatis

a. 81. *Henricus a Cuellar*, commentator Hippocratis Prognoſticorum Conimbricæ. *Brudus Luſitanus*, cujus libri 3. de ratione victus in febribus ſecundum Hippocratem laudatiſſimi ſunt. *Bartholomæus Moles*. Celebris etiam circa 1520. fuit Regis Luſitaniæ medicus *Dionyſius*, adverſarius Briſſoti in ſecanda Pleuriticorum vena. De *Briſſoto* addo, eum natum fuiſſe in Pictonibus à Fontenay-le-Comte 1478. †. Ulyſſipone verſus finem a. 1522. Pariſiis primum Philoſophiam profeſſus per 10. annos, tum 1514. Med. D. Præceptor ejus *Villemor* etiam Med. D. factus 1500.

§. 286. Germani, Vindobonæ: 1502. Univerſitatis Rector, *Guilhelmus Puelinger* ex Wiſing, Med. D., quæ circa tempora ſub Maximiliano I. Imp. cum perfectiſſimus eſſet totius Academiæ ſtatus, tum medicina in ſummo erat pretio; †. 1534. Superintendens Burſæ Haydenhaym. 1506. Rector *Johannes Wiſinger*, Patavienſis, Med. D., in magiſtratu mortuus: ſufficitur Mag *Michaël de Premarthon*, idem a. 1508. tertium Rector, jam nunc quoque Med. D. 1512. Rector, Mag *Georgius Tanſtetter* ex Rayn, Aſtronomiæ Profeſſor, inſignis Mathematicus, inſequente anno Med. D. 1518. Rector, *Leopoldus de Jordanis*, Viennenſis, Med. D., iterum 1536. 1520. *Johannes Wenzelhauſer*, Med. D. Circa hæc tempora floruit *Simon Latz*, Med. D., pater Wolfgangi Lazii, mortuus 1532.

§. 287.

§. 287. A. 1522. Rector, *Johannes Salius*, ex Styra, Med. D., Ferdinandi Archiducis Auſtriæ Phyſicus: idem eodem a. iterum Rector. 1524. *Udalricus Fabri*, Rhætus, Med. D., iterum Rector 1528., tertium 1530., quartum 1532. A. 1526. *Johannes Heyn*, Viennenſis, Med. D. 1534. *Johannes Gaſtgeb*, Med. D. 1538. *Franciſcus Emericus*, Oppavianus, Med. D., iterum 1542., tum jam Profeſſor Med., tertium Rector 1548., nunc Primarius Profeſſor Practicæ, quartum 1554. jam Conſiliarius Cæſareus; qui 1559. jam per annos continuos 25. ibi Profeſſor medicinæ fuit, primusque veram methodum in hanc ſcholam ex Hippocrate & Galeno introduxit, primus optimos quosque autores veteres ad Galenum illuſtrandum adhibuit, primus auditores ſecum ad ægros deduxit, plurimosque creavit medicos Doctores, ſcriptis quoque clarus.

§. 288. A. 1540. Rector bis, *Johannes Enzianer*, Med. D. Regiæ Romanorum Majeſtatis Conſiliarius & Phyſicus. 1542. inclaruit *Wolfgangus Lazius*, Viennenſis, Academiæ Rector a. 1546., Profeſſor primo Artium, deinde per 19. annos continuos Medicinæ, factus quoque Conſiliarius, Nobilis & Eques, Hiſtoricis maxime & Antiquariis ſcriptis illuſtris, natus 1514. †. 1565. A. 1544. Rector, *Jacobus Walch* a Teſingen, Med. D. A. 1548. ex Lovanienſi Academia acciti Profeſſores Philoſophi, Mag. *Andreas Tadius*, eodem a. Med. D., & *Wilhelmus Conturnoſius*, pariter eodem tempore Med. D., poſtea Cæſarei ad Turca-

rum Sultanum Legati, Augerii Gislenii a Busbek, Phyſicus. A. 1549. Rector, *Andreas Perlaehius*, Med. D., Mathematum per 34. annos Profeſſor, qui ſtipendium fundavit. A. 1550. ſcripto inclaruit *Matthias Cornax* a Medla, Med. D., de felici exſectione infantis, per quinquennium prope in utero geſtati, 1549. 10. Nov. peracta, qua magnam famam conſecutus eſt, etiam 1552. academiæ Rector.

§. 289. Erfurti a. 1501. univerſitatis Rector, Mag. *Conradus Wideling*, Med. Baccalaureus & Portæ Cœli Collegiatus: iterum 1514. nunc etiam Medicinæ Indagator. 1505. *Nicolaus Föchſer*, ex Fulda, Ingenuarum Scientiarum & Med. D. 1507. *Johannes Reinhardt*, de Schmalcaldia, Artium ac Med. D., & Juris Baccalaureus. 1512. *Henricus Eberbach*, Patricius, Philoſoph. & Med. D.; iterum 1528 & 1529. 1523. *Georgius Sturz*, Annæbergenſis, Artium Liberalium Magiſter, & Medicinæ Scholaſticus, ac poſtea Profeſſor.

§. 290. Heidelbergæ a. 1509. Univerſitatis Rector, *Simon Linck*, Med. D. 1514. *Petrus Diel*, Med. Lic. 1520. *Stephanus Rodecker*, Med. D. 1533. *Wendelinus Agellinus*, Med. D. 1534. *Johannes Rocbach*, Med. D. 1536. *Franciſcus Heckmann*, Med. D. 1537. *Wendelinus Heilmann*, Med. Lic. iterum 1555. 1538. *Georgius Käliblin*, Med. Lic. 1539. *Michaël Mackius*, Med. Lic. 1540. *Wendelinus Abellinus*, Med. D. (an idem qui ſub a. 1533. Agellinus?) 1544. *Johannes Wagemannus*,

nus, Med. D. iterum 1552. 1547. *Stephanus Rodacker*, Med. D. idem, credo, qui ad a. 1520. Rodecker. 1550. *Jacobus Curio*, Med. & Mathematum Profeſſor, Hofhemius, antea Profeſſor Mathematum Ingolſtadii, ibi quoque Med. D. creatus, 1553. Heidelbergæ Profeſſor primo Mathematum, in elegantioribus etiam ſtudiis probe excultus, natus 1497. †. 1572. 1. Jul. qui ſcripſit enarrationem in tertiam ſectionem Aphoriſmorum Hippocratis, & de Paracelſi nova medicina non ſine ejus laude, præterea Chronicon ab orbe condito ei tribuitur.

§. 291. Lipſiæ Facultatis medicæ Decanus, &, quod munus cum illo Decani perpetuo conjunctum eſt, Therapeutices Profeſſor, 1508. Doctor *Johannes de Lanzberg*. 1509. D. Simon Piſtoris, jam ſuperiore ſæculo dictus. Porro *Henricus Strömer*, Aurbachio-Miſnicus, Magiſter, 1511. Med. D. (una cum Mag. Conrado Tocklero, Mag *Caſparo Kegler*, Norico, & Mag. *Johanne Hales* de Halla,) etiam Archiater Friderici Sapientis Electoris Saxonis, Joachimi I. Electoris Brandenburgici, & Alberti Electoris Moguntini, idem Senator urbis, & 1508. academiæ Rector, †. 1542. 25. Novemb., conditor a. 1530. Aulæ Aurbachiæ, amicus Deſid. Eraſmi & Lutheri. 1542. decanus Doctor *Georgius Schiltelius*, Ambergenſis. 1545. D. *Sebaſtianus Roth*, Aurbachius.

§. 292. A. 1531. inſtituta eſt Tertia Medicinalis Profeſſio, Phyſiologica, etiam Tockleria vel Norica dicta, ſcilicet ex bonis *Conradi Tockleri*, No-

ribergenſis, unde Conradus aut Doctor *Noricus* appellatus fuit, qui erat Artium Magiſter, 1511. Doctor Medicinæ, 1512. univerſitatis Rector, (alicubi perhibetur quoque fuiſſe Profeſſor,) †. 1530. 10. Novemb. cælebs & ſine herede. Cum hac Profeſſione conjunctum fuit officium curandi ægros ex lue venerea in Noſocomio publico laborantes.

§. 293. In Lovanienſi Univerſitate Doctores ſimul & Profeſſores, in primis ſæculi annis *Nicolaus de Bouſſut*, de Bouſſuit, Artium & Med. D., jam ſenex a. 1527. *Johannes van den Eetvelde*, Lovanienſis Patricius, admiſſus ad Concilium academicum ex Facultate Artium 1503. pridie Kal. April., deinde in Italia factus Med. D., poſt reditum a. 1507. pridie Idus Jun. in Profeſſione Med. Ordinaria Gaſpari Ægidii ſurrogatus a Magiſtratu Lovanienſi, ſed renitente Facultate Medica, ipſaque Univerſitate; †. 1539. 8. April. qui primus omnium uroſcopiam damnavit. *Judocus Laurentii* de Romerswalis, Med. Licentiatus, Canonicus Novæ fundationis & Profeſſor Ordinarius 1520. 6. Idus Novemb. †. 1522. 4. Non. Junii. *Ægidius de Pape*, Lovanienſis, Concilii academici membrum 1506. XI. Kal. Januar. ex Facultate Artium, idem 1512. 8. Kal. Jun. Med. D., 1522. Univerſitatis Rector, †. 1523. 6. Non. Mart. Canonicus & Profeſſor Med. Ordinarius. *Adamus Bogaert*, Jacobi filius, Lovanienſis, Med. D. & Profeſſor, academiæ Rector 1525. poſt mortem uxoris 1525. 9. Kal. Decemb. Monachus apud Minores,

nores, ibi factus Sacerdos, Prædicator, & Confeſſor, & aliquando Guardianus, †. 1550. 23. Mart.

§. 294. *Arnoldus Noot*, Hallenſis, Med. D. 1526. 7. Kal. Maji, †. 1556. 27. Aug. Med. Profeſſor Ordinarius. *Johannes Heems* ab Armenteria, Med. D. 1526. 7. Kal. Maji, Presbyter, Regens Pædagogii Lilii, Canonicus & Profeſſor Med. Ordinarius 1525. 9. Kal. Decemb. in locum Adami Bogarti; idem univerſitatis Rector 1529. & quartum 1550. †. 1560. *Leonardus Willemaers*, Lovanienſis, Med. D. 1527. 8. Kal. Octob. idem 1526. academiæ Rector, †. 1558. circiter, Med. Profeſſor Ordinarius. *Johannes Brunen*, vel *Brunus*, a Zoemeren, 1525. 4. Non. Maji Canonicus Novæ fundationis & Profeſſor Med., nunc Med. Licentiatus, 1530. 6. Idus Julii Med. D. *Cornelius Stephani* de Teneramonda, Med. Licent., Canonicus Novi Collegii & Profeſſor Ordinarius 1525. †. 1582.

§. 295. *Hieremias Triverius*, Thriverius, vulgo *Drivere*, Brachelius ex agro Gerardimontano Flandriæ, 1522. Magiſter primo loco, in Concilium univerſitatis receptus 1531. 3. Non. Novemb. ex Facultate Artium, 1537. pridie Non. Maji Med. D., natus 1502. †. 1554. ex tabe, Profeſſor Med. Primarius 1543., diverſorum commentariorum in varios Hippocratis, Celſi, Galeni, Polybi libros, & multorum aliorum ſcriptorum celebris autor. *Paulus Roëls* ſeu Roelſius, Teneramondanus, ex Facultate Artium admiſſus ad Concilium academi-

cum 1528. Kal. Octob., 1532. Rector, jamque Med. Licentiatus & Regens Porci, iterum Rector 1559., idem Canonicus Novi Collegii & Profeſſor Ordinarius 1532. 6. Idus Nov. ſuffectus *Cornelio Stephani* de Teneramonda, Med. Licentiato; 1537. pridie Non. Maji Med. Doctor. *Carolus Goswinus*, vernaculo ſermone *Gooſſens*, Brugenſis, Med. Licent., 1536. 4. Kal. Febr. Canonicus Novæ fundationis & Profeſſor Ordinarius, 1539. menſe Majo Medicinæ Doctor, idem 1542. 1547. & 1567. academiæ Rector, †. 1574. 24. Aug.

§. 296. Alii Doctores Lovanienſes, vel a Lovanienſi Facultate promoti, a. 1512. 8. Kal. Junii, *Johannes Loen*, Turnhoutanus: *Gaſpar de Laet*, Borchlonius. 1515. *Johannes de Winckele*, Lovanienſis, Artium Magiſter primum locum nactus anno ætatis 16., in Concilium Univerſitatis receptus 1514. penultima die Novemb., anno æt. 25. Med. Doctor, academiæ Rector 1552. †. 1554. d. 27. Mart. natus annos 64. toti univerſitati ob præclaras dotes admodum venerabilis, cum patre cognomine fundator Collegii Winckeliani. *Paulus Vander-Velt & de Zellendonck*, Artium & Med. D. Colonienſis, matriculæ Lovanienſis univerſitatis inſcriptus 1516. 5. Kal. Julias. *Petrus Van Seſtich*, Med. D., in Concilium academicum adſumtus 1526. Kal. Octob. *Johannes Moonen* ab Ooſterwyck, Med. D. 1526. 7. Kal. Majas. A. 1530. 6. Idus Julii promoti, *Jacobus de Moor*, Machlinienſis: & *Jacobus Liezart*, Belvacenſis. 1537. pridie Nonas Maji, *Rumoldus de Machlinia*, cogno-

gnomento *Belzerius*: & *Eligius Morelius*, Aldenardenſis. 1539. menſe Majo, *Johannes Favellius*, Valencenenſis: & *Gisbertus Roſæus*, vulgari lingua Rooskens, de Gennep vel de Sevenhem, oppido ditionis Clivenſis.

§. 297. A. 1541. in Doctorem Medicinæ promotus *Juſtus* vel *Judocus Velſius*, Belgice *Welſens*, Hagacomitanus, circa 1554. Coloniæ Profeſſor Philoſophiæ, quo quidem anno liber ejus, inſcriptus Criſis veræ Chriſtianæque Philoſophiæ, ad requiſitionem Rectoris Univerſitatisque Colonienſis a Facultate Theologica Lovanienſi damnatus eſt; cæterum in humanioribus Botanicisque & Practicis probe verſatus vir, etiam aliquamdiu Tubingæ, Argentorati, Marpurgi commoratus. *Reinerus Gemma*, Doccomii Friſiorum natus, unde vulgo Gemma Friſius appellatus eſt, Med. D. 1541., privatus profeſſor Mathematum, in quibus plurimum valuit præſtititque, †. 1555. 25. Maji, ætatis a. 46. *Reinerus Langius*, & *Tiberius Helie*, ſimul cum Gemma Friſio creati Doctores. *Adrianus Pavonius* vel *de Pavonibus*, lingua vulgari *de Pauw*, Med. Doctor occurrit circa a. 1539. & alias. *Auguſtinus de Auguſtinis*, Venetus, Artium & Med. D., in album academiæ relatus 1550.

§. 298. Gryphiswaldiæ (in qua tamen Academia non ſtatim ab initio Facultas Medica fuiſſe perhibetur,) Profeſſores Medicinæ, ex ſuperiore ſæculo repetendi, a. 1456. *Johannes Stalkoperus*, Med. D. 1460. *Vitalis Fleck*, Med. D. 1479.

Henricus ter Porten de Grœning, Med. D. 1486. *Bartholomæus Barneçovius*, Med. D.

§. 299. A. 1539 *Ambroſius Scala*, Med. D. & Profeſſor. 1544. *Hieronymus Oeder*, Med. Profeſſor.

§. 300. Baſileæ Rector Univerſitatis a. 1519. *Johannes Romanus Wonecker*, Artium, Medicinæ, & Juris Utriusque Doctor. 1532. *Oswaldus Bär* vel *Berus*, Tirolenſis, Med. D. urbis Hippocrates in epitaphio dictus, †. 1567. ætatis a. 86. 1542. *Albanus Thorer* ſ. *Thorinus*, aut Torinus, Vitoduranus, natus circiter a. 1489. ex Artium Magiſtro & Ludimoderatore Med. D., & Profeſſor Baſileenſis, †. 1550. 23. Febr., verſionibus editionibusque medicorum veterum Græcorum Latinorumque claritatem adeptus. 1543. Rector *Johannes Huber*, Baſileenſis, Med. D. & Profeſſor, 1525. Pariſiis Magiſter, 1544. Profeſſor Phyſices Baſileæ, poſt etiam Medicinæ, †. 1571. ætatis a. 65.

§. 301. A. 1528. Profeſſor Medicinæ Baſileæ fuit *Aureolus Philippus Theophraſtus Paracelſus Bombaſt ab Hohenheim*, Einſidlenſis Helvetius, qui primus Chemiam publice in academia docuit, & Germanice quoque primus prælectiones habuit, quum linguarum eruditarum rudis fuerit, idem in vita diſſolutus & ebrietati deditus, inſignisque thraſo, veterum medicorum contemtor ac vituperator, Magiam atque arcanam Theoſophiam affectans, ſecretorumque medicamentorum promiſſor, cæte-

cæterum in chirurgicis nonnullisque compoſitionibus ſatis laudatus, Opio maxime Mercurioque datis ingentem famam conſecutus, factusque novæ Sectæ conditor, plurimorumque librorum autor: munus autem academicum poſt biennium ob improbam linguam deſerere coactus fuit, hinc finitimas regiones pervagatus, tandem Salisburgi †. 1541. 24. Sept. natus 1493. patre *Wilhelmo*, Medicinæ Licentiato, qui Villaci per 32. annos medicinam fecit, †. 1534.

§. 302. *Hieronymus Gemuſæus*, Mulhuſio-Alſatus, Philoſ. & Med. D., Baſileæ Profeſſor Phyſices, †. 1544. 29. Jun. ætatis a. 39. qui in Paulum Æginetam annotationes, aliaque edidit. *Philippus Bechius*, Profeſſor Logices & Medicinæ, †. 1560. 3. Non. Sept. *Eucharius Holzach*, Baſileenſis, Med. D. †. ibid. 1558. Idib. Novemb. natus annos 72. *Andreas Petri*, Peruſinus, Med. D. & excellens practicus, religionis cauſa exul, †. 1575. in provecta ætate, relicto amplo ſtipendio ſub hac lege, ut, qui hoc frueretur, Doctor factus pauperibus curandis devinctus eſſet. *Johannes Bauhinus*, Ambianus, Medicus & Chirurgus felix, qui 1543. Baſileæ ſedem fixit, †. 1582. 23. Januar. natus a. 71.

§. 303. Ingolſtadii a. 1502. academiæ Rector, *Paulus Khexl*, Vohburgenſis, Medicinarum Doctor. 1503. commemoratur *Wolfgangus Peiſſer*, Med. D. & Profeſſor, †. 1526. 19. Decemb. eruditionis copiam libris quoque teſtatus, ſimul felix practicus,

cus, & ſummæ pietatis. 1504. albo inſcriptus *Georgius Pebam* ex Pleinfelt, Med. D. Eodem a. iterum Rector *Michael Puterſaß*, †. 1521. 24. Septemb. 1505. †. *Petrus Formair* medicus, ex peſtilentia. 1523. memorantur *Stephanus Stroblius*, Ingolſtadienſis, Regens Contubernii Angeli, Med. D. & Profeſſor, paulo poſt mortuus. *Johannes Unkorus*, alias *Ramelspeck* ex Haideck, Med. D. qui Waſſerburgi, deinde Rotenburgi, Würzburgi, poſtremo Friſingæ artem exercuit. *Geryon* (aliis Geno) *Seyler*, alias *Wigiler*, alias *Anthopedios* & *Plomentaler*, ex Aicha, moderator contubernii Draconis, poſtea Auguſtæ medicus Phyſicus, caſtra Proteſtantium ſecutus. 1526. †. *Petrus Burckhardus*, Med. D. & Profeſſor, (circa 1520. hic quoque præſens; ne cum Wittebergenſi Profeſſore confundatur.)

§. 304. A. 1529. Medicinæ Doctor creatus *Joachimus Schiller* ab Herderen, Brisgovienſis, valde celebris Friburgi Brisgoiæ: cujus poſtea generi Medici, *Albertus Holzapfel*, Profeſſor Phyſices Friburgi: *Melchior Mülhauſer*, Alſata, Medicinæ Profeſſor Friburgi, deinde Archiepiſcoporum Salisburgenſium Medicus Aulicus, 1580. adhuc ſuperſtes, Matheſeos quoque, Græcarum literarum, omnisque humanitatis peritiſſimus, quod ſcriptis quoque editis oſtendit: denique *Caſpar Greiſel*, Suevus, pariter Salisburgenſis medicus.

§. 305. A. 1533. Vicerector, *Johannes Agricola*, alias Germanice *Peurle* ſ. Beurlein, Ammonius, Med.

D.

D. & hujus, antea vero Græcæ Linguæ Profeſſor, per multos annos academiæ Camerarius, †. ſenex 1570. 6. Mart., compluribus editis libris commentariisque in Hippocratem, Galenum, alios clariſſimus. Circa hæc tempora floruit *Paulus Kötinger*, medicus Salisburgenſis. 1538. †. *Michael Fenckh*, Profeſſor Medicinæ, feliciſſimus practicus. Eodem a. Med. Doctor creatus *Wolfgangus Dengius*, Stutgardianus. 1539. ad medicinam addiſcendam acceſſit *Valentinus Butzlius*, Vangianus, jam uxoratus, poſtea inſignis Conſtantiæ & Uberlingæ medicus. 1540. inſcriptus *Cæſar Delphinus*, Parmenſis Phyſicus, Med. D. & Profeſſor. 1545. advenit *Johannes Khlump*, Uberlingenſis, medicinæ lauream petens, medicus poſthac in patria facile princeps, a. 1580. adhuc ſuperſtes: cujus filius *Gregorius* etiam Ingolſtadii a. 1576. gradum Doctoris medici obtinuit. 1548. affertur medicinæ Profeſſor *Johannes Veldmillerus*.

§. 306. Tubingæ inclaruerunt, *Wolfgangus Bæbel*, de Juſtingen, Artium Magiſter creatus a. 1506. poſtea Med. D. *Johannes Viſcher* de Thalfingen, 1517. Magiſter, deinde Med. D., 1526. Decanus Ordinis Philoſophorum. 1519 Magiſter factus *Jeorius* ſ. Georgius *Renz* de Waiblingen, Med. D. 1520. Magiſter creatus, *Georgius Ebinger*, Tubingenſis, Med. D. 1523. in album academicum relatus *Johannes Antonius*, de Caſchau, Med. D. 1525. Magiſter, *Michaël Rucker*, de Wieſenſtaig, poſtea Med. D. & Profeſſor Tubingenſis, 1539. Rector, iterum 1542. & 1548. & 1557. †. 1561.

1561. 9. Octob. 1527. Magiſter factus *Joachimus Ramſer*, de Gmünd, Med. D. 1528. Magiſtri creati *Bernhardus Unger*, Tubingenſis, & *Rupertus Streiter*, Otlingenſis, Medicinæ Doctores.

§. 307. A. 1536. primus ex Medico ordine Univerſitatis Rector, & poſthac ſæpius *Leonhardus Fuchſius*, Wembdingenſis, natus 1501. 17. Januar. †. 1565. 10. Maji, 1521. Ingolſtadii Philoſophiæ Magiſter & Med. D., 1524. Practicus Monachii, 1526. Ingolſtadium reverſus, 1528. Onolzbaci Marchionum Brandenburgenſium Archiater, 1535. Profeſſor Med. Tubingæ, ab Imperatore Carolo V., ob dedicatam ſibi Hiſtoriam Stirpium, Nobilitatis inſignibus & privilegiis ornatus, gravis Arabum adverſarius, ex plurimis ſcriptis de omni rerum medicinalium genere, verſionibus quoque & expoſitionibus veterum medicorum Græcorum celeberrimus, a Coſmo I. Duce Florentiæ, lautiſſimo ſtipendio, ſed fruſtra, invitatus.

§. 308. A. 1540 Profeſſor Med. fuit *Wolfgangus Thalhauſer*. 1541. Magiſter creatus *Joachimus Bartenſchlag*, Stutgardianus, Med. D. 1542. Magiſter, *Henricus Wolfius*, Oettingenſis, Hieronymi frater. 1544. Rector *Jacobus Schegkius*, natus Schorndorfii 1511. Magiſter Tubingæ 1530. Profeſſor Philoſophiæ 1531. deinde nominatim Phyſicæ usque ad a. 1553., & Logicæ, Decanus ejus Facultatis 1538. & poſtea ſæpius, 1539. Med. D. deinde etiam Profeſſor, Rector Univerſitatis poſthac aliquoties, †. 1587. 9. Maji, acutiſſimus philoſo-

loſophus, qui multos libros ſubtiliter elaboratos foras dedit. 1544. Magiſter factus *Johannes Schwarz*, Nürtingenſis, Med. D. Eodem anno creatus Med. D. *Venerandus Gabler*, Stutgardianus, poſtea Medicinæ Profeſſor Tubingenſis, ad Pontificios deinde transgreſſus, natus 1521. 24. April. †. 1579. 26. Octob. 1540. in album inſcripti *Nicolaus Mögling*, Tubingenſis, Med. D. *Chriſtophorus Ehinger*, Eslingenſis, Med. D. Magiſter renunciatus *Wilhelmus Mögling*, Tubingenſis, Med. D.

§. 309. In nova Univerſitate Wittebergenſi Profeſſores Medicinæ & Rectores Univerſitatis, præter Pollichium Mellerſtadium, jam ſuperiore ſæculo memoratum, 1504. *Johannes de Bel*, Artium & Med. D., Eques Auratus, primus Ordinarius in medicina. *Theodoricus Blochius*, de Hildeſſem Artium & Med. D., Profeſſor Med. Ordinarius, 1508. Rector. *Simon Steyn*, Penicenſis Miſnicus, Artium & 1510. Med. D., Prof. Med. Ord., 1509. Rector, 1507. Decanus & Promotor in Philoſophia. *Chriſtophorus Jodoci*, Lignicenſis, Med. Profeſſor Ord. Med. D. promotus 1510. *Udalricus Erbar*, Artium & Med. D., Prof. Med. Ord., creatus Doctor 1511., Rector 1512. ſed eodem anno die 3. Octob. a relegato Studioſo graviter percuſſus, unde †. XI. Octob. *Johannes Schwabe*, Artium & Medicinarum D., Prof. Med. Ord., Rector 1514. *Petrus de Borchardis*, Ingolſtadienſis, Artium & Medicinarum Doctor, Medicinæ Ordinarius, Rector 1520. qui commentarium in particulam ſexti libri Epidemiorum Hippocratis 1518. edidit.

§. 310.

§. 310. *Thomas Eſthaus*, (Eſckhaus, Eſthans, Eſthimius,) Pontificii Juris Baccalaureus, Medicinarum D. & Profeſſor, Rector 1523. Doctor 1518. 13. Septemb. eodem a. & die Doctor. *Martinus Berger*, Med. Profeſſor Ord. *Auguſtinus Schurff*, de S. Gallo Conſtantienſis, Artium & 1521. 3. Jun. Medicinæ D., Med. Profeſſor Ord., Rector 1525. 1537. 1545. etiam aliquamdiu 1527. Vicerector, & 1518. Decanus & Promotor in Philoſophica Facultate. *Stephanus Wildius*, ex Pleynfeldt, Mag. Philoſophiæ, & 1521. 28. Januar. Med. D. Profeſſor Med. Ord. *Henricus Stägkmann*, Brunſuicenſis, Art. & 1521. 12. Jun. Med. D., Med. Prof. Ord., Rector 1527. Decanus & Promotor in Philoſophia 1515. 1522. *Georgius Seyfried*, Med. D. 1531. 23. Januar. Prof. Med. Ord. *Chriſtophorus Sporer*, Med. D. 1533. menſe Septemb. Prof. Med. Ord. *Burchardus Matthæus*, Med. D. 1533. menſe Septemb. Prof. Med. Ord. *Jacobus Milichius*, Friburgo-Brisgoius, 1528. & 1535. 1536. Decanus & Promotor in Facultate Philoſophica, Med. D. 1536. 16. Novemb. & Prof. Ord., Rector 1541. 1549. 1556. natus 1501. 24. Januar. †. 1559. 10. Novemb. qui diſcipulos ad fontes Græcorum deduxit, in Plinium quoque Majorem commentatus, & in Mathematicis eruditus. *Chriſtophorus Pfundſtein*, Med. Licentiatus 1536. 16. Novemb. Med. Prof. Ord. *Georgius Kleinſchmidt*, Med. Prof. Ord. *Jacobus Poſtomius*, Torganus, Artium Magiſter & Medicinarum Licentiatus ac Profeſſor, Rector 1529. Decanus & Promotor in ordine Philoſophorum 1522.

§. 311.

§. 311. *Melchior Fendt*, Nordlingenſis, Art. Mag. & Medicinæ Licentiatus, 1543. 3. Jul. Med. D. 1525. & 1536. Decanus & Promotor in Philoſophia, Prof. Philoſ. & Med. Ord., Rector 1532. 1543. 1553. natus 1480. †. 1564. 8. Novemb. *Caſpar Lindemann*, Artium & Med. D., Prof. Med., Rector 1534. *Georgius Curio*, Art. & Med. D., Prof. Med., Rector 1539. *Vitus Ortelius*, Winshemius, ſenior, Med. D. & Prof. Ord., Rector 1551. 1558. 1566. primum Græcæ Linguæ Profeſſor, Decanus Facultatis Philoſophicæ 1529. 1538. 1549, Med. D. Wittebergæ 1550. 4. Febr. natus 1501. 1. Aug. †. 1570. 3. Non. Januar. Philologicis ſcriptis clarus. Primus omnium in omnibus Facultatibus Wittebergæ promotus eſt, idque in Doctorem Medicinæ, 1502. *Bernhardus Schiller*, Artium & Philoſophiæ Magiſter, poſthac ordinarius Medicinæ in Friburgenſi Univerſitate Lector.

§. 312. Francofurti ad Oderam in nova Univerſitate Profeſſores Medicinæ primi, *Eberhardus Guttenberger*, de Halis Suevicis, Artium & Med. D., antea 1503. Phyſicus urbis ordinarius, †. 1516, *Matthæus Zimmermann*, Marchicus, inter primos in academia nova creatos Magiſtros, nonus in Philoſophica Facultate Decanus, †. 1532. *Adalbertus Rademann*. Memoratur etiam aliquis *Giſbergius*: item *Martinus Gerbicius*, Haynovienſis, ſub Philoſophicæ Facultatis Decanatu 22. Baccalaureus Artium, poſtea Med. D.

§. 313. *Chriſtianus Schirachius*, Francofurtanus, Artium & Med. D., primus Facultatis Medicæ Decanus 1519. Rector Univerſitatis 1542. †. 1560. *Andreas Wins*, Artium & Med. D. a Schirachio creatus, Univerſitatis Rector 1522. †. 1529. *Henricus Engelingus*, (an idem, qui Henr. Eggelingus, Brunſvicenſis, Philoſophiæ Magiſter, Collegii Majoris Collegiatus, poſtea Canonicus Halberſtadienſis, Rector academiæ 1526. 1536 †. 1556.) Med. D. qui primus Anatomen humani corporis a. 1542. publice adminiſtravit. *Georgius* (al. *Gregorius*) *Jerſchigk*, Cotbuſianus, ab abavi patria *Crabatus* vel *Croatius* dictus, Philoſophiæ Magiſter 1519. Francofurti, Profeſſor Phyſices 1518. Medicinæ Doctor Bononiæ factus, idem Medicus Electoralis Caſtrenſis, Rector 1537. & 1547. Decanus Ordinis medici primum 1546. †. 1551. *Jodocus Willichius* ſ. *Wilcke*, Reſellâ-Boruſſus, Baccalaureus renunciatus Francofurti 1517. Magiſter 1522., Med. D. 1540. primo Græcæ Linguæ, deinde 1542. Med. Profeſſor, etiam Archiater & Orator Electoralis, Academiæ Rector 1524. natus 1501. †. 1552. 12. Novemb., qui de arte magirica, de urinis, de ebriorum affectionibus, aliisque argumentis perpulchre ſcripſit. *Chriſtophorus Preyſſ*, Pannonius, Artium & Med. D., item Secretarius Electoralis, Rector Academiæ 1543. & 1553.

§. 314. Doctores privati, *Ambroſius Lacher de Mersburg*, Philoſ. Mag. & Utriusque Medic. Licentiatus, Profeſſor Matheſeos. *Johannes Pfeil*, Dresdenſis, Majoris Collegii Collegiatus & Med. D., acade-

academiæ Rector 1525. †. Lipſiæ 1541. (1544.) *Joachimus Czyrenbergius*, Dantiſcanus, Philoſ. & Med. D., Majoris Collegii Collegiatus, Profeſſor Græcæ Linguæ, Rector 1535. & 1545. poſthac 1548. Phyſicus Colbergenſis.

§. 315. In nova Marpurgenſi Univerſitate Profeſſores & Doctores Medicinæ, *Euricius Cordus*, vero nomine *Henricus Urbanus*, Simmeshuſâ-Haſſus, Ferrariæ 1521. auditor Leoniceni & Manardi, ibidemque Med. D. creatus, hinc Erfordiæ docens usque ad a. 1527. tum Marpurgi Profeſſor Medic., Rector 1530. & 1533. †. Bremæ, quo 1535. vocatus fuerat, 24. Decemb. ej. a. vir naturâ paulo aſperiorum morum, cæterum excellens Poëta, medicus, & Botanicus. *Thomas Zegerius*, Clivenſis, Med. D. & Mathematum Profeſſor, qui deinde alio migravit, credo Havniam. *Theodoricus Dorſtenius*, Weſtphalus, primum ludi ſcholaſtici magiſter, deinde Profeſſor Marpurgi, tandem Med. D., hinc Caſſellis Practicus, rite eo vocatus, †. 1552. 18. Maji, natus annos circiter 60. pater *Philippi* Med. D. & Profeſſoris Publici, cæterum Herbario edito notus. *Antonius Niger*, Vratislavienſis, Profeſſor Phyſices & Linguæ Græcæ, deinde Patavii, quo 1536. profectus, Med. D., tum Phyſicus Brunſvicenſis, †. 1555. 5. Jun. Affertur quoque medicus & philoſophus Marpurgenſis *Johannes Lonicerus*, qui 1531. Nicandrum edidit, 1543. Scholia in Dioſcoridem, 1550. Erotemata in Galenum de uſu partium: non tamen fuit profeſſione medicus, ſed Linguarum Hebraicæ Græcæque & Latinæ,

 deinde

deinde etiam Theologiæ Profeſſor, hujusque Doctor, in Græcis præſertim eximie verſatus.

§. 316. *Johannes Megabacchus*, Spangenberga-Haſſus, Med. D. & Profeſſor & Archiater Landgravii Haſſiæ; abdicato munere academico Caſſellas 1535. concedens, natus 1495. menſe Febr., †. Caſſellis 1555. 27. Jul. *Nicolaus Blechlerus*, Schmalcaldicus, primum Ludimagiſter, tum Profeſſor Matheſeos, etiam Med. D. atque hinc per multos annos Archiater Schwarzburgicus, mortuus Erfurti. *Janus Cornarius* hic quoque aliquamdiu docuit: qui poſtea referetur. *Johannes Dryander*, Germanice *Eichmann*, Wetteranus, Med. D. (Moguntiæ creatus) & Profeſſor, in Megabacchi locum ſuffectus 1536., itemque Mathematum Profeſſor, aliquoties Univerſitatis Rector, †. 1560. 20. Decemb. qui potiſſimum Anatomicis ſcriptis inclaruit. *Guilielmus Gratarolus*, in Italis jam dictus. *Johannes Rhodus*, Naſtadienſis, Med. D. & Prof., felix practicus, †. Marpurgi 1565. 15. Aug. *Burchardus Mithobius*, Hamburgenſis, Med. D., Profeſſor Mathematum, Decanus Philoſophorum Ordinis 1533., deinde 1535. Profeſſor Med., poſtea Caſſellis Archiater Landgravii, denique Archiater in Aula Brunſvico-Luneburgica, quæ Mundæ erat, ibi †. 1565. 16.. Aug cujus filius *Hector* Med. D. & Mathematicus Hannoveræ fuit.

§. 317. In nova Univerſitate Regiomontana Profeſſores Med., *Johannes Placotomus*, Germanice

nice Brettſchneider, Murſtadius, Artium Magiſter, & 1543. 7. Jun. Med. D. Wittebergæ creatus, Prof. Med. primus & Primarius 1544., ſed propter inimicitias cum collega Aurifabro 1549. dimiſſus, hinc Phyſicus Dantiſcanus, †. circa a. 1574. ætatis a. 60. vir Græce Latineque doctiſſimus, qui ſcripſit de cereviſiis, de ebrietate, de tuenda ſanitate aliaque complura, controverſiis etiam theologicis cum Andr. Oſiandro implicitus. *Andreas Aurifaber*, Vratislavienſis, antea Wittebergæ Magiſter legens & 1543. Decanus Facultatis Philoſophicæ & Promotor, 1544. in Italiam profectus, tum Med. D. & Prof. primum Secundus, (cum quo munere olim profeſſio Phyſicæ ſemper conjuncta erat,) deinde poſt Placotomum Primarius, gener Oſiandri, Ducis Archiater magnâ gratia florens, † 1559. 12. Decemb. ætatis a. 46. qui edidit Phœmonem Græcum de cura canum, & de ſuccino hiſtoriam.

§. 318. Medici Norimbergenſes, *Johannes Lochner*, Phyſicus 1509. †. 1510. *Johannes Magenbach*, (perperam alicubi ſcribitur, Magenbuch) Phyſicus usque ad a. 1514. *Sebaldus Buſch*, Norimbergenſis, patre pariter medico natus, Collegii Phyſicorum membrum ab a. 1512. usque ad a. 1536., unde tum Erfordiam commigravit, 1540. edidit libellum Germanicum de regimine contra peſtilentiam. *Petrus Burcardus*, inter Phyſicos urbis & reip. ab a. 1513. usque ad 1539. *Johannes Zacharias*, in Collegium Phyſicorum Ordinariorum receptus 1516., Senatus Majoris membrum 1520. †. 1557. 4. Octob.

§. 319. *Wolfgangus Kern*, medicus Norimbergenſis a. 1522. †. 1555. *Georgius Oellinger*, Pharmacopola, 1526. membrum Majoris Senatus. *Johannes Magenbuch*, (al. perperam Magenbuch) Blaubayranus, 1522. literas Græcas Ulmæ docuit, 1523. Med. D. Wittebergæ creatus, 1524. usque ad 1546. Phyſicus Norimbergenſis. *Conradus Schütze*, Weilæ Suevorum natus, in Collegium Medicorum Norimbergenſium admiſſus 1524. membrum Senatus Amplioris 1541. †. 1547. 23. April. *Antonius Schedel*, Medicus Ordinarius Norimbergenſis 1528. usque ad 1535. Genanter ſ. membrum Senatus Majoris 1529. *Marcus Feringer* ſ. *von Veer*, Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis ab a. 1536. usque ad 1544. *Otto Flöſſer* aut *Fleſſer*, Phyſicus 1537. membrum Senatus Majoris 1538. †. 1555. menſe Januar. *Cornelius Sittard* vel *Zittard*, Colonienſis, membrum Collegii Medici Norimbergenſis, †. 1550. menſe Novemb. His quoque temporibus floruit *Johannes Folz*, Norimbergenſis, Chirurgus ſive potius barbitonſor, & Phonaſcus, (Meiſterſänger.)

§. 320. Circa 1540. occurrit Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis *Georgius Palma* ſive *Palm*. *Sebaſtianus Schedel*, Norimbergenſis, Archimedicus famoſiſſimus nonnullis dictus, ſclopeto occiſus 1547. 5. Jul. *Jacobus Milonius*, vel, ut etiam ſcribitur, *Lebonius*, medicus Norimbergenſis a. 1544. usque ad a. 1546. *Sebaſtianus Flock*, poſt 1543. Med. D. & Practicus Norimbergenſis, ante Ludimagiſter Scholæ Abbaticæ Hailsbronnenſis.

Da-

Damianus Behaim, Phyſicus Norimbergenſis 1544. †. 1549. 10. Kal. Decemb. natus annos 46. menſes 10. diem 1. *Eraſmus Flock*, Norimbergæ natus 1514. 1. Januar., Wittebergæ 1543. Profeſſor Philoſophiæ & Mathematum, 1545. Med. D. & Practicus Norimbergenſis, †. 1568. 21. Jul., in Mathematicis & Poëſi maxime florens. *Hieronymus Schreiber*, Norimbergenſis, †. Pariſiis 1547. *Gabriel Ebinger*, Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis 1546. †. 1562. menſe Decemb. *Jacobus Levinius*, (alii legunt *Devinius*,) Phyſicus Norimbergenſis 1546. usque ad 1564. *Johannes Bertholdus Gempel* aut *Heupel* aut *Heupolt*, medicus Norimbergenſis 1549. usque ad 1564.

§. 321. Varii, *Adolphus Occo*, (ex ſuperiore ſæculo reliquus) natus Oſterhuſæ in Orientali Friſia a. 1447. ex Equeſtri familia, †. Auguſtæ Vindelicorum 1503., qui fuerat Sigismundi Archiducis Auſtriæ, 1469. mortui, medicus, item Poëta celebris. *Wendelinus Hock* de Brackenau, Artium & Med. D. in Bononienſi Gymnaſio, qui de morbo Gallico ſcripſit a. 1502. quemadmodum etiam 1503. *Joſephus Grünbeckius*, medicus & Secretarius: & 1508. *Johannes Vochs*, Colonienſis: & circa 1517. *Nicolaus Poll*, medicus deinde Caroli V. Imp.: & 1518. *Leonhardus Schmaus*, Salisburgenſis: & 1521. *Johannes Benedictus Regius*, Artium & Med. D.: & 1525. *Bartholomæus Sileber*.

§. 322. *Reinerus Snoyus*, Goudanus, natus 1477. †. 1537. Kal. Aug., Med. D. Bononiæ creatus,

tum practicus in patria, Legationibus etiam patriæ cauſâ aliquoties functus, cujus opera proſtant, in quibus liber de arte Alchemiſtica, Praxis ſuæ volumina duo, multaque Theologica, Hiſtorica, Poëtica. *Henricus Cornelius Agrippa* a Nettesheim, natus Coloniæ Agrippinæ 1486. 14. Septemb. †. Gratianopoli 1535. vir maximæ famæ, eruditionis, & ingenii, a. 1509. Dolæ Profeſſor Theologiæ, tum Secretarius Maximiliani I. Imp., & Militum Præfectus, ab eodem Imperatore Equitis Aurati inſignibus decoratus, deinde Juris & Medicinæ Doctor, iterum Theologiæ Profeſſor Patavii, hinc Metenſis civitatis Syndicus, poſthac medica praxi aliquamdiu exercita, Archiater Ludovicæ Galliarum Reginæ, cujus gratiâ quum excidiſſet, eandem ſpartam apud Margaretam Belgii Gubernatricem & munus Hiſtoriographi Cæſarei nactus eſt: idem inſimulatus Magicarum artium, in carcerem plus ſimplici vice conjectus, & Monachorum iras expertus. In operibus ejus famigeratiſſimi ſunt libri de Occulta Philoſophia, Declamatio de Incertitudine ac Vanitate Scientiarum, & altera de Nobilitate & Præcellentia ſexus Fæminei.

§. 323. *Eraſmus Stella*, Lipſienſis, Med. D., Cygneæ Senator, & 1513. Conſul, praxi & Hiſtorico ſtudio maxime deditus. *Laurentius Friſius*, Phryſius, civitatis Metenſis medicus. *Henricus Aſineus*, Antverpianus, circa 1517. clarus. *Cornelius Henricus Matthiſius*, Brugâ-Flander, Archiater & Chirurgus Mariæ Reginæ Gubernatricis Belgii, mortuus Piſis 1526. ex equi lapſu, qui Actua-

ctuarium Latine vertit. *Henricus Matthiſius*, itidem Brugenſis, Archiater Caroli V. Imp. & Philippi II. Hiſpaniarum Regis, †. 1565. 29. Jun., qui in Hippocratis Aphoriſmos commentatus eſt. *Martinus Steinpeiſius. Alexander Seitz.*

§. 324. *Otto Brunfelſius*, Moguntinus, Artium Magiſter, hinc Carthuſianus Monachus, tum Concionator Lutheranus; poſthæc Ludimoderator Argentinenſis per 9. annos, quo intervallo Medicinam addidicit, ut a. 1530. Doctoris gradum conſecutus ſit Baſileæ, denique Bernæ Poliater conſtitutus, ubi †. 1534. 23. Novemb. Herbarum ſtudio diligentius culto laudem præcipuam promeritus, unde natæ ſunt ejus Herbarum vivæ icones 3. tomis: præterea multa ſcripſit Theologica pariter ac Medica. *Johannes Adelphus*, Argentinenſis, Hiſtoricus ſcriptor. *Gerardus Liſtrius*, Rhenenſis Batavus, medicus & Grammaticus, circa 1520. clarus. *Joachimus Rolandus*, Mechlinienſis, & *Rolandus a Caſtro*, Antverpianus, qui de Sudore Anglico circa a. 1529. graſſante ſcripſerunt. *Caſpar Kepler. Chriſtophorus Hegendorphinus*, qui aliqua Ariſtotelis ex Græco Latine transtulit, Sobrietatis Encomium aliaque ſcripſit. *Simon Riquinus*, Trevirenſis, qui etiam de ſudatoria febre Anglicana librum edidit. *Philippus Ulſtadius*, Norimbergenſis Patricius, in Univerſitate Friburg. degens, cujus eſt tractatus de Epidemia, & Cœlum Philoſophorum liber Alchemicus. *Hieronymus Wildenbergius*, Aurimontanus, Germanice Goldbergenſis, natus 1465. †. 1558. ultimo Septemb., primum 1503.

Ludimoderator per octennium in patriæ ſchola ipſo autore erecta, deinde Phyſicus Thorunienſis usque ad vitæ finem.

§. 325. *Johannes Cæſarius*, natus Juliaci 1460. †. Coloniæ Agrippinæ 1551. de Plinii Majoris Hiſtoria naturali, Boëthii Conſolatione Philoſophiæ, aliisque veteribus, quos edidit, & præſertim de Cornelio Celſo bene meritus. In Celſum quoque commentarios ſcripſit *Petrus Dacquet*, Furnenſis medicus, ſed non invenio, quo tempore. *Johannes Atrocianus*, qui commentarios in Macrum de Herbis Friburgi Brisgojæ edidit. *Janus* ſ. *Johannes Cornarius*, Germanice Hagenbutt, vel Haynpol, Zuiccavienſis, a. 1521. Wittebergæ Philoſophiæ Magiſter, ibidem 1523. Medicinæ Licentiatus, poſtea Ticini Med. Doctor renunciatus, praxin exercuit in Livonia, Ruſſia, in Ducatu Megapolenſi, Phyſicus aliquando publice conductus Northuſiæ, Francofurti ad Mœnum, & Zuiccaviæ, Profeſſor Med. Marpurgi 1542. ejusque univerſitatis Rector 1543., idemque medicinam publice docuit Roſtochii, & Jenæ, ubi †. 1558. 16. Mart. ætatis a. 58. Latina interpretatione veterum Græcorum medicorum totius Hippocratis & Aëtii Paulique Æginetæ, & Geoponicorum, item Adamantii ſophiſtæ & Artemidori, variorum quoque librorum Galeni, præterea aliquot Patrum Eccleſiaſticorum, nec non editionibus caſtigationibusque Dioſcoridis, Marcelli Empirici, Æmilii Macri, Marbodæi, &c. præcipue famam adeptus.

§. 326. *Jaſon Pratenſis*, Ziriczeeus, qui de rebus ad generandi pariendique negotium pertinentibus, item de tuenda ſanitate, deque cerebri morbis curandis expoſuit. *Jacobus Caſtrius*, Haſebrocâ-Belga, de Sudore Anglico commentatus. *Joachimus Vadianus*, Sangallenſis, natus 1484. 29. Novemb. Poëta Laureatus a Maximiliano I. Imp. coronatus Lincii 1514., Med. D. Vindobonæ 1518., Conſul in patria octies, †. 1551. 28. Januar. Geographicis Hiſtoricisque maxime laboribus inclytus, in Theologicis quoque verſatus, & ad Proteſtantes transgreſſus. *Johannes Walterius Viringus*, Atrebas, qui de Oſteologia tabulam Lovanii emiſiſſe dicitur, a. 1527. Duaci recuſam, ſed junioris eſſe videtur, Profeſſoris Lovanienſis a. 1571.; quemadmodum & libri de Jejunio & Absſtinentia, qui jam a. 1547. editi perhibentur: ita ut legendum videatur 1572. & 1574.

§. 327. *Joachimus Martinus Gregorius*, Gandavus, a. 1530. Pariſiis edidiſſe fertur interpretationem Latinam Galeni de Alimentorum facultatibus, quæ quidem ſicut aliorum pariter Galeni librorum verſiones ab aliis tribuuntur Martino Gregorio Profeſſori Medicinæ Pariſienſi; ut unus idemque eſſe videatur. *Theodoricus Gerardus*, Gaudanus, eodem a. clarus: itemque *Alardus* Amſtelredamus, qui nonnihil ex Hippocrate interpretatus eſt, & in Marbodæum de Gemmis Lapidibusque pretioſis ſcholia conſcripſit. *Gybertus* vel Gisbertus *Longolius*, Ultrajectinus, in patria præceptor Linguæ Græcæ & Latinæ, tum Medicus Andernacenſis & dome-

domeſticus Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis, natus 1507. †. 1543. ſepultus 30. Maji. *Georgius Agricola*, Glauchâ-Misnicus. natus 1494. 24. Mart. †. 1555. 21. Novemb. a. 1518. ſcholam linguæ Græcæ Cygneæ aperuit, deinde Lipſiæ Petri Moſellani Lector fuit, poſthac in Italia medicinæ ſtudiis pertractatis, in oppido Vallis Joachimicæ medici munus geſſit, denique Chemnicenſis Phyſicus, propter Metallurgiam ſingulari ſtudio excultam, & præſtantiſſimos in hoc genere editos libros plurimos, aliosque de Menſuris & ponderibus, inprimis memorabilis: præterea extant ejus libri de Peſte, & de Lapide Philoſophico. *Johannes Guintherius*, (Winther) *Andernacus* dictus a loco natali, ubi natus a. 1487. aliquando Goslariæ Ludimagiſter, deinde Lovanii Profeſſor Græcæ Linguæ, (credo, Magiſter legens.) tum circa 1525. Lutetiæ Pariſiorum medicinali diſciplinæ operam navavit, ibidem ejus artis Doctor & Medicus Regius creatus, a. 1535. Metis praxin exercuit, poſt aliquod tempus Argentoratum migravit, hic pariter medicinam faciens, aliquamdiu etiam Profeſſor vel Linguæ Græcæ vel Philoſophiæ, †. 1574. 4. Octob. qui permulta ex Galeno Latine cum laude interpretatus eſt, item totum Alexandrum Trallianum, Paulumque Æginetam, & Polybum, editque Oribaſium in Aphorismos Hippocratis, Inſtitutiones Anatomicas, de Medicina Vetere & Nova duo magna volumina, commentarium de victus & medendi ratione tempore Peſtilentiæ, Dialogos de Peſtilentia, alios de Balneis & Aquis medicatis, & poſt obitum ejus prodiit Gynæciorum commentariolus:

riolus: idem a Ferdinando I. Imp. inter Nobiles cooptatus.

§. 328. Poſt a. 1530. celebres, *Georgius Collimitius*, Tanſtetterus, qui Aſtrologiam applicare docuit ad medicinam. *Chriſtophorus Clauſerus*, Tigurinus. *Eucharius Rhodion*, Germanice *Rœslin*, medicus urbis Francofurti ad Mœnum, in Botanicis & re Obſtetricia clarus. *Laurentius Ruſius*, Hippiatriæ ſcriptor. *Martinus Hunnius*, Saxo, aliquando Profeſſor Erfordiæ. *Johannes Hasfurtus*, Virdungus, qui novam medicinæ methodum, ex Mathematica (i. e. aſtrologica) ratione curandi morbos expoſuit. *Cornelius Petrus*, Leidenſis, Med. D., ejusque amicus *Johannes Spieringus*, Phyſicus Leidenſis. *Damianus Behem*, Med. D. Auguſtæ Vindelicorum, cujus fit mentio circa a. 1534. *Ulricus Jung*, Med. D. ibidem circa 1536. *Ambroſius Junge.*

§. 329. *Bernhardus Unger*, qui defenſionem medicorum Arabum ſcripſit. *Georgius Kraut*, Hagenoenſis, qui dedit libellum Introductorium de principiis univerſalibus medicinæ, & collectionem ſcriptorum aliquot veterum & medii ævi de curationibus morborum & virtutibus medicamentorum, & alia. *Georgius Pylander*, Germanice *Thormann*, Zuiccavienſis, qui Hippocratis libros 4. de morbis Latine reddidit, præmature mortuus. *Chriſtophorus Heyl*, Wisbadenſis, Profeſſor Lipſienſis, qui nonnulla Galeni interpretatus eſt. *Jacobus Gengerus*, Eichſtadienſis. *Johannes Sinapius*, Schwinfurtenſis, in Italia diu verſatus, ibi Herculis Ducis Fer-

Ferrariæ filiam bonis literis inſtituit, conjugisque Archiater fuit, poſtea Herbipolenſis Epiſcopi Archiater, ubi †. 1561. qui Luciani tragopodagram in Latinum ſermonem convertit. *Jacobus Scholl*, (perperam Schill ſcriptus) Argentoratenſis, qui de Aſtrologiæ ad medicinam applicatione ſcripſit.

§. 330. *Hieronymus Tragus*, Germanice *Bock*, Heidespacchii natus 1498. ex Monacho Ludimagiſter Biponti per novennium, ſimul Principis Palatini hortum plantis inſtruens, a. 1533. Concionator & Medicus Hornbaci, poſthac Saræponti, denique iterum Hornbaci, †. 1554. 21. Februar. clarus edito Herbario Germanico, præter alia Germanica & Latina ſimilis argumenti, & Germanicam quoque verſionem Dioclis Caryſtii. *Tertius Damianus*, Viſſenaco-Brabantinus, qui de Sudore Anglico, aliaque ſcripſit. *Johannes Khüſſner, Trochoreus*, Halâ-Tyrolenſis (von Katemberg am Yne) qui Celſum in Teutonicam traduxit linguam, & aliquot libros Latinos practicos emiſit. *Hubertus Barlandus* a pago natali in Zeelandia nominatus, medicus Namurci, amicus Eraſmi Roterodami, qui nonnulla Galeni & S. Baſilii Latine reddidit, de Aquarum deſtillatarum facultatibus, de Hæmorrhoidibus, aliisque rebus ſcripſit. *Antonius Buſſennius*, Bredanus, Profeſſor Lovanienſis, deinde medicus Antverpienſis, circa a. 1538. florens. *Robertus Gropretius*, ſ. Grospré, Atrebas, qui de Regimine ſanitatis & de Peſte ſcripſit. *Sebaſtianus Auſtrius*, Rubeaquenſis, qui in Paul. Æginetam de ſecunda valetudine tuenda commentatus eſt, & *Cornelii Me-*

Meclenburgenſis librum de morbis puerorum ex barbaro Latiniorem fecit, †. 1550. *Gabriel Humelbergius*, Ravenspurgenſis Suevus, qui Antonium Muſam & Apulejum de herbis edidit, in Sextum de medicina ex animalibus, Serenum Samonicum, & Apicium Cœlium annotationes ſcripſit. *Georgius Stertius*, a Georg. Agricola memoratus.

§. 331. *Andreas Veſalius*, Bruxellenſis, natus 1514. 1. Januar., mortuus in reditu ex peregrinatione religioſa Hieroſolymitana, quam ob diſſectum corpus nobiliſſimæ fæminæ Hiſpanæ, falſo pro mortua habitæ, ſuſcipere coactus erat, 1564. in Zacyntho inſula: præcipuus inter recentiores Anatomes inſtaurator, præſertim in figuris oſſium & muſculorum admirabilis, ſtilo etiam elegante & nobili uſus, ſed quia Galenum liberius reprehendit, multorum iras expertus, cæterum Profeſſor publicus Anatomes & Chirurgiæ 1537. Patavii, (ubi ſupra quingentos aſſidue habuit auditores,) deinde Bononiæ ac Piſis, tandem Archiater Caroli V. Imp. & Philippi filii Regis Hiſpaniarum, cujus nobilia opera ſunt, illud eximium de fabrica corporis humani, cum ejus epitome anatomica, & apologiis, quarum altera prodiit ſub *Gabrielis Cunei* nomine: de radice Chinæ epiſtola, Chirurgia magna, epiſtola docens venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam eſſe, præter paraphraſin in nonum librum Rhazæ ad Almanſorem, quæ tamen ei afficta putatur: item opera Rhazæ latinitate donavit cum Torino & Alpago ſociis: & Conſilia quædam ſcripſit, aliorum libris inſerta. *Matthias Theodorus Melanelius*,

Ant-

Antverpienſis medicus, qui de Atræ bilis morbo collectanea ex veteribus Græcis edidit, & quædam alia Latine convertit, nominatim Galeni. *Valentinus Polydamus*, cujus libri aliquot de re medica conjunctim prodiere. *Guilielmus Inſulanus*, Menapius, Cranenburgenſis, qui ſcripſit de ratione victus, & de febre quartana. *Johannes Pfeil*, Dresdenſis, (etiam *Philo* a doctis nuncupatus,) diſcipulus Henr. Stromeri, deinde Italiæ Profeſſorum, etiam Florentiæ Noſocomii Majoris medicus ſtipendiarius, hinc Lipſiæ medicinam docens ac faciens, Archiater quoque Mauritii Ducis, †. 1544.

§. 332. Poſt a. 1540. innotuerunt, *Remaclus Fuchſius*, Limburgenſis, medicus & Canonicus ad S. Paulum Leodii, †. 1587. 12. Kal. Januar. qui ſcripſit Vitas illuſtrium medicorum, complura de re herbaria & medicamentaria, nec non methodum curandi luem veneream. Hujus frater *Gilbertus Philaretus*, *Limburgus* plerumque appellatus, medicus Leodienſium Epiſcoporum & Canonicus, †. 1567. ætatis a. 63. dedit Conciliationem Avicennæ cum Hippocrate & Galeno, controverſias medicas, librum de fontibus ſoteriis Spadanis, & Gerocomicen. *Johannes Urſinus*, Med. D. & Poëta Laureatus, qui res medicas verſibus tradidit. *Conradus Geſnerus*, Tigurinus, natus 1516. †. 1565. 13. Decemb., Polyhiſtor & Plinius Germanicus dictus, qui ex præceptore Grammatices Tigurino, & Profeſſore Græcæ Linguæ Lauſannenſi, ad ſupremum in medicina gradum (uſus inter alios magiſtros etiam *Sebaſtiano Singlero* Profeſſore Baſileenſi,)

leenſi,) & Profeſſorem Phyſices Ethicesque & Phyſicum Tigurinum enixus, a Cæſare Ferdinando I. propter dedicatam Hiſtoriam aquatilium animalium propriis inſignibus gentilitiis donatus, celeberrimus ex libris plurimis tam propriis quam aliorum editis, aut ex Græco converſis, Philologicis, Phyſicis, Moralibus, Bibliothecariis, Botanicis, Pharmaceuticis, Chemicis, Thermalibus, Mineralibus, Diæteticis, Chirurgicis, Therapeuticis, in quibus eminent Hiſtoria Animalium, liber de Lunariis herbis, Valerii Cordi poſthuma, opera Botanica noſtris demum temporibus edi cœpta, Bibliotheca univerſalis & Pandectæ ſcriptorum.

§. 333. *Antonius Stupanus*, Rhæticus. *Angelus Forſtius*. *Johannes Nævius*, Chemnicenſis, natus 1499. 29. Aug. †. 1574. 7. Jul., Electorum Saxoniæ Mauritii & Auguſti Archiater, ad Ferdinandum I. Imp. curandum bis arceſſitus, antea Poliater Annæbergenſis, tum Vallis Joachimicæ, Magiſter Lipſiæ 1519. 12. Septemb. Med. D. Ferrariæ 1525. 6. Maji. Ejus frater *Caſpar* etiam Med. D. eorundemque Electorum Archiater fuit, unaque Lipſiæ Profeſſor Med. †. 1579. 10. Kal. Novemb. ætatis a. 65. *Matthæus Ratzenberger*, Med. Licentiatus Wittebergæ 1528. 8. Octob. Johannis Friderici Electoris Archiater. *Johannes Straubius*, Iſena-Rhæticus, natus 1489., medicus & Senator Wittebergenſis, †. 1560. 22. Jul. *Gualtherus Hermannus Ryf*, vel Rivius, Argentoratenſis, aliquando medicus Ordinarius Norimbergenſis, qui multa edidit, & Germanice & Latine, ut Anatomiam,

Chirurgiam, de Memoria artificiali, Medicinæ enchiridion, Iatromathematicæ enchiridion, Dioſcoridem, Vitruvium Germanice, &c. ſed fere alienis pennis ſe exornare ſolitus. *Laurentius Reſch*, Med. D. Scholarchis Auguſtanis ad examina publica adjunctus. *Ambroſius Jung*, junior, etiam Auguſtanus medicus. *Johannes Alexandrius Sanderus*, Gandenſis, Carolo V. Imp. a Conſiliis medicis. *Franciſcus Rueus*, Inſulanus, cujus celebris eſt liber de Gemmis, iis præſertim, quarum divus Johannes in Apocalypſi meminit.

§. 334. *Julius Alexandrinus* a Neuſtain, aliquot Imperatorum, inprimisque Maximiliani II. Archiater, natus 1506. †. 1590. Tridenti, cujus laudanda Ant. Argenterica pro Galeno, aliaque in defenſionem Galeni, Annotationes in Galeni præcipua ſcripta, verſio Latina Actuarii de affectionibus ſpiritus animalis, de Medicina & Medico libri 5., Salubrium libri 33., Pædotrophia carmen, &c., *Leonharaus Hugo*, medicus Gmündæ Suevorum, internuncius ad Principes duces Schmalcaldicos 1546., ab Haſſis ſpoliatus. *Johannes Jacobus Mendliſhofer*, medicus Conſtantiæ, in Græcis & Latinis literis itemque in Muſica arte bene verſatus, interfectus in oppugnatione urbis 1547. 6. Aug. *Chriſtophorus Stathmio*, Coburgenſis, qui ſane videtur eſſe ille Chriſtoph. Pfundſtein, Profeſſor Wittebergenſis, nomine Germanico in Græcum converſo, ſcripſitque de tertiana febre Aſtrologicam experientiam, & contra Manardum Aſtrologicæ conſiderationis in medicatione defenſionem. *Franciſcus*

Fabri-

Fabritius, Ruræmundanus, practicus Aquisgrani, de cujus & Porceti thermis librum edidit. *Johannes Monhemius*. *Gisbertus Horſtius*, Amſtelodamus, qui de Turpeto & Thapſia ſcripſit. *Laurentius Burre*.

§. 335. *Sebaſtianus Scrofa*, Cameracenſis medicus. *Petrejus Tiara*, natus Worcomii 1514. idib. Jul. †. Franekeræ 1586. (al. 1588.) 6. Id. Februar. Med. D., Poëta, Philoſophus, qui Græcam linguam Lovanii docuit, deinde ejus Profeſſor Publicus Duaci, Leidæ, (ubi primus Academiæ Rector fuit,) & Franekeræ 1585., aliquamdiu etiam medicus ſtipendiarius Delphenſis. *Daniel a Vlierden*, Patricius Bruxellenſis, ex theologiæ ſtudioſo medicus, qui edita epiſtola docuit, medicum non corpori ſolum, verum etiam animæ ſuppetias dare. *Cornelius Scutius*, (vernaculo ſermone *de Schuyte*) Med. D., Brugenſis Mathematicus, qui 1553. Lovanii vixit. *Gisbertus Lappius a Waveren*, Weſopio-Batavus, natus 1511., præceptor Grammatices Ziriczeeæ circa 1530. 1545. Med. D. Bononiæ, poſthac practicus Veeræ, Campis, & Trajecti ad Rhenum, †. 1574. 4 Januar. *Lævinus Leonhardi*, de Middelburgo, Med. D. Bruxellis reſidens, †. 1561. 24. Aug. qui burſam unam fundavit Lovanii in Collegio Adriani VI. PP. *Martinus Micronius*, ſive *de Kleyne*, Gandavenſis, circa 1549. notus. *Johannes Katſchius*, Halâ-Saxo, (idem, ut videtur, qui inter Doctores Medicinæ Wittebergæ promotos 1540. menſe Majo Joh *Karſch* ſcribitur.) *Martinus Cruſius*, Boruſſus.

§. 336. Chirurgicus ſcriptor celebris eſt Germanicus *Johannes a Gersdorf*, dictus *Schylhanns*, Argentoratenſis, qui etiam Latine prodiit.

§. 337. Ex aliis ordinibus medicinam illuſtrarunt, *Deſiderius Eraſmus* Roterodamus, princeps fere eruditorum ſui temporis, natus 1467. 28. Octob. †. Baſileæ 1536. 12. Jul. *Hermannus* Comes *de Nuenar* ſeu Neuenar, Latine *de Nova Aquila*, Præpoſitus Colonienſis, †. Ratisbonæ 1530. in Comitiis, ſcripſit de herbis aliquibus, de ſudatoria febre Anglica, ediditque Octavium Horatianum, cæt. *Ulricus de Hutten*, Eques Franconicus eruditiſſimus, natus 1488. †. 1523. 29. vel 31. Aug. a Cæſare Maximiliano coronatus Poëta, cujus extat liber de morbo Gallico, & dialogi duo ſub titulo Febris Prima & Secunda. *Johannes Alexander Braſſicanus*, qui Græca quædam vertit. *Joachimus Fortius Ringelbergius*, Antverpianus, Encyclopædiæ ſcriptor. *Helius Eobanus* Heſſus, natus Bockendorfii prope Franckenbergam 1488. 6. Januar. †. 1540. menſe Octobri, qui principio Medicinæ & Juris ſtudiis nomen dederat, poſtea vero totus ad Humaniora, maximeque Poëſin converſus, quo genere ſcripſit quoque de tuenda valetudine. *Joachimus Camerarius*, pater, Bambergenſis, natus nobili ſtemmate 1500. 12. April. †. Lipſ. 1574. 16. April. inſignis philologus, præſertim in Græca eruditione, ſcripſitque inter alia de Theriacis, & de Victus Cultusque ratione.

§. 338.

§. 338. Britanni, *Thomas Linacer*, (Lynacre,) Cantabrigienſis, natus 1461. †. Londini 1524. 20. Octob., in Italia Græcis & Latinis literis diligenter eruditus, (ibi forte etiam Med. D. factus,) poſt reditum Principi Regio Arturo præceptor datus, deinde incorporatus Med. D. & Profeſſor Oxonienſis, hinc Archiater Regius, a. 1515. Sacerdotis dignitatem & Eccleſiaſticum beneficium nactus, plurima Galeni in Latinam linguam eleganter convertit, reſtitutor bonarum literarum in Anglia, Regimen ſanitatis Anglice ſcripſit, fuit unus ex præcipuis fundatoribus Collegii Medicorum Londinenſis, cujus etiam primus fuit *Præſes*, idemque fundavit duas Lecturas Med. Oxonii, unam Cantabrigiæ. *Petrus Roſſ*, Scotus, Med. D. circa 1500. clarus. *Johannes Gam* vel *Game*, aliquando Procurator Univerſitatis Oxonienſis, Doctor aut Licentiatus Med. 1502. *Philippus Denſe*, ex diœceſi Cantabrigienſi, Medicus & Aſtronomus cumprimis doctus, in utraque arte etiam ſcriptor, ſed in medicina non promotus, †. 1507. 4. Sept. ex peſtilentia. *Richardus Bartblet*, Magiſter Artium, & 1503. Medicinæ Baccalaureus, deinde circa 1508. in Collegium Medicorum Londinenſium cooptatus, aliquot poſt annis ejus Collegii Præſes, †. verſus finem 1556. ætatis a. 87. eruditionis & experientiæ fama celeberrimus. A. 1503. matriculæ Oxonienſis Univerſitatis nomen dedit *Andreas Alexander*, Med. D. facultatis Monspelienſis. 1505. ibidem Baccalaureus Medicinæ *Johannes Parkhouſe*, poſtea Sacris Ordinibus initiatus & Canonicus Exonienſis. 1510. Doctor aut Licent. *Jacobus*

Radbourne, Baccal. Med. Albo academico adſcriptus 11. Octob. *Wilhelmus Gantlin*, Med. D. Monſpelienſis.

§. 339. A. 1513. Oxonii Baccal. & deinde etiam Doctor Med. *Petrus Colonienſis de Novonigio* aut Nonovigio, (an Noviomago?) Artium Baccalaureus. 1514. *Henricus Marſh*, Artium & Med. Baccal., ſupplicavit pro gradu Doctoris, idem 1521. incorporatus. 1515. licentiam exercendi medicinam obtinuit *Malachias Arthur*, Artium Baccal., poſtea Doctor Bononiæ creatus, factusque inſignis medicus. *Theobaldus Anguilbertus*, Hibernus, Pariſiis 1517. emiſit Menſam Philoſophicam. 1518. Oxonii Med. DD. *Eduardus Fynch*, & *Thomas Bentley*. 1519. ibidem incorporari voluit *Wilhelmus Butts*, Med. D. Cantabrigienſis, poſtea Regis Henrici VIII. Archiater & Equeſtri dignitate affectus, †. 1545. 17. Novemb. unus ex fundatoribus Collegii Medicorum Londinenſium. 1520. Oxonii incorporatus *Fernandus* aut *Ferdinandus de Victoria*, Med. D. extraneus, Regis Henrici VIII. & Reginæ Archiater, qui, & Thomas Linacer, *Johannesque Chamber* Med. D. primi Collegium Medicorum Londinenſium inſtituerunt. Eodem a. clarus *Wilhelmus Manderſton*, Scotus, Med. D.

§. 340. A. 1521. Med. D. Oxonii *Thomas Moscroff* vel *Musgrave*, & 1522. Lector Medicinæ Wolſeianus, 1523. Commiſſarius Univerſitatis, deinde ad Theologiam transgreſſus, &, dum gradum Doctoris hujus Facultatis ambibat, †. 1527.

A.

A. 1523. Baccal. Med. & ad praxin admiſſus *Wilhelmus Freeman*, Artium Magiſter, 1526. Med. D., poſthac Socius, Cenſor & tandem Præſes Collegii Medicorum Londin. 1525. Med. Baccal. & D. *Johannes Blyſſe*, Art. Mag., †. 1530. menſe Aprili Londini, ubi Collegii Med. Socius erat, perdoctus medicus & Aſtronomus. Eodem a. Baccal. *Georgius Owen*, natus in diœceſi Worceſtrienſi, 1527. Med. D., deinde Archiater Henrici VIII. & 1544. Socius Collegii Londinenſis, Archiater item Eduardi VI. & Mariæ, †. 1558. 10. Octob. princeps medicorum ſui temporis, qui Eduardum VI. ex alvo matris exſecuiſſe fertur. A. 1527. Baccal. Med. *Simon Ball* & *Humphredus Plewit*, *Blewet*, ex diœceſi Herefordenſi, Art. Magiſtri probe eruditi, poſterior 1530. Med. D., etiam ſcribendo clarus: eundem gradum ambivit *Johannes de Lapeys*, Art. Mag. ultramarinus, & *Johannes Maſon*, Art. Mag., Abingdonenſis, illuſtris poſtea Regum adminiſter, Eques, Cancellarius Oxonienſis, cæt. Med. D. hoc anno *Thomas Gwynne*. 1529 Baccal. Med. & ad praxin admiſſus *Johannes Warner*, Art. Mag., unus ex Procuratoribus Univerſitatis, 1535. Med. D. probe doctus, ſed qui eccleſiaſtica beneficia cupide uſurpavit, fuitque circa 1541. Præbendarius Wintonienſis, 1547. Archidiaconus Clevelandenſis, deinde etiam Elienſis, 1559. Decanus Wintonienſis, cæt. idem 1536. Oxonii Cuſtos Collegii omnium Animarum, tum jam Profeſſor Med., 1554. Vice-Cancellarius Univerſitatis, †. 1564. 21. Mart.

§. 341. A. 1531. Med. Baccal. *David Tolley*, Art. Mag., vir doctus, qui 1533. Doctoris gradum petiit. Incorporatus *Johannes Chamber*, qui 1502. Patavii medicinæ operam dedit, ibi etiam factus Med. D., poſt reditum Regis Angliæ Archiater, 1510. Canonicus Windſorienſis, 1524. Archidiaconus Bedfordienſis, deinde plurium beneficiorum eccleſiaſticorum particeps, 1526. Cuſtos Collegii Mertonenſis Oxonii, a quo munere ſe abdicavit 1545. †. 1549. A. 1534. Baccal. Med. *Wilhelmus Pye*, poſthac eruditus Theologus & Decanus: *Johannes Dotyn*, vir doctiſſimus, Canonicus Etonienſis, aliisque muneribus eccleſiaſticis affectus, qui Collegio Etonienſi Oxon. donavit domum & agrum aliaque. 1535. Med. D. *Johannes Gaynes* vel *Jaynys*, Art. Mag. & Med. Baccal.: quam dignitatem *Wilhelmus Coole*, Art. Mag. & Med. Baccal., etiam petivit. 1538. Med. Baccal. unaque D. *Johannes Toker*, Art. Mag.

§. 342. A. 1545. Baccal. Med. *Georgius Ethryg* vel *Etheridge*: *Richardus Maſter*, 1554. Med. D., 1562. Præbendarius Eboracenſis, quum jam eſſet Eliſabetæ Reginæ medicus Cubicularius: item Baccal. *Johannes Throwley*, antea monachus Ordinis S. Benedicti, & Baccalaureus Theologiæ. 1547. Med. D. *Thomas Hughes* vel *Hewes*, poſtea Mariæ Reginæ Archiater & Collegii Medici Londinenſis membrum, †. 1558. menſe Aug., qui Collegium Mertonenſe Oxonii beneficiis auxit. *Edmundus Criſpyne*, antea Lector in Medicina, nunc unus Procuratorum Academiæ. Licentiatus *Henricus*

ricus Baylie, alius Procurator, 1563. Medicinæ Doctor.

§. 343. *Andreas Perforatus*, Anglice *Borde*, antea monachus Carthuſianus, circa 1541. aut 1542. Monſpelii Med. D., poſtea etiam Oxonienſibus adſcriptus, practicus Wintonienſis celeberrimus, itemque ingenioſus Poëta, & ſecundum quosdam Archiater Regis Henrici VIII. & Collegii Med. Londin. membrum, †. 1549. menſe April. cælebs, in publica cuſtodia, multorum librorum lingua patria ſcriptorum autor, ut Breviarii ſanitatis, Diætetici, de Prognoſticis, de Urinis, cæt. præter philologica, hiſtorica, cæt. *Eduardus Wottonus*, Oxonienſis, qui Patavii poſt 1520. medicinam excoluit, ibi creatus Doctor, poſt reditum Oxonii Profeſſor Græcæ Linguæ in Collegio Corporis Chriſti, 1525. Doctoribus Med. adſcriptus, factus quoque Archiater Henrici VIII. & Collegii Med. Londin. Socius, †. Londini 1555. 5. Octob. natus annos 63. libris præſertim 10. de differentiis animalium multum veræ gloriæ promeritus. *Robertus Record*, in Oxonienſi & Cantabrigienſi academia publicus aliquamdiu Lector Arithmeticæ & principiorum Mathematicorum, 1545. Cantabrigiæ Med. D., †. Londini ineunte a. 1558. in cuſtodia publica, ob contractum, ut creditur, æs alienum, cæterum a ſcientia philoſophiæ naturalis, mathematices, aſtronomiæ, cosmographiæ, ſimiliumque magnopere laudatus, qui ſcripſit de judiciis urinarum, de anatome, &c. præter arithmetica, geometrica, theologica, politica, cæt. *Albayn Hyll*, Med. D.

N 5 peregre

peregre creatus, practicus Londini, †. 1559. 26. Decemb. medicus nobiliſſimus atque optimus, & in omni literarum genere maxime verſatus, qui in Galenum commentatus eſt.

§. 344. *Johannes Cajus*, Cay, Nordvicenſis, natus 1510. †. Londini 1573. 29. Jul. Med. D. Cantabrigienſis, Patavii Joh. Bapt. Montanum potiſſimum ſectatus, & per aliquot annos medicinam publice profeſſus, poſt reditum Archiater Regis Eduardi VI. Mariæ, & Eliſabetæ, 1559. Cuſtos & Fundator tertius Collegii Gonevilliani in Univerſitate Cantabrigienſi, cui propterea collegio ipſius quoque nomen adjectum fuit, in Græcis & Latinis eruditiſſimus, qui nonnulla Hippocratis & Galeni primus edidit vel redintegravit, complures Galeni libros Latine vertit, annotationibus adjectis, ipſe compoſuit laudatiſſimos libros de medendi methodo, de Ephemera Britannica ſeu ſudatoria febre, de Canibus Britannicis, de rariorum Animalium & Stirpium hiſtoria, de libris propriis, cæt. *Johannes Fryer*, Med. D. Cantabrigienſis, antea exul Patavii, credo, promotus, poſt reditum practicus Londinenſis eximius, †. 1563. in hieme; idem jam 1525. Artium Magiſter Cantabrigienſis eruditione excellens, eodem anno Oxonii incorporatus. *Thomas Phayer* ex Wallia, primum Legum cultor, deinde Medicinæ, in qua per omnes gradus promotus, 1558. (1559.) 21. Mart. Doctor factus, jam 1544. ſcriptor de peſtilentia, de venarum electione, & porro aliorum librorum, linguâ Anglicana, qua etiam carmina multa contexuit,

Vir-

Virgiliumque traduxit, †. in patria 1560. 12. Aug. *Wilhelmus Turner*, natus Morpethi in Northumbria, medicus pariter ac Theologus, exul Ferrariæ Med. D., magnæ exiſtimationis, ſub Rege Eduardo VI. Præbendarius Eboracenſis, Canonicus Windſorienſis, Decanus Velſæ, (Wells,) etiam Univerſitati Oxonienſi adſcriptus Doctor, ſub Maria regina iterum exul, ſed ſub Eliſabeta reverſus, †. 1568. 7. Jul. jam 1544. clarus editâ Avium præcipuarum, quarum apud Plinium & Ariſtotelem mentio eſt, hiſtoria, Latine; deinde Anglice Herbario, aliquot diverſis tractatibus de Thermis, de Aquarum natura, de Vinorum natura, cæt. præter Theologica. *Franciſcus Bernhardinus*, Caledonius. *David Marten*.

§. 345. De rebus medicinalibus ſcripſerunt, licet ipſi non fuerint medici, *Wilhelmus Horman*, Theologus, qui de Anatomia ſcripſit, †. 1535. prope centum annos natus. *Thomas Elyot*, Equeſtris originis, & Regi a miniſteriis, præſtans Grammaticus, Græcus, Poëta, Philoſophus, Medicus, †. 1546. 25. Mart. ætatis a. circiter 50. ſcripſit caſtellum ſanitatis, Anglice. *Paulus Buſh*, Theologus & Medicus, primus Epiſcopus Briſtolienſis, †. 1558. XI. Octob. ætatis a. 68. qui ſcripſit tractatum de Unguentis & curativis remediis. *Thomas Paynell*, aut *Paganell*, Theologus, qui multa transtulit in Anglicanam linguam, †. 1563. in hieme.

§. 346. In Daniæ Univerſitate Hafnienſi occurrunt, a. 1513. *Alexander Kynſorum*, Scotus, Med. D.

D. & Profeſſor, Regiusque Phyſicus, Rector Academiæ 1517. A. 1522. & 1523. Rector *Chriſtianus Torchilli Morſianus*, Artium Magiſter, Eccleſiæ D. Virginis Vicarius, & Utriusque Juris Baccalaureus, ſimul Profeſſor Artium, ab exteris poſt 24. annorum abſentiam redux: deinde, poſt bellum ſopitum, a. 1532. in academiam revocatus, jam Med. D. ac Profeſſor, denuo Rector, iterumque 1546. & 1556., a. 1544. Decanus medicæ Facultatis Doctorem creavit *Cornelium Hamsfort*, medicum Regium: eodem a. academiæ Vice-Conſervator & Cancellarius, †. 1560. 6. Kal. Aug. natus annos 75. aliquot librorum medicinalium, arithmeticorum, ac geometricorum autor. 1538. *Thomas Zegerus*, Med. D. & Profeſſor, †. 1544. *Ætho Johannes Sybellius*, Freudenburgenſis, alias *Johannes Anton. Freudenburg*, Med. D. Bononiæ promotus, 1544. in album academiæ, 1545. in ordinem Profeſſorum receptus, ſed ob corruptos mores & rixandi ſtudium ejectus 1546. *Petrus Capitaneus*, Middelburgo-Zeelandus, Med. D. Valentiæ in Hiſpania creatus, poſtea Profeſſor Med. Roſtochii, denique Havniæ, & Archiater Regius, Rector Univerſitatis a. 1547. & 1551. †. 1557. 6. Januar.

§. 347. In Polonia celebres, *Matthias*, *Miechovius* a loco natali dictus, Cracoviæ 1476. Philoſophiæ Baccalaureus, 1479. Magiſter, tum in Italiæ Germaniæque academiis medicinæ ſtudiis excultis, inde cum Doctoris inſignibus redux, Profeſſor Med. & Sigismundi I. Regis Archiater, denique

nique abdicato munere aulico, Canonicus, †. Cracoviæ 1523., conſtituto ex bonis ſuis cenſu pro Medicinæ & Aſtrologiæ Profeſſoribus in academia Cracovienſi, compluribusque Scholis erectis, libro etiam egregio de conſervanda ſanitate, nec non hiſtoria rerum Polonicarum inclytus. *Albertus Baſa*, Poloniarum Regis Phyſicus, circa a. 1528. ex Italia rediens, Theophraſtum Paracelſum Baſileæ admiratus eſt. *Joſephus Struthius*, Posnanienſis, Philoſ. & Med. D. natus 1500. †. 1568. aliquamdiu Patavii Profeſſor Med., deinde Regis Poloniarum Sigismundi Auguſti Archiater, qui Græcos veteres Latine interpretatus eſt, inſignesque libros de arte ſphygmica Patavii edidit, aliaque ſcripſit. Ejus in Polonia doctor *Cyprianus Lovicenſis*, qui Practicam medicinalem compoſuit: amicus, *Albertus Oczko*, cujus opus de affectionibus corporis valde laudatur. *Franciſcus Niconiſius*.

§. 348. Ex Judæis, *Paulus Ricius*, Germanus, fidem Chriſtianam amplexus, tumque medicæ diſciplinæ addictus, factusque publicus Philoſophiæ Profeſſor Ticini, & a Maximiliano I. Imp. in numerum ſuorum medicorum adſcitus, evulgavit Alſaharavium, variaque Cabaliſtica, vehementer non tantum ob doctrinam, ſed etiam ob probitatem laudatus. *Moyſes Alatinus*, qui nonnihil Galeni Latine vertit. *Jacobus Mantinus*, interpres quarundam particularum Avicennæ. *Abraham ben Salomon Cohen. Abraham ben David Arie* ſeu *Leo. Abraham ben Juda*, Conſtantinopolitanus, circa 1520. *Abraham e Porta Leonis*, Mantuanus.

§. 349.

§ 349. Mahometani, *Johannes Leo, Africanus* dictus, Granatenſis, nomen a Leone X. PP. in profeſſione Chriſtianismi ſortitus, ſed a. 1513. in Africam profectus, poſteaque iterum Muhammedanus factus, †. 1526. non quidem medicus, ſed qui medicorum Arabum hiſtoriam ſcripſit. Ab eo memoratur *Mugaribus* Granatenſis medicus. Circa 1511. mentio fit medici *Hamon.*

Poſt medium Sæculum XVI. a Chriſto Nato.

§. 350. Univerſitates conditæ, a. 1558. *Jenæ.* 1561. *Moguntiæ* renovata. 1562. *Duaci.* 1566. *Argentorati.* 1570. *Compoſtellæ* renovata. 1572. *Muſſiponti* : *Tarracone.* 1573. *Burdigalæ* renovata : *Seguntiæ* renovata. 1575. *Leidæ* ſ. Lugduni Batavorum. 1576. *Altdorfii* : *Græcii* : *Helmſtadii* : *Vilnæ.* 1577. *Glascuæ* renovata. 1579. *Maceratæ* renovata. 1580. *Oveti.* (Oviedo.) 1581. *Toleti* renovata. 1582. *Edinburgi.* 1584. *Cæſaraugustæ* renovata. 1585. *Bambergæ* : *Franekeræ* : *Firmi* renovata. 1586. *Valentiæ* Hiſpanorum renovata. 1589. *Herbipoli* renovata. 1591. *Dublini.* 1592. *Sedani.* 1594. *Zamoſcii.* 1595. *Upſaliæ* renovata. 1599. *Parmæ.*

§. 351. Archiatri Summorum Pontificum, Marcelli II. *Franciſcus Columbus*, *Plato* cognominatus, Peruſinus, qui Peruſiæ Academiam Simplicium inſtituit. *Andreas Lacuna*, jam inter Hiſpanos ſuperioris partis Sæculi dictus. Pii IV.

Fran-

Franciſcus Gymnaſius, ex Caſtro Bononienſi, Profeſſor Medicinæ Bononiæ, fratri *Alexandro* ſurrogatus, dein Romæ Profeſſor Med., †. 1587. ætatis a. 73.: cujus filius *Alexander* veſtigia paterna feliciter in medicina æmulatus eſt, †. anno ætatis 45. *Johannes Baptiſta Biumi* ſeu Bimius, jam inter Mediolanenſes ante medium hoc ſæculum relatus. *Johannes Andreas Bianchi*, (Blancus,) Parmenſis, Prof. Med. Bononiæ ab a. 1525. usque ad 1561. †. Romæ 1566. 9. Aug. *Petrus Antonius Contugius*, Volaterranus. *Pompejus Barba*, Piſcienſis, cujus liber de Secretis naturæ prohibitus eſt. *Simon Pasqua*, Nobilis Genuenſis, a Republica Genuenſi miſſus in Angliam Philippo II. & Mariæ congratulatum, a Pio IV. creatus Epiſcopus Lunenſis & Sarzanenſis, denique 1565. Cardinalis Presbyter, †. 1565. ætatis a. 73. Pii V. *Auguſtinus Baglioni*, Alexandrinus, factus quoque Epiſcopus Alexandrinus. *Johannes Franciſcus Marenci*, Albenſis, qui deſcriptionem morbi, quo obiit Pius Pontifex a. 1572., manu exaratam reliquit. *Modeſtinus Caſſinus*, Elpidianus, Equeſtri dignitate inſignitus. *Placidus Fuſcus*, e Monte Florum Ariminenſis, Prognoſtes appellatus, †. 1574. pridie Idus Mart., ætatis a. 65. Gregorii XIII. *Alexander Trajanus Petronius*, Cittacaſtellanus, qui de victu Romanorum & ſanitate tuenda, de aqua Tiberina, de morbo Gallico, Aphorismos medicinales, aliaque egregie ſcripſit, ſingularis idem amicus Ignatii Loyolæ. *Conſtantius Varolius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Chirurgiæ in patria, deinde Anatomiæ Romanus,

nus, celebris ob lithotomiæ dexteritatem, & inveſtigatum diligentius cerebrum, teſtibus ejus Epiſtolis de nervis opticis, & 4. libris de reſolutione corporis humani, †. 1575. natus annos 32. *Franciſcus Antracinus*, Maceratenſis. *Johannes Baptiſta Serjuſtius*, Patricius Lucenſis, etiam civitate Romana donatus, Poëta quoque Italicus, †. 1590. ætatis a. 55. SIXTI V. *Andreas Baccius*, Elpidianus, Civis & Profeſſor Romanus, cujus ſunt præclari libri de Thermis, de naturali Vinorum hiſtoria, de Gemmis, de Venenis & Antidotis, aliique nonnulli. *Antonius Portus*, Firmanus, Civis Romanus, qui de Peſte Variolisque ac Morbillis ſcripſit. *Caſtor Durantes*, Gualdanus, Civis Romanus ibidemque Profeſſor in Archigymnaſio, Poëta Laureatus, †. 1590., qui de Plantis & reliqua materia medicamentaria cibariaque ſcripſit: cujus etiam duo filii, *Octavius* & *Julius*, medici fuerunt. *Eliſæus Calcagni*, Placentinus, Collegii Placentini Phyſicus. *Johannes Zecchius*, Bononienſis, Civis Romanus & Profeſſor, feliciſſimus practicus, †. 1601. natus annos 68. cujus extant plures libri ad artem curandi pertinentes, quorum aliqui ab *Hercule Zecchio*, illius nepote, pariter medico, in lucem publicam emiſſi ſunt. URBANI VII. *Demetrius Canevarius*, Genuenſis, qui præter alia de Ligno ſancto adulterato ſcripſit. GREGORII XIV. *Rodulphus Silveſtrius*, Bononienſis, etiam Clementis VIII. archiater. INNOCENTII IX. *Innocentius Balduccius*, Patricius Piſtorienſis, etiam Leonis XI. archiater, utriusque Cubicularius Intimus, †. 1635. ætatis a. 81. CLEMENTIS VIII. *Rod. Silveſtrius*

jam

jam in Gregorio XIV. dictus. *Hieronymus Cordella*, Nobilis Firmanus. *Hieronymus Provenzalis*, Nobilis Neapolitanus, poſtea Archiepiſcopus Surrentinus, inſignis pariter Philoſophus ac Theologus, †. 1612. qui librum edidit de Senſibus. *Hieronymus Rubeus*, Nobilis Ravennas, †. 1607. 8. Septemb. ætatis a. 68., a quo prodierunt, de Deſtillatione liber, de Melonibus, annotationes in Corn. Celſum, excellens quoque Hiſtoricus patriæ, & ad Legationes adhibitus. *Jacobus Bonaventura. Joffredus Gambarana*, Nobilis Taurinenſis. *Julius de Angelis* e Terra Bargæ ſive *Bargæus*, primum Profeſſor Piſis, tum Romæ, poſtea Archiater, & S. Spiritus in Saxia Præceptor Magnus. *Michael Mercatus*, Samminiatenſis, etiam Magnus Præceptor S. Spiritus in Saxia denominatus, natus 1541. †. 1593. jam a Pio V. horto Vaticano præfectus, edidit italice Inſtructionem de Peſte, item opus de Obeliſcis Romæ, ſed præcipuus ejus labor, Metallotheca Vaticana, demum a. 1717. prodiit. *Nicolaus Maſinus* vel *Maſinius*, Nobilis Cæſenas, cujus extant de Gelidi potus abuſu libri tres, hic autem recuſavit oblatum Archiatri munus, ejusdem quoque pater & avus pariter fuere medici. *Sigismundus Brumanus*, Nobilis Cremonenſis, perpetuus Pontificis Commenſalis, & totius Eccleſiaſtici Status Archiater ſ. Protophyſicus Generalis: ex eadem gente medici quoque *Chriſtophorus*, Profeſſor Med. Peruſiæ; *Odoardus*, medicus feliciſſimus Cremonenſis; *Joſephus*, aulæ Saxonicæ medicus.

§. 352. Patavii Profeſſores a. 1551: *Victor Trincavellus*, vel *Trincavella*, Venetus, ibi practicus celeberrimus, Græcus ob peritiam hujus linguæ vocatus, qui ſcilicet primus Patavii Græcum Hippocratis textum interpretatus eſt, pluresque Galeni libros in Latinum ſermonem transtulit, commentariisque nonnullos utriusque libros illuſtravit, alius quoque ordinis ſcriptores veteres Græcos complures emendatos dedit, adhæc Conſilia, Epiſtolas, Controverſias practicas, multaque alia argumenti practici, †. 1563. 20. Aug. Venetiis, natus annos 73. menſes 8. dies 10. *Comes de Monte* ſ. *Montanus*, alias *Pigattus*, Vicetinus, qui vero 1554 ſponte abiit, quum augeri ſibi ſtipendium fruſtra poſtulaſſet, notus ex libris de morbis ad ſententiam Galeni. *Julius Gelo*, Barienſis. *Severinus Paravicinus*. *Albertus de Comitibus*. *Gabriel Fallopius*, Mutinenſis, ob ſummam totius rei medicæ, præſertim Anatomicæ Chirurgicæque & Medicamentariæ, peritiam tota notus Italia, & extra Italiam, antea Piſis Profeſſor 1548. natus 1523. †. 1563. 7. Idus Octob. cujus opera proſtant permulta.

§. 353. A. 1552. *Hieronymus Matthæaccius*, Maroſticenſis. *Johannes Carnarius*, Belga Gandenſis, qui de thermis Patavinis carmine ſcripſit, & de Podagræ laudibus, idem quoque Profeſſor Philoſophiæ Moralis. A. 1553. *Hieronymus Capivacceus*, Capivaccius, de Capite Vaccæ, Patavinus Nobilis, incrementa ſubinde non parva honoris & ſalarii, primusque vacationem ab exercitationibus Encyclicis,

clicis, quæ vocantur, 1574. conſecutus, practicus longe celeberrimus, qui arcana ſua in methodo poſita eſſe dixit, multaque ad omnes doctrinæ medicæ partes pertinentia compoſuit, potiſſimum tamen practici argumenti, poſt ipſius demum obitum typis commiſſa, & collectim quoque edita, †. 1589. *Franciſcus de Orſellis*, Urbinas. *Victor Rizzardus*, Feltrienſis. *Antonius Fama*, Siculus.

§. 354. A. 1554. *Franciſcus Morzentius*, Brixianus. *Galeatius Burgofortis*, Mantuanus. *Diotajutus de Diotajutis*, Auximanus. *Nicolaus* (*Nicolinus* ab exiguitate corporis dictus,) *Curtius*, Brixianus, 1555. Profeſſor Sophiſticæ, 1560. Profeſſor medicinæ Practicæ Extraordinarius, 1575. Theoricæ Ordinarius, 1576. in patriam reverſus, ibidemque eodem a. peſte exſtinctus, cujus methodus conſultandi, & libellus de medicamentis lenientibus purgantibusque poſt mortem ipſius ab aliis edita ſunt. 1555. *Johannes Antonius Siricellus*, Maceratenſis. *Marianus Pius*, Siculus. 1556. *Johannes Baptiſta Belliſta*, Parmenſis. *Scipio Carlius*, Brixianus. 1557. *Johannes Baptiſta Arlotus*, Regienſis. *Celſus Pigafetta*, Vicetinus, idem 1559. Profeſſor Sophiſticæ. *Alexander Brillus*, Lendenarienſis. 1558. *Eraſmus Sidereus*, Germanus. *Ludovicus Capellanus*, Cremonenſis. 1559. *Franciſcus Pulveus*, Romanus. *Johannes Montriolus*, Veronenſis.

§. 355. A. 1560. *Joſephus Ovetarius*, Patavinus. *Antonius Lobertus*, Pedemontanus. 1561. *Sebaſtianus Marcellanus. Melchior Guilandinus*, Boruſſus, ſtudio rerum naturalium in Indiam usque orientalem auſpiciis Marini Caballi Veneti profectus, ſed a piratis captus & remis agendis admotus, a Fallopio autem redemtus, hujus deinde hoc anno in Horti Patavini cura ſocius, Anguillariæ ſucceſſor, 1564. Profeſſor Botanicus, †. 1589. acribus controverſiis cum Matthiolo implicitus, extatque ejus doctiſſimus de Papyro commentarius in Plinium, de Stirpibus Epiſtolæ complures, aliaque nonnulla. 1562. *Hieronymus de Nigris*, aut Nigrius. 1563. Profeſſor Simplicium, Fallopii ſucceſſor, *Bernardinus Triviſanus*, Patavinus, 1566. Theoricæ Profeſſor, idem antea 1549. Profeſſor Logicæ Patavii, quam provinciam jam anno ætatis 18. Salerni adminiſtraverat, natus *Marco* etiam medico celebri 1506. †. 1583. 14 Kal. April. clariſſimus inter Chemicos lapidis philoſophici inveſtigatores; aliquando, ſcilicet a. 1568. quum Rectori in publico judicio feciſſet convicium, magnâ pecuniâ multatus. *Franciſcus Lendinaria*, ad cadavera ſecanda miſſus Venetiis.

§. 356. A. 1564. *Marianus Stephanellus. Franciſcus Borgarucius*, ab aliis *Proſper* vocatus, ad Anatomicas ſectiones Lendinariæ ſuffectus, ſed rurſum excluſus. Interea *Hieronymus Fabricius ab Aquapendente* Anatomicas ſectiones demonſtrationesque privata opera perſecutus eſt, a. ſequente 1565. eam ad rem, cum Chirurgia, publice conductus

ductus Profeſſor, qui cum ſumma gloria auctisque ſubinde ſtipendiis & honoribus hæc munera geſſit, Theatro Anatomico publico primus 1594. inſtructus, Eques etiam Divi Marci creatus, ſed ſemel a. 1588. quum in explicandis linguæ muſculis Germanorum pronunciandi rationem ludibrio habuiſſet, a tota hac natione repente deſertus; natus pauper a. 1537. †. 1619. XI. Kal. Jun., (quam longævitatem continuo Aloës roſatæ, a ſe inventæ, uſui debuiſſe creditum eſt,) relicta ducentorum millium ſcutorum facultate pronepti ſuæ, quæ Delphino patricio Veneto nupſit, ſed non ultra ſex menſes in matrimonio vixit: Fabricius fuit diſcipulus Gab. Fallopii, & permulta in Anatomicis detexit, inque his venarum valvulas, ediditque permulta, quæ magni æſtimantur, ut ſunt libri de Viſione, Voce, Auditu, Locutione & ejus inſtrumentis, de Brutorum loquela, de formato Fœtu, de Venarum oſtiolis, de formatione Ovi & Pulli, de Motu locali animalium, Pentateuchus Chirurgicus, cum Inſtrumentis & Operationibus, &c. ejusdem medicina Practica poſt ipſius obitum prodiit. Anno eodem 1564. *Nicolaus Bucella* ſeu Buccella, Patavinus, a Natione Germanica privatim adhibitus eſt ad Anatomen demonſtrandam, qui quidem a. 1573. etiam publice diſſectiones adminiſtravit, ſed deinde in Poloniam migravit factus Archiater Regis Stephani Bathorii, de cujus valetudine & morte edidit Refutationem Simonis Simonii a. 1588. Cracoviæ, ipſe †. 1610. in aula Regia.

§. 357. A. 1566. *Albertinus Bottonus*, Patavinus, antea 1555. Profeſſor Logicæ, †. 1596. pridie Kal. Decemb. cujus ſunt liber de morbis Muliebribus, alius de Vita conſervanda, Methodus medicinalis, & alia quædam. 1568. *Ludovicus Agnellius.* 1569. *Hieronymus Mercurialis*, Forolivienſis, 1573. ad Maximilianum II. Imp. curandum accitus, ab eoque creatus Comes Palatinus & Eques Auratus, 1576. Venetiis judicio ejus & Capivaccei de orto quodam peſtilentiæ genere per eventum minus comprobato, poſtea non ſine verecundia aliqua Patavii reſtans, occaſione data 1587. Bononiam demigravit, ibi factus pariter Profeſſor Med., & denique 1599. Piſis ingenti ſtipendio; natus 1530. 30. Sept. †. Forolivii 1606. 13. Novemb. plurimorum ſcriptorum autor, eruditionis Philologicæ, Antiquariæ, Practicæque medicæ pleniſſimorum, ut ſunt de Arte Gymnaſtica præclarum opus, Variæ Lectiones, Commentarii in plures Hippocratis libros, & ipſe textus Hippocratis, itemque Cenſura ejus operum, Medicina Practica ſeu de cognoſcendis & curandis morbis, Conſultationum & Reſponſorum tomi 4. libri de morbis Mulierum, Puerorum, Peſte, Venenis, Decoratione, Cutaneis morbis, cæt.

§. 358. A. 1575. *Fabius Niphus*, Neapolitanus, Auguſtini nepos, qui antea Philoſophiam in Gallia & Italia magna cum laude docuerat; ſed nunc poſt paucos menſes, quum a Religionis Quæſitoribus ob Lutheraniſmi ſuſpicionem in carcerem conjectus eſſet, inde profugit in terras Proteſtantium,

poſtea

poſtea tamen ad Romanam Eccleſiam reverſus, cujus celebris eſt liber Ophinus nuncupatus ſive de cæleſti animorum progenie. *Hieronymus Bradiolus. Hercules Saxonia*, Patavinus, antea 1574. Profeſſor Logicæ, natus 1551. †. 1607. 6. Kal. Septemb. (cujus pater *Victor*, & patrui *Hieronymus* & *Franciſcus* etiam medici fuerunt,) Maximiliano II. Imp. curato factus Eques Auratus, circa a. 1579. Venetias translatus ad praxin exercendam, 1590. in academiam revocatus, deinde, quum, peſtilentibus febribus a. 1591. per Piſaurenſem regionem late graſſantibus, Patavinum medicorum Collegium de illis a Duce Urbini conſultum eſſet, acri controverſia de remediis veſicantibus & theriaca, utrum utri in hac epidemia præferendum eſſet, cum Alexandro Maſſaria implicitus, cæterum vir ingentis famæ, multisque ſcriptis argumenti practici inclytus, quæ opera conjunctim edita Pantheum medicinæ ſelectum inſcripta ſunt, ex iisdemque maxime laudantur libri de Febribus, de Phœnigmis, de Plica Polonica, de Lue Venerea.

§. 359. A. 1576. *Æmilius Campolongus*, Nobilis Patavinus, natus 1550. †. 1604. 15. Kal. Novemb. cujus Semiotica, Methodus medendi, liber de Arthritide, aliaque non parum laudantur. 1577. *Annibal Bimbiolus*, Patavinus, ſuperſtes adhuc 1612. 1578. *Marcus Oddus*, vel de Oddis, filius Oddi, Patavinus, natus 1526. †. 1591. 8. Kal. Aug. antea 1546. Profeſſor Logicæ, 1549. Profeſſor Philoſophiæ; ſcripſit de Putredine contra Argenterium, methodum componendorum Medicamen-

mentorum de Urinis. 1585. *Nicolaus Triviſanus*, Patavinus, †. 1633. 1587. *Alexander Maſſaria*, Vicetinus, antea in Olympicorum Academia Anatomes & Meteororum Ariſtotelis interpres, 1578. Venetias accitus ad praxin, ibique Collegii medicorum membrum factus, †. grandævus 1598. vir inſignis famæ, in pauperes valde liberalis, qui ſcripto profeſſus eſt, malle ſe cum Galeno errare, quam cum aliis ſapere; clariſſimus idem editis libris de Peſte, de abuſu medicamentorum Veſicantium & Theriacæ in febribus peſtilentibus, de ſcopis mittendi Sanguinem & de Purgatione in morborum principio, præter poſthumas Prælectiones, Conſilia, aliaque.

§. 360. A. 1590. *Jacobus Antonius Cortuſus*, Patavinus, Profeſſor Botanices, †. 1603. cui ſeni adjutor a. 1592. datus eſt *Johannes Hortelius*, Tranſilvanus, ſed per tres tantummodo menſes. 1591. *Alexander Viguntia*, Patavinus, †. 1620. Hoc anno prima ſchola practicæ extraordinariæ dierum vacantium, ſive lectura in tertium Avicennæ librum, quæ ab a. 1560. vacaverat, adeoque 1579. ſublata erat tanquam minus neceſſaria, reſtituta eſt, ea inprimis de cauſa, quod hoc ſit velut Univerſitatis ſeminarium, unde Profeſſores ducuntur ſcholas neceſſarias occupaturi: Profeſſor ejus conſtitutus *Antonius Niger*, †. 1629. 1592. *Horatius Augenius*, a Monte Sancto, natus circa 1527. (patre etiam medico, *Ludovico*, qui artem per 70. circiter annos ſumma cum laude exercuerat, Clementi quoque VII. PP. cariſſimus,) Profeſſor primum Lo-

Logicæ in Univerſitate Maceratenſi per duos annos, dein Medicinæ Theoricæ Romæ per quinque annos, ubi fuit a. 1558., poſtea praxin diverſis in oppidis ſecutus, 1576. (quum jam 27. annos medicinam feciſſet,) primarius medicinæ Practicæ Profeſſor in academia Taurinenſi, per ſedecim annos hac ſparta defunctus, †. Patavii 1603. editis præclaris libris de curandi ratione per Sanguinis miſſionem, (de quo medendi genere circa a. 1596. acerrime pugnavit cum Alex. Maſſaria, ita ut nec conviciis abſtinerent præter modum gravibus,) de Febribus, Epiſtolarum medicinalium tomis tribus, quod homini non ſit certum Naſcendi tempus, & de Embryone petrefacto, de modo præſervandi a Peſte, de medendis Calculoſis & exulceratis renibus, &c.

§. 361. A. 1594. *Hieronymus Fracantianus*, qui abdicavit 1598. *Proſper Alpinus*, Maroſticenſis, natus 1553. 23. Novemb. Med. & Philoſ. D. Patavii 1578. 18. Aug., 1580. cum Georgio Emo, Conſule reip. Venetæ, in Ægyptum profectus pro medico, & per tres annos ibi commoratus, a. 1586. medicus Andreæ Doriæ Melphorum Principis & Claſſis Hiſpanicæ Præfecti, 1594. Patavii Profeſſor Simplicium, 1603. etiam Botanices in Horto, †. 1617. 5. Febr. cujus permagni æſtimantur libri, nominatim de Medicina Ægyptiorum, de Plantis Ægypti, de Balſamo, de Plantis Exoticis, de Rhapontico, de Præſagienda vita & morte ægrotantium, de medicina Methodica, opus poſthumum de hiſtoria Naturali Ægypti. 1596. *Johannes Thomas*

mas, Minadous, Rhodiginus, primum apud duos Venetorum in Syria Conſules officio medici functus, deinde apud Ducem Mantuæ, †. 1615. pridie Kal. Jun. Florentiæ, quo vocatus erat ad afflictam Magni Ducis valetudinem curandam, cujus egregii ſunt libri de Ptiſana pleuriticis propinanda, de cauſa Periodicationum in febribus, de Arthritide, de febre Maligna, de Variolis & Morbillis, Disputationes medicæ, oratio pro Avicenna, &c. inprimisque de humani corporis Turpitudinibus libri 3. Pater ejus, pariter inſignis medicus fuit *Johannes Baptiſta*.

§. 362. A. 1598. *Johannes Petrus Peregrinus*, Patavinus, †. 1623. *Henrichettus de Henrichettis*, vulgo *Aldreghettus de Aldreghettis*, Nobilis Patavinus, natus 1573. 3. Febr. †. 1631. 26. Jun. ex peſte, quem poſitum epitaphium vocat præ mira dicendi, docendi, medendi arte Triſmegiſtum Thaumaturgum, in Patavino literarum emporio Æſculapii Apollinis alumnum. Hoc anno reſtituta eſt, ad æmulationem promovendam juveneſque exercendos, Secunda medicinæ Practicæ extraordinariæ ſchola, quæ a. 1579. ſublata fuerat. A. 1599. pariter eandemque ob cauſam reſtituta eſt Secunda medicinæ Theoricæ extraordinariæ ſchola, quæ etiam a. 1579. fuerat ſuppreſſa. A. 1599. primarius medicinæ Practicæ profeſſor *Euſtachius Rudius*, Bellunenſis, †. 1611. multorum voluminum laudabilium autor, ut de Pulſibus, de Arte medica, de affectibus Externarum corporis partium, de morbis Occultis & Venenatis, qui ultimi præcipue magni ſiunt,

&c.

&c. A. 1600. Profeſſor factus *Tarquinius Carpanetus*, Patavinus, †. 1616.

§. 363. A. 1554. ex brevi Julii III. PP. ad Epiſcopum Patavinum, *Leo Benaja*, Hebræus Imolenſis, in ſacro medicorum Collegio examinatus eſt, probatus, gradibusque omnibus ac titulis ornatus. 1571. *Carolus de Hortis*, Veronenſis, qui a. 1570. Prorector fuerat, probatus eſt in Philoſophia & Medicina. 1574. ſimiliter in Philoſophia & Medicina Doctoris nomen & inſignia publice obtinuit *Benedictus Flanginus*, Cyprius, poſt geſtum ſuperiore anno Prorectoris munus. 1577. *Thomas Philologus de Rangonis* ſive Rangonus, Ravennas, Eques, teſtamento ædes ſuas Patavinas in Collegium ſtudioſorum 32. verti juſſit, eodem anno defunctus: idem a. 1520. Gymnaſio Patavino urbeque relicta, ſe medicinæ faciendæ Venetiis dederat: diciturque a. 1558. medicinæ Profeſſor Patavii fuiſſe, quam antea Bononiæ Romæque tradiderat; ſed nullo allato certo documento. Extant ejus curatio Mali Gallici, conſilium de vita Venetorum commoda, liber de Vita hominis ultra 120. annos producenda, de modo Collegiandi, de Microcosmi affectuum, maris, fæminæ, hermaphroditi, gallique miſeria.

§. 364. A. 1579. agente Germanorum præcipue natione decretum eſt, ut medicinæ Profeſſores duo ex Practicorum claſſe Xenodochium ſtatis temporibus inviſerent, ibique de morbis per occaſionem oblatis ad juventutis utilitatem diſſererent.

1590. *Vincentius Lomatius*, Mantuanus, ſuperiore anno Rector, medicinæ lauream & Doctoris inſignia publice ſumſit. Eodem a. *Paulo Galeato*, Vicetino, Artium Doctori & Chirurgo, conceſſum eſt, ut in Anatomicis doctrinis harum rerum ſtudioſos privatim exerceret. Theatri Anatomici Patavini, a. 1594. conditi, & vel in hac theatrorum multitudine atque elegantia conſpiciendi, inventorem ajunt fuiſſe Fratrem *Paulum Sarpium*, ex Ordine Servorum S. Mariæ, cui pariter inventio Circulationis Sanguinis, aliarumque pulchrarum in medicina, anatome, botanica rerum tribuitur, †. 1623. 14. Januar. ætatis a. 71. A. 1598. *Matthias Jacobæus*, Ripenſis Danus, qui 1597. fuerat Syndicus loco Rectoris, Doctoris laurea titulisque ſcholaſticis ornatus eſt in domo Sigism. Capiliſtii Comitis Palatini, non publice, eo quod noluiſſet ex Collegii formula Romanam fidem profiteri, & in Epiſcopi verba jurare. Eodem a. *David Placotomus*, Dantiſcanus, tametſi jam Licentiatus in medicina eſſet, & de alieno viveret, attamen pro temporum conditione Prorector creatus eſt.

§. 365. Bononiæ floruerunt, circa a. 1553. *Ulyſſes Aldrovandus*, Nobilis, Bononienſis, Philoſophiæ & Med. D. Collegiatus, Archigymnaſii Profeſſor, †. 1605. 4. Maji, octogenarius, primus forte collector Muſei rerum Naturalium; in quas bona ſua exhauſit, plurimum peregrinando artificesque alendo, unde nata ſunt illuſtria volumina, figuris plurimis exornata, nimirum Ornithologia, de Inſectis, de animalibus Exſanguibus, & poſt auto-

autoris obitum excuſa, Quadrupedum Biſulcorum hiſtoria, de Piſcibus, de Cetis, de Quadrupedibus Solidipedibus, de Quadrupedibus Digitatis Viviparis, & Oviparis, hiſtoria Serpentium & Draconum, Monſtrorum hiſtoria, cum Paralipomenis omnium animalium, Muſeum Metallicum, Dendrologia. *Gabriel Beatus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, qui multa manu exarata reliquit. *Johannes Baptiſta Theodoſius*, Parmenſis, civis Bononienſis & Profeſſor, Philoſ. & Med. D. cujus extant bonæ frugis Epiſtolæ medicinales. A. 1554. *Ovidius Gibettus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, doctrina & virtute præſtantiſſimus, cujus ſuperſunt manuſcripta.

§. 366. A. 1556. *Julius Cæſar Arantius*, Bononienſis civis, & Profeſſor per 32. annos, Philoſ. & Med. D. Colleg., eximius Anatomicus & Chirurgus, †. 1589. 6. April., editis præclaris doctrinæ & induſtriæ monumentis, quæ ſunt Obſervationes Anatomicæ, liber de humano Fœtu, commentarius in Hippocratem de Capitis vulneribus, liber de Tumoribus, Conſilia & Epiſtolæ. 1557. *Johannes Ludovicus Chartarius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., qui lectiones & commentarios phyſicos, logicosve, maximam partem in libros Ariſtotelis, vel ſecundum hujus mentem, edidit. 1559. *Balthaſar Piſanellus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. qui ſcripſit Italicâ linguâ de Eſculentorum Potulentorumque facultatibus, qui liber ob præſtantiam ſuam etiam Latine converſus eſt: porro de Peſte, ſuper librum Ariſtotelis de Anima,

Anima, de Cometa 1582. & alia. *Felix Caſtellus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., qui dedit Conſilia medica.

§. 367. A. 1560. *Dominicus Leo*, Lunenſis de Zuccano, civis Bononienſis, Philoſ. & Med. D., cujus eſt opus de Febribus, de Tumoribus præter naturam, Ars medendi. *Leonardus Fioravantus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., qui Italice edidit Secreta medicinalia & Chirurgica, Cogitata medica, regimen contra Peſtem, Speculum ſcientiæ univerſalis, Theatrum vitæ humanæ; ſed parum æſtimata. 1567. *Alexander Pomellus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., qui Philoſophica ſcripſit. 1570. *Caſpar Tagliacotius*, Bononienſis, civis & Profeſſor, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, †. 1599. 7. Novemb. natus annos 53., celeberrimus ob Curtorum Chirurgiam per inſitionem, editam Venetiis 1597. fol., quam artem didicerat ex parte a Bojanis, propterea ſtatuam a civibus adeptus cum Naſo in manu: idem jam antea de hoc invento Epiſtolam dederat ad Hieron. Mercurialem, cum hujus libro de Decoratione editam: ab aliis emiſſa ſunt ejusdem quædam Conſilia. 1571. *Valerius Feravantius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., cujus quædam opuſcula typis excuſa ſunt.

§. 368. A. 1572. *Æneas Vizanius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., †. 1603. cujus Conſilia nonnulla poſt mortem in aliis collectionibus prodierunt. *Camillus Baldus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., diu Vice-Cancellarius Studii

Studii Bononienſis, ſive Vicarius Archidiaconi, ſuorum temporum Ariſtides, †. 1634. natus annos 87. a quo editi ſunt in Ariſtotelis Phyſiognomica commentarii, tractatus de humanarum Propenſionum ex Temperamento prænotionibus, de naturali ex Unguium inſpectione præſagio commentarius, inprimis laudatus, præter Moralia ſcripta idiomate Italico. *Flaminius de Vulpe*, alias *Papazzonius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., Philoſophiæ Profeſſor Papiæ & Piſis, præceptor Cardinalis Federici Borrhomæi, emiſit orationem in Doctoratu *Cæſaris Pendaſii*, Bononiæ 1601. & Orationem in funere excellentiſſimi Philoſophi *Cæſaris Fantutii*, Collegii Philoſophorum & Medicorum Decani, cæci a puero, ibid. 1606. 1574. primo typis emiſſum eſt Collegii medicinæ, quod eſt Bononiæ, Antidotarium. *Julius Cæſar Claudinus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., & Profeſſor, cujus magnopere laudantur libri de Ingreſſu ad infirmos, cum appendice de remediis generoſioribus, tractatus de Criſibus & diebus criticis, Empirica rationalis, Reſponſionum & Conſultationum tomus, de Catarrho tractatus, Paradoxa medica, quæſtio de Sede Facultatum principum, cæt. præter manuſcripta, quæ apud ejus filium *Franciſcum*, pariter Doctorem Collegiatum, aſſervata ſunt, & quorum aliqua circa 1641. prelo parata. 1575. *Peregrinus Capponius*, Porrectanus, Philoſ. & Med. D., qui multa manu exarata reliquit, ut medicinam Porrectanam, Laternam medicinalem, Conſultationes & Diſputationes, cæt.

§. 369.

§. 369. A. 1583. *Johannes Baptiſta Corteſius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., natus 1554. †. 1634., ex barbitonſore præſtantiſſimus medicus & Chirurgus, & Profeſſor primum Bononiæ, deinde Meſſanæ, denique iterum Bononiæ, cujus in pretio habentur Miſcellaneorum medicinalium Decades 10., Practicæ medicinæ partes tres, in univerſam Chirurgiam inſtitutio, tractatus de Vulneribus Capitis & de Hydrocephalo, Pharmacopœia Meſſanenſis, &c. *Vincentius Mundinus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., qui in Artem medicinalem Galeni ſcripſit. 1584. *Petrus Antonius de Cattaldis*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D, inſignis Mathematicus, Arithmeticus præſertim, Algebraicus, & Geometra admirabilis, harumque diſciplinarum diu Profeſſor Bononiæ, aliquando etiam Perusii, in quibus permulta quoque ſcripſit atque edidit. 1586. *Laurentius Piratius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., & in Archigymnaſio Bononienſi Profeſſor Supraordinarius, cujus Prælectiones calamo exceptæ valde laudantur, inprimis tractatus de immoderatis excretionibus. 1597. *Bartholomæus Galleſius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., cujus habetur Epiſtola de morbo a. 1630. graſſante, item tractatus de Podagra. *Vincentius Montecalvus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Colleg., qui de rebus Metaphyſicis ſcripſit. 1598. *Carolus Ruinus*, Senator Bononienſis, ſaltim ob Anatomiam Equi, frequenter editam variis in linguis, memorandus.

§. 370.

§. 370. Mediolanenſes, circa 1553. clarus *Johannes Franciſcus Dugnanus*, Decurio. *Petrus Paulus Paravicinus*, filius Johannis, Phyſicus Collegiatus Comenſis, factus Civis Mediolanenſis 1547. cujus extat liber de Maſſinienſibus & Burmenſibus Thermis, multum laudatus, & jam 1545. excuſus. *Johannes Baptiſta Beſutius*, (Beſozzo,) Patricius Mediolanenſis, de Collegio Mag. D. D. Phyſicorum Mediolani, (in quod cooptatus 1550. 25. Junii,) Mariæ Hungariæ Reginæ & Imperatricis Archiater, †. Vindobonæ 1567. *Johannes Franciſcus Martignonus*, Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D. A. 1555. *Nicolaus Boldonus*, Mediolanenſis, Collegio Phyſicorum Mediolanenſium adſcriptus 1541. 8. Januar. Philoſ. & Med. D. Patavii creatus, Profeſſor primum Piſanus, deinde primarius Practicæ Ticini, Archiater & Protophyſicus, †. 1582. menſe Januar., ætatis a. 78., accitus etiam in ſenectute una cum Zacharia Caimo in Bohemiam ad curandam Mariam Auſtriacam & Rudolphum Imperatorem.

§. 371. Eodem circiter tempore in academia Ticinenſi floruit Profeſſor *Matthæus Bobius* : *Andreas Camutius*, ibidem Profeſſor publicus, qui contra Hieron. Cardanum ſcripſit 1563., nec non excuſſionem morbi præcipui, nempe Cordis Palpitationis Maximiliani II. Imp., ſimul ac aliorum aliquot præter naturam affectuum, Florent. 1578. vir ob ſcientiam pariter Theologicam & diſciplinarum omnium mirifice laudatus : & *Lucillus Philalthæus*, Campo - Nucerienſis ex ditione Patavina,

Philoſ. & Med. D., primum Bononiæ verſatus usque ad a. 1535., deinde Neapoli, tum Mediolanum traductus a Marchione Vaſto, ejus domus medicus & amplius triennio in caſtris comes, in hac urbe per 25. annos verſatus, ſimul poſt biennium adventus Profeſſor Artium & Med. in univerſitate Ticinenſi, vir Græce & Latine doctiſſimus, & aliquot veterum Græcorum Philoſophorum interpres Latinus, cujus etiam, præter commentarios in Ariſtotelem & manuſcripta, in lucem prodierunt Conſiliorum de graviſſimis morbis tomi duo, & methodus recitandi Curas ad uſum eorum, qui laurea Doctorali inſigniri cupiunt.

§. 372. *Hieronymus Baſſus*, Mediolanenſis, ibidem Phyſicus Hoſpitalis Majoris, clarus circa medium ſæculum. *Johannes Baptiſta Cardanus*, Hieronymi filius, Med. D., in Collegium Mediolanenſe cooptatus 1557. †. 1563. conſcripto libro de Fulgure, & altero, ſed ob præmaturam mortem non perfecto, de abſtinentia ab uſu Ciborum Fœtidorum, qui cum libris patris editi ſunt. *Johannes Angelus Cerius*, (Cerro,) Nobilis Mediolanenſis, cooptatus in Collegium Phyſicorum 1557. qui Carolo Borrhomæo Cardinali & Archiepiſcopo Mediolanenſi a. 1584. 3. Novemb. morienti affuit. *Hieronymus Boſſus*, Nobilis Mediolanenſis, in Collegium Phyſicorum receptus 1560. 22. Mart. qui pauperibus tantum & amicis ſine mercede medicinam facere voluit, cæterum Poeticis in lingua Italica laboribus delectatus. *Antonius Maria Venuſtus*, Nobilis Mediolanenſis, Artium & Med. D., qui

qui Bononiæ Orationem nomine liberalium Artium Bononienſi Academiæ habuit, editam 1565. jam antea vero 1561. ſcripſit Italice de rebus Nobiles Chriſtianos mercatores decentibus, & 1562. eadem lingua de Generatione & Nativitate hominum, 1571. autem, nunc Tergeſtinorum medicus, Conſilia medica, bonæ frugis. *Bartholomæus Mayrola*, Papienſis, cujus extat compendioſa Methodus in acutis morbis curandis.

§. 373. *Cæſar Rincius*, Mediolanenſis, filius *Bernhardini* Phyſici Collegiati, medicus & Philoſophus non vulgaris, in Collegium Phyſicorum receptus 1532. *Paulus Cigalinus*, Comenſis, Lector primarius medicinæ Practicæ in academia Papienſi, †. circa 1571. cui ſucceſſit Nic. Boldonus. *Gabriel Cuneus*, Mediolanenſis, qui in hac patria urbe anatomen docuit, factusque eſt Lector Anatomes Ticini, a quo publicatum eſt Apologiæ Franciſci Putei pro Galeno in Anatome (adverſus Veſalium) examen, 1564. quod ab aliis ipſi Veſalio attribuitur; item, univerſæ medicinæ Synopſis (in qua ejus Anatomicæ tabulæ,) 1595. *Petrus Martyr Tronus*, Camaro-Novarienſis, Profeſſor Chirurgiæ Ticini, cujus de Vulneribus & ulceribus capitis libri 4. poſt mortem autoris ab ipſius genero *Friderico Ghislerio*, itidem medico, typis commiſſa ſunt 1584. Ticini; prodiit quoque ejus liber Italicus de præſervatione Peſtis. *Ludovicus Variſius*, (Vareſe) de Appiano, Mediolanenſis, in Collegium Phyſicorum hujus Urbis relatus 1566. 9. Mart. †. 1592. 29. Januar. cujus quædam Con-

ſilia in Lautenbachii Collectione extant. *Annibal Caſtilioneus*, Mediolanenſis, Archiepiſcopo Carolo Borrhomæo percarus, ante a. 1594. mortuus. *Aurelius Dugnanus*, unus ex 60. Decurionibus Mediolanenſibus a. 1571.

§. 374. *Bernhardinus Baldinus*, Sunæ ad Lacum Majorem natus 1515. †. 1600. 12. Januar., Lector medicinæ in Univerſitate Papienſi, deinde Mathematum Mediolani, bonus Philoſophus, excellens Poëta, & in literis Humanioribus optime verſatus, cujus omnigenæ eruditionis, ſicut etiam medicæ, multa pluribus libris tam Latino quam Italico idiomate dedit documenta inde ab a. 1558. Ejus nepos, ab ipſo laudatus, *Franciſcus Imperatorius*, Lector medicinæ Ticinenſis. *Octavianus Ferrarius*, Nobilis Mediolanenſis, natus 1518. 23. Septemb. †. 1589. Medicus quidem pariter ac Philoſophus, ſed Profeſſor ſ. Lector, primus Philoſophiæ Mediolani in Scholis Canobianis, & cujus ſcripta edita, præclara quidem illa, ad Antiquitates fere ſpectant, ut de ſermonibus exotericis, de diſciplina encyclia, de origine Romanorum, cæt. vertit idem Athenæum ex Græco, & complures in Ariſtotelis libros varios prælectiones manuſcriptas reliquit. *Joſephus Caſatus*, Mediolanenſis, Collegio Phyſicorum ibi adſcriptus 1569. magni nominis inſignisque probitatis medicus, qui defenſiones præceptoris ſui Victoris Trincavelli in manuſcripto reliquit. †. 1594. Ejus filius *Johannes Paulus Caſatus*, Philoſ. & Med. D., cooptatus in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium 1590. 27. April.

April. Lector Canobianus Philoſophiæ Moralis, eruditionis Græcæ Latinæque & virtutis laude clariſſimus, †. 1612. *Hieronymus Vicecomes*, (Visconti,) Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D., cooptatus in Collegium medicum Mediolanenſe 1570. 20. Jun. ediditque quædam Poëtica Latina.

§. 375. *Zacharias Caimus*, Mediolanenſis, Med. D. in Collegium patriæ urbis receptus 1570. 3. Febr., Profeſſor Philoſophiæ Moralis Canobianus, in locum Octaviani Ferrarii defuncti electus, jam antea Archiater ſeu Protophyſicus ducatus Mediolanenſis, †. 1606. octogenarius, ſummæ exiſtimationis vir, aliquando etiam, ſcilicet a. 1581. circiter, in Bohemiam ad curandum Imperatorem Rudolphum & Mariam Auſtriacam accitus, ſcriptis tamen non inclaruit, niſi Conſiliis, in Lautenbachiana collectione obviis. *Hieronymus Tattus*, Mediolanenſis, circa 1570. clarus. *Johannes Baptiſta Carcanus Leonis*, Mediolanenſis, Gabr. Fallopii diſcipulus gratiſſimus, ab hoc ad Profeſſionem Anatomes & Chirurgiæ Patavii promovendus, necdum 25. annos natus, niſi mors Fallopii interceſſiſſet, (1564.) deinde Ticini Profeſſor Anatomes ultra 25. annos cum ſumma gloria, a quo editi ſunt libri de Cordis vaſorum in fœtu unione, de Muſculis Palpebrarum atque Oculorum motibus deſervientibus, de Vulneribus capitis, Exenteratio cadaveris Cardinalis Caroli Borromæi, & Italico ſermone Epiſtola de felici ſucceſſu ſuæ Anatomes a. 1585. In Profeſſione Anatomes ſucceſſit ipſi filius *Carolus*. *Bartholomæus Aſſandrius*, Mediolanen-

lanenſis, cooptatus in Phyſicorum Collegium 1570., Decurio 1592., Protophyſicus 1597. †. 1627. 3. Novemb. natus annos 82., fuitque etiam ſodalis Academiæ Inquietorum. Ejus filius *Horatius* Decurio factus in locum patris. *Johannes Petrus Gluſſianus*, (Giuſſano,) Patricius Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D., Collegii Phyſicorum membrum 1572. 29. Maji, poſtea factus Sacerdos, & Protonotarius Apoſtolicus, †. 1623. ætatis a. 70. *Petrus Martyr Marinonus*, Mediolanenſis, natus 1542. adhuc 1616. ſuperſtes, & quidem Sacerdos.

§. 376. *Alexander Parravicinus*, Mediolanenſis, circa 1576. clarus. *Lanfrancus Bonipertus*, Phyſicus Collegiatus Mediolanenſis, circa idem tempus. *Apollonius Menabenus*, Mediolanenſis, bonus quoque Poëta & doctiſſimus Philoſophus, aliquando Regis Suecorum Johannis archiater ante a. 1581., poſtea Vindobonæ commoratus, denique iterum in patria, ut videtur, ſcripſit de magno animali, quod Alcen vocant, hiſtoriam Cervi Rangiferi & Gulonis, Filfras (Vielfras) vocati, de cauſis Fluxus & Refluxus aquarum Stockholmenſium, præter manuſcripta. *Archileus Carcanus*, Mediolanenſis Phyſicus & Profeſſor Medicinæ Ticinenſis, excellens medicus, bonus Poëta & clarus Orator, †. 1588. Kal. Sextil. natus annos 32. editis jam Orationibus binis, in Aphoriſmos Hippocratis lucubrationibus, libris de Methodo medendi & de vero modo Collegiandi, nec non tractatu de Peſte. *Johannes Baptiſta Silvaticus*, Mediolanenſis, Med. D. Papienſis, Collegii Phyſicorum Me-

Mediolanenſium ſodalis 1575. 1. Jun., Lector primarius medicinæ Practicæ Ticini, †. 1621. publicatis pluribus eximiis operibus, ut ſunt de ſecanda in putridis febribus Salvatella deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparato, de iis qui morbum ſimulant deprehendendis, de Frigidæ potu poſt medicamentum, de materia Turgente & Aneurysmate, de compoſitione & uſu Theriacæ Andromachi, Controverſiæ medicæ centum, Galeni Hiſtoriæ medicinales enarratæ, de Unicornu, lapide Bezoar, Smaragdo, & Margaritis, eorumque in febribus peſtilentibus uſu, Collegii Mediolanenſium Medicorum origo &c. & viri illuſtres, Medicus. *Cæſar Rovidius*, (Rovida) Mediolanenſis, Græcis Latiniſque literis & Philoſophia perquam eruditus, etiam Poëta, cooptatus in Phyſicorum Collegium 1575. 14. Jul., mox Ticini Profeſſor Philoſophiæ cum ingenti applauſu, †. 1594., anno ætatis 35. (niſi error eſt,) relictis tantum manuſcriptis.

§. 377. *Johannes Petrus Airoldus Marcellinus*, (di Marcellino,) de Mandello in Mediolanenſi Ducatu, Philoſ. & Med. D. Patavinus, deinde Practicus Venetus, jam 1582. clarus, ſuperſtes adhuc 1613. qui edidit multa opera Franciſci Valleſii & Marci Antonii Majoragii. *Petrus Paulus Simoneta*, Mediolanenſis, jam 1571. medicinam in caſtris faciens, deinde Profeſſor Med. in Univerſitate Papienſi per 15. annos, ubi anatomen quoque animalium exercuit, & Compendium totius medicinæ edidit. *Jacobus Lampugnanus*, Mediolanenſis, na-

tus 1557. circa 1583. Profeſſor Philoſophiæ Mondovii, 1593. Archiater Gregorii XIV. PP. & Profeſſor in Archigymnaſio Sapientiæ, 1598. Collegio Phyſicorum Mediolanenſium adſcriptus, quum antea 1597. a Clemente VIII. PP. pro his Phyſicis dignitatem Equitum & Comitum Pontificiorum obtinuiſſet, ſuperſtes adhuc 1632. cujus complura opera manuſcripta laudantur. Ejus frater junior *Hercules* a. 1593. in Collegium Medicorum Mediolanenſe cooptatus eſt. *Antonius Reina* (Regna, Reyna,) Mediolanenſis, Collegio Phyſicorum accenſus 1588. 26. Febr. †. 1611. ætatis a. 45. medicus celebris. *Julius Cæſar Gluſſianus* fuit quidem Jureconſultus, ad eum tamen referuntur Conſultationes medicinales Hanoviæ 1628. editæ.

§. 378. *Hieronymus Sitonus*, Mediolanenſis, natus 1561. 21. Novemb. clarus a. 1587. †. 1630. 1. Aug. Mediolani. *Andreas Treviſius*, Fontaneto-Novarienſis, medicus Gallarati, deinde Archiater Iſabellæ Claræ Eugeniæ, Gubernatricis Belgii, in patriam reverſus 1622. ſuperſtes adhuc 1627. cujus a. 1588. prodiit liber de cauſis, natura, moribus, ac curatione peſtilentium Febrium vulgo dictarum cum ſignis ſive Petechiis; & 1622. Phœnix Principum, ſive Alberti Pii morientis vita. *Scipio Albanus*, Mediolanenſis, medicus celeber, circa 1590., deinde Sacros Ordines amplexus, Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ de Scala, Theologus, & Protonotarius Apoſtolicus, †. 1604. 24. Septemb. a quo laudatur (in Vita del Venerabile Girolamo Miani) *Franciſcus del Conte*, Mediolanenſis

nenſis medicus, præceptor celebris *Cicereji. Ludovicus Septalius*, (Settala,) Mediolanenſis, natus 1552. 27. Febr. Laureatus in medicina 1572., in Phyſicorum Mediolanenſium Collegium cooptatus 1573. 5. April., non multo poſt Profeſſor Practicæ Extraordinariæ in Univerſitate Ticinenſi, a quo munere tamen poſt quatuor annos ſe abdicavit, Mediolani praxi vacaturus, deputatus ibidem in peſte a. 1576., anno ætatis 30. perfecit verſionem Hippocratis de Aëre, Aquis & Locis cum Commentario: a. 53. factus eſt Lector Moralis Philoſophiæ Canobianus, judicatus omni exceptione major, quo in officio permanſit, oblatis licet aliis lautisſimis extra patriam conditionibus pluribus in Germania & Italia, nihilo tamen minus a Principibus rebusve publicis conſultus de Profeſſoribus conducendis: 1627. Protomedicus ſ. Archiater ducatus Mediolanenſis, †. 1633. 12. Septemb., vir etiam præſtantiſſimis ſcriptis inclytus, quæ nominatim ſunt, præter jam dictum Hippocratis librum, Animadverſionum & Cautionum libri novem, liber de Nævis, de morbis ex Mucronata Cartilagine evenientibus, de Peſte & peſtiferis affectibus, de Margaritis nuper allatis judicium, de præſervatione Peſtis liber Italicus, item Philoſophica, commentarii in Ariſtotelis Problemata, ab ipſo Latine reddita, de ratione inſtituendæ & gubernandæ Familiæ libri 5. (oppido rari,) de Ratione Status libri ſeptem Italice, eodemque ſermone Epiſtola de mobilitate Paſchatis, cæt. inſuper multa manuſcripta. *Raphaël Applanus*, Mediolanenſis, circa 1590. clarus. *Cæſar Bergamius*, Mediolanenſis, Phyſi-

cus Collegiatus, verſus finem ſæculi florens, a quo propalata, deciſio univerſalis ſuper Minoratione materiæ morbificæ in principio morbi facienda, rationalis diſcuſſio de præcautione a Calculis renum & a lapillis veſicæ, tractatus de Podagra.

§. 379. Varii, *Gabriel Gabrielius*, Nobilis Patavinus, inſignis Philoſophus & medicus, qui jam 1550. de Materiæ imminutione in principio morbi, item de totius evacuandæ Materiæ ratione ſcripſit. *Pamphilus Florembenus*, Foroſempronienſis, in botanicis verſatus, cujus Collectanea de Febribus eodem anno prodierunt. *Petrus Beroldus*, Veronenſis. *Dominicus Bucius*, Carmagnolenſis. *Johannes Antonius Siccus*, Cremenſis, cujus eſt diſſertatio de Optimo medico. *Aloyſius Luiſinus*, Utinenſis, Latinis literis probe excultus, cujus laudatiſſimi ſunt libri tres de compeſcendis animi Affectibus per moralem philoſophiam & medendi artem, Aphoriſmi Hippocratis hexametro carmine Latino redditi, Aphrodiſiacus ſ. collectio ſcriptorum de morbis Venereis, quæſtiones de Balneis. *Johannes Philippus Ingraſſias*, Rachalbutenſis Siculus, (jam 1544. ſcriptorum numero additus,) primum Profeſſor Neapolitanus, deinde praxin in patria ſecutus, exſtinctâ iſtic peſte Siculus Hippocrates appellatus, denique Protomedicus a Rege conſtitutus, †. 1580., inventor Stapedis inter auditus oſſicula; cujus maxime, inter permultos, memorabiles libri ſunt, commentaria in librum Galeni de Oſſibus cum eximiis iconibus, de Tumoribus præter naturam tomus primus (reliquis

tamen

tamen promiſſis quinque tomis non ſecutis,) quæ Capitis vulneribus ac Phrenitidi medicamenta conveniant ? de Purgatione per medicamentum, & an ſexta morbi die fieri poſſit Sanguinis miſſio ? quod Veterinaria medicina formaliter una eademque cum nobiliore hominis medicina ſit, materiæ duntaxat nobilitate differens, ex quo Veterinarii quoque ad Regiam Protomedicatus officii jurisdictionem pertineant : de Frigidæ potu poſt purgans ; &c.

§. 380. *Bartholomæus a Clivolo*, Taurinenſis, qui de Balneorum naturalium viribus ſcripſit a. 1552. *Sebaſtianus Paparella* a Monte Sancto, cujus extant Opera omnia collecta. *Johannes Baptiſta Raſarius*, Seſia-Novarienſis, Patricius, natus 1517. †. 1578. qui literas Græcas & Rhetoricen Venetiis per 22. annos docuit, poſtea earum diſciplinarum Profeſſor Ticini per quadriennium, magni habitus, & vertendis Græcis medicis aliisque autoribus laudem inprimis conſecutus. *Johannes Argenterius*, Caſtelnova-Pedemontius, Neapoli, Piſis, Monte Regali, denique Taurini Profeſſor Medicinæ longe famigeratiſſimus, idem tamen in medendo infeliciſſimus, reprehendendo Galeno celebre nomen adeptus, †. 1572. Idib. Maji, ætatis anno 59. cujus plurima opera aliquoties conjuncte typis mandata ſunt. *Hieronymus Donzellinus*, a Brixienſi, ſupra inter Patavinos Profeſſores relato, diverſus creditur, Veronenſis, certe poſt a. 1560. libros edidit, ut de natura, cauſis & legitima curatione febris Peſtilentis 1570. de remediis ferendarum Injuriarum, ſive de compeſcenda Ira 1586. &c. alteri

ri autem Brixienſi tribuitur verſio Galeni de Ptiſana, aliaque.

§. 381. *Johannes Bacchanellus*, Rhegienſis, cujus habentur libri de Conſenſu medicorum in curandis morbis, item in cognoſcendis ſimplicibus. *Nobilis Socius*, Salodienſis, qui pro Arabum tutela ſcripſit. *Johannes Baptiſta Suſius*, Mantuanus medicus, cujus eſt libellus de miſſione Sanguinis, in quo oſtenditur, in quibusnam hodie medici contra Hippocratis & Galeni ſententiam peccent: item de Venis e directo ſecandis libri tres, &c. *Johannes Franciſcus Duratius*, in Galenum de Locis affectis commentatus. *Julius Delphinus*, Ticinenſis, qui in tertium Galeni artis medicinalis librum explanationem, aliaque edidit. *Alexius Pedemontanus*, autor librorum de Secretis, quos Johannes Jacobus Weckerus ex Italico ſermone in Latinum transtulit. *Joſephus Scala*, Netino-Siculus, natus 1536. 28. Aug. Med. D. 1556. ſed eo ipſo anno †. 7. Jul. jam ſcriptis cognitus.

§. 382. *Bartholomæus Arnigius*, Brixianus, ibidemque Profeſſor medicinæ, infelix practicus, felicior Poëta Italicus, natus 1523. †. 1577. *Alphonſus Bertocius*, Fanenſis, cujus prodiit Methodus curativa. *Bartholomæus*, *Ludovicus*, & *Petrus Roſtinii*, qui conjunctâ opera Hippocratis Aphoriſmos in alphabeticum indicem redegerunt. *Georgius Fondulus*, medicus, Philoſophus, & Mathematicus. *Jacobus Præfectus*, Netino-Siculus, qui de diverſorum Vini generum natura ſcripſit. *Franciſcus*

ciſcus Imperialis, Terrilius. *Ferdinandus Balamius*, Siculus, qui plures Galeni libros interpretatus eſt. *Franciſcus Michinus* de S. Archangelo, a quo vulgatæ ſunt obſervationes Anatomicæ. *Nicolaus Macchellus*, Mutinenſis, qui quædam Galeni & Rhaſis ex Græco vertit, & de Lue venerea ſcripſit. *Petrus Jacobus Zovellus*, Carmagnolius, qui de Peſtilenti ſtatu librum evulgavit.

§. 383. *Cynthius Johannes Baptiſta Gyraldus*, Ferrarienſis, natus 1504. †. 1573. Profeſſor Oratoriæ & Poëſeos Medicinæque in patria urbe, ſimul Ducis Herculis II. Secretarius, poſtea aliis diverſis in locis humanitatis ſtudia profeſſus, in quibus etiam multa cum plauſu ſcripſit. *Junius Paulus Craſſus*, Patavinus, Collegii medicorum ſodalis, qui multos veterum medicorum Græcorum Latine cum laude vertit, ſcripſitque Mortis repentinæ examen, &, una cum *Bernhardino Tauriſano*, (an Turriſano?) ejusdem Collegii, Marcoque Oddo, meditationes in Theriacam & Mithridatium. *Bartholomæus Maranta*, vel de Maranta, Venuſinus, de medica præſertim Materia bene meritus, unde profecti ſunt ipſius libri tres methodi cognoſcendorum Simplicium medicamentorum; libri duo de Theriaca & Mithridatio Italice conſcripti, ſed a Camerario Latine redditi; Luculllianæ quæſtiones, ſive de aquis Neapoli in Luculliano ſcaturientibus; & quædam contra Matthiolum, de quibus tamen in ſingulari Epiſtola ſeſe excuſavit.

§. 384. *Aloyſius ſ. Ludovicus Cornarus* vel *Cornelius*, Nobilis Venetus, non quidem profeſſione medicus, ſed qui, quum in ætate florida, intemperanter vivendo ſemper adverſa valetudine conflictatus eſſet, poſtea leges diæteticas naturæ ſuæ accommodatas ſtudioſe obſervando, vitam ſanus ac vegetus ultra centum annos produxit, quam ſuam vivendi rationem expoſuit ipſe vehementerque commendavit in libello Italico de commodis vitæ ſobriæ, in plurimas linguas translato, creberrimeque typis excuſo. *Leo Roganus*, Cajetanus, qui de Pulſibus & Urinis, ſecundum Galenum & Hippocratem commentatus eſt. *Johannes Marinellus*, Venetus, commentariis in Hippocratem, & libro Italico de medicina valetudinis Mulierum inprimis clarus. *Hieronymus Craſſus*, Utinenſis, Chirurgicis ſcriptis maxime celebris.

§. 385. Poſt a. 1560. inclaruerunt, *Ferdinandus Caſſanus*, Viaggio - Neapolitanus. *Bartholomæus Mayrola*, Papienſis. *Franciſcus Alexander*, Vercellenſis, cujus prodiit Phœbus ſive Apollo medicorum de medicamentis, item tractatus de Peſte. *Franciſcus Puteus*, Vercellenſis, qui pro Galeno in Anatome adverſus Veſalium ſcripſit. *Hieronymus Maſſarius*, Vicetinus, qui Hippocratem de natura hominis Latine reddidit & paraphraſi illuſtravit. *Johannes Andreas Nola*, Crotoniata, qui pro Arabibus, & de ſedimento contra Ferd. Caſſanum ſcripſit. *Petrus Foglia*.

§. 386.

§. 386. *Johannes Baptiſta Porta*, Neapolitanus, †. 1615. ætatis a. 70., quamvis non medicus, multa tamen compoſuit ad medicinam pertinentia, eaque celebratiſſima, ut de Phyſiognomia libros 6., Phytognomicorum libros 8., Magiæ naturalis libros 20., de Deſtillationibus libros 9. cæt. *Johannes Paulus Pernumia*, Patavinus, cujus nova Medendi ratio vehementer a nonnullis propter artificioſiſſimam methodi univerſalis deductionem laudatur. *Scipio Caſſola*, cujus extat diſceptatio, an Epithematum uſus antiquis medicis fuerit cognitus. *Chriſtophorus Baravalus*, Monsregalenſis, a quo divulgatus eſt liber de Peſte, & alter de tempore dandi Catapotia. *Nicolaus Rorarius* de Portunnone, Utinenſis, qui Conciliationes veterum medicorum dedit. *Petrus Angelus Agathus*.

§. 387. *Alphonſus Ciccarellus*, Spoletinus, medicus & hiſtoricus, qui propter ementitos aliisque ſuppoſitos libros morte mulcatus eſt. *Petrus Leo*, Vercellenſis, Philoſophiæ & medic. Profeſſor Ferrariæ. *Remigius Melioratus*, Laureto - Neapolitanus, ſ. Sulmonenſis, Profeſſor Sophiſticæ & Logicæ Patavinus ab a. 1535. antea Piſanus, qui de Putredine adverſus Argenterium ſcripſit. *Bernhardinus Tomitanus*, Patavii natus, origine Feltrienſis, Patavii Profeſſor Logicæ ab a. 1539. ſumma cum laude & frequentia, ſed rerum Logicarum tandem pertæſus, quum Philoſophiæ ſcholam obtinere non potuiſſet, a. 1563. extortâ, quamvis difficillime, vacandi veniâ, in otio liberali vixit, erga

erga amicos comis, officioſus in reliquos, ſibi felix; ſcripſit de morbo Gallico.

§. 388. *Bartholomæus Euſtachius*, Sanctoſeverinas, primum medicus Ducis Urbini, deinde Protomedicus Romanus & Anatomes Profeſſor in Archigymnaſio, †. 1574. Veſalii defectus & aberrationes optimo cum ſucceſſu ſupplere atque emendare aggreſſus, inclytus elaboratis Opuſculis Anatomicis, Erotiano cum annotationibus, libro de Multitudine, denique præſtantiſſimis Tabulis Anatomicis, quæ vero tabulæ demum a. 1714. ab illuſtri Archiatro Lanciſio in lucem protractæ ſunt. *Omnibonus Ferrarius*, cujus laudandi ſunt libri de arte medica Infantium, & de Regulis medicinæ. *Johannes Baptiſta Donatius*, cujus egregii libri ſemiotici aliique conjuncte extant ſub titulo, rei medicæ ſtudio Stipendia ſex, item de Maturitate materiæ in morbis libri tres. *Joſephus Valdanius*, Veronenſis, cujus prodiere quæſtiones duæ, nimirum utrum in Lienis affectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus, & an in morborum initiis ſolum, quum materia turget, Purgantibus medicamentis uti liceat? item libri duo de Theriacæ uſu in febribus Peſtilentibus. *Hieronymus Feroldus*, & *Bartholomæus Gajonus*, quorum extant Epiſtolæ ad modo relatam quæſtionem priorem Valdanii. *Sebaſtianus Paparella*, a Monte Sancto, jam ab a. 1551. clarus autor, & poſtea plurium librorum, conjuncte etiam recuſorum. *Archangelus Piccolhominus*, Ferrarienſis, Profeſſor Ro-

Romanus, natus 1526. qui jam 1556. Pariſiis edidit commentarium in librum Galeni de Humoribus, & Anatomicas prælectiones 1586. Romæ, a nonnullis quidem parvi habitas, ab aliis vero multum laudatas.

§. 389. *Nicolaus Rhodius*, Scillaceus, qui contra Ferd. Caſſanum ſcripſit. *Janus Matthæus Duraſtantes*, Sancto-Juſtanus, qui de Rhabarbaro toſto, Aceto ſcillino, Aloë, pluribusque ſingularibus materiis utiles libros evulgavit. *Franciſcus Calceolarius* junior, Veronenſis, celebris ob iter Botanicum e Verona in Baldum montem, Compendium Matthioli de Plantis, Muſeum rerum inprimis naturalium, a *Benedicto Ceruto*, itidem Veronenſi, antea cœptum. *Johannes Coſtæus*, Laudenſis, Profeſſor medicinæ Taurini & Bononiæ præclarus, †. 1603. cujus ſunt bonæ frugis libri de univerſali Stirpium natura, de Potu in morbis, de facili medicina per Seri & Lactis uſum, de Igneis medicinæ præſidiis, de humano Conceptu, annotationes in Avicennam, itemque in Meſuen, aliaque plura. Ejus filius *Johannes Franciſcus*, Artium & Med. D. & per plures annos Profeſſor Patavii, deinde vero Jurium D. & Profeſſor Bononiæ. *Georgius Dordonus*, Placentinus. *Proſper Borgarucius*, Profeſſor Patavinus, tituli Medici Regis Galliarum ornatus. *Paulus Cigalinus*, Comenſis primarius Profeſſor Med. Ticinenſis, †. 1598. ætatis a. circiter 70. qui de Plinio Majore ſcripſit: ejus frater, etiam medicus, *Zaninus*, †. 1561. natus annos 39. menſes 8. dies 4.

§. 390. *Marcellus Donatus*, Mantuanus, cujus de medica Hiſtoria mirabili libri ſex plurimi fiunt. *Marinus Brocardus*, Venetus. *Lactantius Eugenius*, Montefanenſis, qui ſcripſit de Maris & Fæmellæ generatione. *Jacobus Scutellarius*, Parmenſis, commentator Hippocratis. *Vincentius Calzavelia* (Calzavaglia) Brixianus, qui ſcripſit de Theriacæ abuſu in febribus peſtilentialibus. *Hieronymus Confortus*, Brixianus, cujus prodiit libellus de Vino mordaci. *Archangelus Mercenarius*, ex Monte Sancto, Picens, 1561. Patavii Profeſſor Philoſophiæ, ſed qui 1584. ex improviſo, nullâ petitâ veniâ disceſſit, magnamque diſcipulorum multitudinem deſeruit; cæterum adverſus Thomam Eraſtum de Putredine ſcripſit. *Johannes Thomas Musconius*, Soncinas, etiam Poëta. *Johannes Paulus Natius*, Rhodiginus. *Johannes Altimarus*, ſ. ab Altomari, Averſâ-Neapolitanus.

§. 391. Poſt 1570. *Philippus Palatius*, Trebias, cujus eſt methodus Vulneribus medendi cum medicamento, quod aqua ſimplici & fruſtulis cannabis vel lini conſtat. *Franciſcus Franchinus*. *Guilielmus Magiſtratius*, (dub. an Italus.) *Johannes Baptiſta Cananus*, Nobilis Ferrarienſis, Julii III. PP. Archiater, poſtea Ducatus Ferrarienſis Protomedicus, qui a. 1578. ætatis a. 63. vivus ſibi monumentum ſepulcrale fecit, ejusque prodiit Musculorum humani corporis picturata disſectio. A Lanzono commemoratur *Antonius Maria Cananus*, a Superbo *Franciſcus Maria Cananus*, itidem Ferrarienſes medici; ſed ſine indicio temporis.

Petrus

Petrus Bonus Lombardus, Ferrarienſis, qui Chemica ſcripſit. *Celſus Martinengus*, Clarius, cujus inter alia prodiere de prævidendis Morborum eventibus libri tres. *Horatius Morus*, qui tabulas Chirurgiæ edidit. *Johannes Juvenalis Ancina*, (de las Enzinas, nam ex Hiſpania originem duxit hæc familia,) natus Foſſani 1545. 19. Octob. Poëta, Med. D. & Profeſſor Taurini, circa 1570., medicus Madrutii Legati Hiſpanici Romæ 1574., deinde theologus, in Congregationem Oratorii ingreſſus 1578., factusque Epiſcopus Salutienſis, †. 1604. 31. Aug. *Paulus Aicardus*, de Albenga, Joh. Vinc. Pinelli nec non Hier. Mercurialis amicus intimus. †. 1607. 10. Aug.

§. 392. *Benedictus Patina*, Brixienſis, natus 1534. †. 1577, ad Maximilianum II. Imp. palpitatione cordis laborantem accitus, qua de re etiam Conſilium edidit; cæterum Poëta quoque ſatyricus. *Julius Jaſolinus*, Anatomicus. *Antonius Paſienus*, qui in Hippocratis librum de Aeribus, aquis & locis commentarium edidit Brixiæ. *Johannes Nicolaus Rogerius*, qui ſcripſit de Sede animæ membrorumque principatu, item de recta curandi ratione per Sanguinis miſſionem. *Franciſcus de Accoltis*, Aretinus. *Antonius Maria Parolinus* vel *Parolarius*, Ferrarienſis, Franc. Patritii amicus, †. 1588. immature. *Marcus Antonius Æmilius*. *Gabriel Fraſcatus*, Nobilis Brixienſis, Iatromathematicus, & Poëta, †. 1582. quum Regis Hiſpaniarum Archiater eſſet deſignatus. *Johannes Martinus Euſtachius*, Gambateſâ - Neapolitanus, qui

ſcripſit vitam Galeni, de Medico, de medicinæ antiquitate, cæt. *Beliſarius Gadaldinus. Alexander Seraticus*, Artium & Med. D., Veronenſis, †. 1575. *Antonius Griſentus*, Brixianus. *Saladinus Tarus. Alexander Canobbius. Franciſcus Creſcentius. Thomas Sommentius*, Cremonenſis. *Conſtantius Landus*, Placentinus. *Fabritius Boidus*, Alexandrinus, †. 1593.

§. 393. *Franciſcus Stabilis*, Potentinus, a quo vulgata defenſio contra nonnullos aſſerentes, Pudendorum inflammationem non eſſe peſtis ſignum, cum enarratione eorum, quæ in corporibus vivis & mortuis publice inſerviens obſervavit 1576: item dexter uſus Sanitatis tuendæ. *Jacobus Trunconius* de Plebe Sancti Stephani, qui ſcripſit de Peſte & Peſtilenti morbo 1577. Florentiæ, item de cuſtodienda Puerorum ſanitate ante partum, in partu, & poſt partum ibid. 1593. *Andreas Gabriellus*, Senogallienſis, qui eodem a. 1577. de Peſte ſcripſit. *Franciſcus Alphanus*, Salernitanus, cujus opus de Peſte, febre Peſtilentiali, & febre Maligna, nec nón de Variolis & Morbillis quatenus nondum peſtilentes ſunt, eodem a. 1577. lucem aſpexerunt publicam. *Johannes Antonius Turcus*, Veronenſis Collegii membrum, etiam Philoſophus & Theologus, excellens practicus, immenſa novatorum commentaria præ una Hippocratis & Galeni pagina ſe facile contemnere profeſſus, cujus extat opus de principiis Naturæ. *Annibal Brigantus. Sébaſtianus Ajellus*, (de Ajello) Neapolitanus, Philoſophus & medicus, ſcriptor Italicus. *Dominicus*

Tere-

Terelius, Lucenſis. *Joſephus Muginus.* *Johannes Franciſcus Ulmus*, Brixienſis, qui de certa ratione judicandi ex Urinis libros 4. edidit, item complura ſermone Italico medica, philoſophica, nec non carmina, †. 1612. ſenex. *Salvus Sclanus*, Neapolitanus, ibidem Profeſſor, peritus Anatomicus, commentator Hippocratis & Galeni, qui Apologiam ſuorum in Hippocratis Aphoriſmos commentariorum adverſus Johannem Altimarum, medicum pariter Neapolitanum, edidit.

§. 394. *Andreas Cæſalpinus*, Aretinus, Profeſſor Medicinæ Piſanus, & Archiater Clementis VIII. PP., †. 1603. natus annos 84.; peracutus Philoſophus, qui Ariſtotelis partes contra Galenum ſuſcepit, & in Quæſtionibus ſuis Peripateticis & Medicis 1593. Circulationem ſanguinis tam majorem quam minorem jam manifeſtis adſtruxit argumentis: reliqui ejus, iidemque præſtantiſſimi, libri ſunt, Speculum artis medicæ Hippocraticum, Praxis artis medicæ, de Plantis libri 16. eorumque Appendix, in quibus fundamenta jecit methodi Botanicæ naturæ convenientis: de Metallicis libri 3. de Medicamentorum facultatibus libri 2., Dæmonum inveſtigatio Peripatetica. *Johannes Andreas a Cruce*, qui præclarum opus Chirurgiæ publicavit Venetiis 1573., plenius autem opus Italicum ibidem 1583. *Marcus Squarcialupus*, cujus eſt liber de Amygdalarum amararum vi contra ebrietatem. *Hieronymus Sachetus*, Ælianus.

§. 395. Poſt a. 1580. *Marſilius Cagnatus*, Veronenſis, Profeſſor Romanus, in Philologia, Ma-

 theſi,

theſi, & Philoſophia pariter apprime verſatus, cujus extant Enarrationum liber, variarum Obſervationum libri 4., de Sanitate tuenda libri 2., Opuſcula varia, aliaque. *Franciſcus Thomaſius*, Hetruſcus. *Bartholomæus Albanus*, Bergomenſis, ibi Profeſſor med. *Vincentius Carrarius*, Ravennas, cujus prodiit opuſculum de Medico ejusque erga ægrum officio. *Johannes Baptiſta Goynæus*, Iſter Pyranenſis. *Æmilius Duſus*, Braidenſis. *Paulus Juliarius*, Veronenſis, de Vulnerum capitis curatione commentatus. *Auguſtinus Donius*, Conſentinus. *Alphonſus Moreſcotius*. *Auguſtinus Buccius*, Taurinenſis.

§. 396. *Zefiriel Thomas Bovius*, qui Rationalem medicorum ſectam impugnavit. *Johannes Angelus de Contecillis*, ab Aquila. *Johannes Jacobus Mannus*, qui ſcripſit de Malleolorum ſcarificatione ex veterum ſententia. *Petrus Paulus Magnus*. *Petrus Salius Diverſus*, Faventinus, cujus vehementer probata ſunt opera, nominatim de Febri Peſtilenti, Curationes quorundam particularium morborum, quorum tractatio ab ordinariis practicis non habetur, Annotationes in Artem medicam Donati Antonii ab Altomari, Commentaria in Hippocratem de Morbis & in Avicennam de Morbis particularibus. *Johannes Paulus Gallucius*, Saloënſis, qui de Temporibus ad medendum accommodatis ſcripſit. *Johannes Baptiſta Gemma*, Venetus, qui de vera ratione curandi Bubonis atque Carbunculi peſtilentis commentarium edidit. *Dominicus Bertacchius*, Camporegianenſis. *Johannes Æmilianus*, Ferrarienſis,

ſis, cujus prodiit naturalis de Ruminantibus hiſtoria.

§. 397. *Baccius Baldinius*, Cosmi Magni Archiater & Bibliothecarius, qui commentatus eſt in Hippocratis librum de Aquis, aere, & locis, ſcripſitque de Cucumeribus. *Michaël Vicinantius*, Salernitanus. *Conſtantinus Lucas*, Alexandrinus. *Scipio* vel *Hieronymus ex Mercuriis*, Romanus, monachus Ordinis S. Dominici, qui poteſtatem obtinuit exercendi medicinam, ediditque Italicâ linguâ Horologium ſanitatis, librum de malo Francico, de Erroribus popularibus Italiæ libros 7., artis Obſtetriciæ libros 3. cæt. *Hieronymus Briſianus*, Salodienſis, cujus eſt Geræologia, Nova medicina, in qua multorum errores reteguntur, &c. *Nereus Nerius*, Florentinus, cujus habetur aſſertio, quod in ſiniſtri lateris ſtupore a cauſa frigida oborto licet ſanguinem mittere per ſedis venas & applicare cauterium occipiti. *Antonius Picciolus*, Cenetenſis, qui de Manus inſpectione libros tres compoſuit. *Aſcanius Mancinellus*, Anglonenſis.

§. 398. *Michaël Gavaſſetius*, Novellarienſis, Profeſſor Patavinus, qui ſcripſit Anatomica, de Indicationibus curativis, de natura Cauterii, &c. *Salluſtius Salvianus*, Hippolyti filius, cujus prodierunt eximii Variarum lectionum in re medica libri tres, rariores quidem inventu, item de Calore naturali, acquiſititio, & febrili libri 2. aliaque. *Theodorus Angelutius* a Belforte, †. 1600. cujus extant de Maligna febre libri 4., etiam contra criminato-

rem quendam defenſi, alias contra Franc. Patritium ſcripſit, & Virgilium verſibus Italicis reddidit. *Ferdinandus Euſtachius*, qui de vita humana a facultate medica proroganda ſcripſit. *Evangeliſta Quatrammus*, Eugubinus, Monachus, qui de præſervatione & curatione Peſtis lingua Italica ſcripſit, item Latine de Theriaca & Mithridatio. *Gerbardus Columba*, Meſſanenſis, cujus de Febre Peſtilente libri 2. applauſum meruere. *Paulus Crincus*, Siculus.

§. 399. *Valentinus Valentinius*, qui apologiam pro ſua Pilularum compoſitione publicavit. *Baldus Angelus Abbatius*, medicus Ducis Urbinatis, qui de admirabili Viperæ natura & de mirificis ejus facultatibus bene ſcripſit, item Concertationum diſcuſſarum libros 15. *Johannes Padouanus*, (Paduanus.) *Aſcanius Centurius de Hortenſiis*. *Felix Accorambonus*, Hieronymi filius, qui in Galenum de Temperamentis & Theophraſtum de Plantis commentatus eſt, præter alia Philoſophica. *Hieronymus Braſſavola I.*, Ferrarienſis, *Antonii* filius, qui vixit annos 57., cujus eſt liber de Officiis medicis, & in primum Aphoriſmorum Hippocratis librum expoſitio. *Johannes Petrus Paſſerus*, Bergomas, qui de cauſis mortis in Vulneribus capitis ſcripſit. *Johannes Baptiſta Pona*, Veronenſis. *Cæſar Cremoninus*, Centenſis, Profeſſor Philoſophiæ Ferrarienſis & Patavinus longe celeberrimus, Ariſtotelis Genius & Græcorum interpretum Lucerna dictus, non quidem medicus, ſed propterea commemorandus, quod & Phyſiologica ſcripſit, &

pro

pro Ariſtotele contra Galenum, †. 1631. octogenarius.

§. 400. Poſt a. 1590. *Bartholomæus Vicarius*, cujus laudandus eſt liber de ægrotantium optimo aſſiſtente. *Hannibal de Nicolinis. Baptiſta Codronchius*, Imolenſis medicus, complurium bonorum librorum autor, ut de vitiis Vocis, de Veneficiis, de Hydrophobia, cæt. *Pamphilus Herilacus*, Reatinus, qui de Aquis, Vinis, & Arthritide accurate egit. *Felicianus Betera*, Brixianus, qui de cunctis affectibus Malignis libros 12. edidit. *Pius Æneas Caprilius*, Ferrarienſis, cujus extant de Febribus Putridis libri 2. *Hieronymus Montaltus*, Platienſis Siculus. *Johannes Balcianellus*, Arzignanus, qui de abuſu Antimonii & Caſſiæ purgantis Italice ſcripſit. *Octavianus Roboretus*, Tridentinus medicus, cujus eſt de Peticulari febre Tridenti 1591. publice vagante liber bonæ frugis practicæ plenus.

§. 401. *Fabius Columna*, Neapolitanus, Academicus Lynceus, †. circa a. 1650. ætatis anno 83., qui ut veram radicem Valerianæ ad ſuam ipſius epilepſiam curandam inquireret, Botanicus factus eſt, ediditque præſtantiſſimos libros, eosque ex primis editionibus perraros, nominatim Phytobaſanon ſive Plantarum aliquot hiſtoriam, Ecphraſin minus cognitarum ſtirpium 2. partibus, tractatum de Purpura, &c. *Petrus Pariſius. Andreas Chioccus*, Veronenſis, in Græcis quoque & Poëſi ver-

ſatiſſimus, qui inter alia bona volumina ſcripſit de Collegii Veronenſis illuſtribus medicis, & Franc. Calceolarii Muſeum deſcriptum dedit, †. 1624. *Johannes Donatellus*, Caſtilionenſis, cujus extat de Febre Maligna diſputatio cum Theodoro Angelutio. *Ludovicus Roſellus. Franciſcus India*, Veronenſis, cujus extant Hygiphilus primus, ſecundus, & tertius de Febre Maligna, item de Gutta podagrica, chiragrica, & arthritica libri 2. *Alphonſus Baroccius*, Ferrarienſis, ibidem, ut videtur, Profeſſor, a quo vulgatæ ſunt in primam Aphoriſmorum Hippocratis ſectionem Lectiones, eodem ordine habitæ, quo puncta a Laureandis explicari ſolent; ejusdemque Lectionum de Febribus liber primus a *Johanne Libiolo*, Ferrarienſi, exceptus & editus eſt Ferrariæ 1606.

§. 402. *Camillus Theſaurus* de Corneto, qui Pulſuum opus abſolutiſſimum 6. libris edidit. *Caſparus Sermundus. Horatius Guarguantus*, Soncinas, cujus Reſponſa ad varias ægritudines & tres tractatus collegit ediditque Frater *Cyprianus Mantegarrius*, Venetus. *Durantes Scacchus*, Fabrianenſis. *Joſtrerius de Joſtreriis*, Baſſanenſis, cujus habentur Admirationes medicæ de uſu Veſicantium promiſcue in morbis omnibus, de Cucurbitulis affigendis importune, de Venæſectionis omiſſione, de Purgatione incongrua, de Victus ratione monſtroſa, &c. *Silveſter Facius. Aurelius Minadous*, Rhodiginus. *Andreas Boſchius* vel *Boſcus*, Italicus ſcriptor. *Diomedes Amicus*, medicus Placentinus,

tinus, cujus extant de morbis Communibus, & de morbis Sporadicis libri. *Gabriel Ferrara*, qui ſilvam Chirurgiæ Italice ſcripſit.

§. 403. *Johannes Pona*, Veronenſis, cujus in magno pretio habetur deſcriptio montis Baldi (botanica,) ex Italico etiam Latine verſa; eique in nonnullis editionibus acceſſerunt *Honorii Belli* ſtirpes in Creta obſervatæ. *Bernhardinus Cajus*, Venetus, qui ſcripſit de Alimentis, quæ cuique naturæ conveniant, & alia. *Hippolytus Boſcus*, (*Boſchi*,) Ferrarienſis, qui Anatomica & Chirurgica ſcripſit. *Bartholomæus Caſtellus*, Meſſanenſis, autor Lexici Medicinalis, Philoſophiæ, Medicinæ, & Theologiæ D., Profeſſor medic. Meſſanæ. *Hieronymus Veneroſius*, Genuenſis. *Johannes Baptiſta Mella*. *Petrus Paulus Galeo*, Peruſinus.

§. 404. *Fortunatus Fidelis*, Siculus, cujus præter alia ſunt de Relationibus medicorum libri 4. *Cæſar Mocha*, Pedemontanus. *Joſephus Phavorinus a Clavariis*, Fabrianenſis. *Ferrantes Imperatus*, Neapolitanus, hiſtoriæ Naturalis libris 28. clarus. *Philander Colutius*, Veſiternus. *Johannes Baptiſta Gemma*, Venetus. *Fabius Pacius*, Vicetinus, partu ſeptimeſtri natus 1547. †. 1614. 12. Octob. Philoſ. & Med. D. Patavii 1575. 9. Jun. inſignis practicus in patria, ſpretis multis lautiſſimis conditionibus Academicis, (cujus filius *Fabricius* pariter ibidem practicus fuit celebris;) in Galenum commentatus. *Johannes Hieronymus Pulverinus*, Neapolitanus, cujus Praxis perſæpe typis mandata eſt.

eſt. *Lælius a Fonte*, Eugubinus. *Petrus Verderius*, Venetus. *Lucius Lælius*, Fulginas, cujus prodiit liber de Sarmatica lue. *Carolus Gallus*, qui ſcripſit de febribus Peſtilentibus & Malignis. *Franciſcus Muratorius*, qui Apologiam therapiæ, quam ipſe in vulnere brachii ex ſclopeto adhibuit, ſcribere coactus eſt. *Benedictus Baſellus*, Bergomas, †. 1621. *Cæſar Crivellatus. Franciſcus Maria de Tectoriis*, Urbinas. *Nicolaus Andreas de Urſo*, Neapolitanus.

§. 405. Galli: Archiatri Regum, HENRICI II. *Jacobus Sammarthanus* vid. infra. *Johannes Fernelius*, Claromontanus, †. 1558. 26. April. ætatis a. 52. conſiliis ſuis Reginæ partus laboribus feliciter peractis maximam gratiam & celebritatem adeptus, in Latinis Græcisque plurimum verſatus, primum Mathematicis artibus addictus, deinde praxin medendi feliciſſime ſecutus, qui multa pereleganter perque erudite ſcripſit, inprimis univerſæ Medicinæ ſyſtema, ipſiusque libri jam ipſo vivente per Galliam in ſcholas ad prælegendum recepti fuere. *Hieronymus Montuus*, (Dumont) Sebaſtiani filius, Mirebelli Dominus, cujus multa extant opera, ut de Medicis hexalogi, opuscula Juvenilia, Haloſis febrium, Anaſceve morborum, Practica medica, &c. idem quoque Franciſci II. fuit Archiater. *Johannes Capellanus*, (Chapelain,) filius, Ambianus, etiam poſthac Caroli IX. Archiater, †. 1569. ex peſtilentia in obſidione Fani Johannis. FRANCISCI II. præter modo dictum Hier. Montuum, &c. *Guilielmus Miletus*. CAROLI IX. præter

ter Capellanum, *Honoratus Caſtellanus*, (du Chaſteau,) de Riez ex Provincia, †. eodem tempore & morbo, quo Capellanus, antea Profeſſor Monspelienſis, cujus Facultatis Profeſſoribus ampliora apud Regem ſalaria procuravit a. 1564. *Johannes Maziles*, Belovacenſis, Doctor Facultatis Monspelienſis. *Franciſcus Miron*, de Tortoſa, ejusdem Facultatis Doctor. *Nicolaus Dortomannus*, Arnhemo-Batavus, Profeſſor Facultatis Monspelienſis 1574. etiam archiater Henrici IV. 1589. †. 1596. *N. de la Riviere*, Baſileenſis. *N. Petit*, Doctor Facultatis Aurelianenſis: (an ille Petit, de Gien, archiater quoque Henrici IV.?) *N. Milon*, forte idem, qui ſub Henrico IV. occurret. HENRICI III. *Marcus Miron*, Dominus de l'Hermitage. *Petrus Langlois*, vid. infra. HENRICI IV. modo dictus Nic. Dortomannus. *Andreas Laurentius*, (du Laurens,) Arelatenſis, Profeſſor & 1603. Cancellarius Facultatis Monspelienſis, Archiater Reginæ Mariæ Mediceæ 1603., Regis Henrici IV. 1606. †. 1609. natus annos 55., cujus habentur in pretio Hiſtoria Anatomica, de Criſibus libri 3., de mirabili Strumas ſanandi vi Regibus Galliarum tanquam divino charismate conceſſa libri 2. *Rochus le Baillif de la Riviere*, Conſiliarius Regius & Archiater, Paracelſi & Chemiæ ſectator. *d'Aliboux Petit*, de Gien, Facultatis Monspelienſis Doctor. *Petrus Milon*, Pictavienſis, pariter Facultatis Monspelienſis Doctor.

§. 406. Monspelienſis Facultatis Doctores Regentes ſive Profeſſores, jam ſuperiorum temporum,

ante

ante ſtipendia Regia conſtituta, circa a. 1200. aut 1210. florens *Richardus*. 1239. *Henricus de Guintonia*, forte Anglus natione, (Wintonienſis,) Cancellarius. 1260. *Petrus Guazanbaire*, Cancellarius. 1280. *Anſelmus de Janua*. 1290. *Arnaldus de Villa Nova*, medicus Clementis V. PP. 1300. *Guilielmus de Mazero*, etiam Clementis V. PP. medicus: *Boenner de Aleſto*: *Gerardus Bututus de Solo*, Cancellarius. *Profatius* Judæus: *Johannes de Aleſto*, Cancellarius, etiam Archiater Clementis V. PP. 1318. *Bernhardus de Gordonio*. 1319. *Guilielmus de Biterris*, Cancellarius. 1321. *Guilielmus Ganberti*, Cancellarius. 1328. *Jacobus Ægidii*, Cancellarius. 1334. *Jacobus de Marcilia*, Cancellarius. 1338. *Raimundus de Moleriis*, Cancellarius. 1340. *Stephanus Arnaldus*. 1350. *Aimericus de Aleſto*: *Guilielmus Griſant*, Anglicus. 1360. *Bernhardus de Colonis*, (an de Colonia?) Cancellarius. 1363. *Guido de Cauliaco*, medicus Summorum Pontificum Clementis VI. Innocentii VI. Urbani V. 1364. *Johannes Jacobi*, Cancellarius. 1382. *Gentilis de Praſſio*: *Jacobus de Rotundo*. 1400. *Johannes de Tornamira*, Cancellarius: *Johannes de Olargis*. 1410. *Johannes de Piſis*, Cancellarius. 1415. *Valeſcus de Taranta*. 1438. *Johannes de Concoregio*, 1439. *Jacobus Angeli*, Cancellarius. 1452. *Johannes Bruguiere*, Catalaunus. 1455. *Guilielmus Meruen*, Cancellarius: *Adamus Fumée*, Turonenſis, Archiater Regum Galliæ Caroli VII. & Ludovici XI. Libellorum Supplicum Magiſter 1472. Cuſtos Sigillorum 1492. †. 1494. 1476. *Deodatus Baſſolus*,

lus, Cancellarius, Archiater Caroli VII. & Ludovici XI. †. a Beziers 1484. 1480. *Ludovicus Saporta I.*, Verdenſis. 1483. *Draconis de Beaucaire*, Cancellarius, Archiater Ludovici XI. 1484. *Johannes Troſſelleri*, Gabalitanus, Cancellarius & Archiater Caroli VIII. †. Senis 1495. 1490. *Johannes Martini*, Gabalitanus, Decanus Facultatis, Archiater Caroli VIII., & Magiſter Rationum (*Maître des Comptes*) Pariſiis, †. Blæſis 1491. 1496. *Johannes Corandus* ſeu *Cabride*, Cancellarius. 1520. *Ludovicus Saporta II.* 1525. *Antonius Romerius.*

§. 407. Doctores veteres Monſpelienſis Facultatis: *Rigordus Gothus*, id eſt, ex Languedocia inferiore a Gothis olim occupata, Regis Philippi Auguſti Archiater & Hiſtoriographus, Sæc. 12. & 13. *Guilielmus Bauſeti* de Aureliaco, Arvernus, Archiater Regis Galliarum Philippi IV. Pulchri, poſtea a. 1304. Epiſcopus Pariſienſis. *Armegandus Blaſius*, de Montepesſulano, ejusdem Regis Archiater. *Raimundus Chalin* de Vinario, Archiater Summorum Pontificum Clementis VI. Gregorii XI. & Clementis VII. Sæc. 14. cujus liber de Peſte deinde a Jac. Dalechampio pura Latinitate donatus eſt. *Franciſcus Connil*, Archiater Caroli Mali, Regis Navarræ. *Petrus Robin*, Archiater Renati Boni, Regis Neapolis, Comitis Provinciæ. *Johannes Avantage*, d'Eſtaples, medicus Philippi III. Boni, Ducis Burgundiæ, poſtea Epiſcopus Ambianenſis a. 1437. †. 1456. *Claudius des Moulins*, (Molinæus,) Narbonenſis, Archiater Regis Ludovici XI. *Petrus Noſtradamus*, proavus Michaelis, medicus Johannis, Ducis Calabriæ; filii Renati Boni, Regis Neapolis

lis &c. *Gabriel Miron I.* de Tortoſa, ad Archiatri munus apud Carolum VIII. obeundum accitus, ſed †. in itinere, quum veniſſet Nivernium. *Gabriel Miron II.* affinis Imi, medicus Reginæ Annæ conjugis Caroli VIII. & Ludovici XII., nec non Reginæ Claudiæ conjugis Franciſci I. *Jacobus Ponceau*, Aurelianenſis, Archiater Caroli VIII. & Rationum Magiſter (Maître des Comptes) Pariſiis. *Johannes Capellanus* (*Chapelain*) pater, Ambianus, Archiater Ludovicæ Sabaudicæ, matris Franciſci I. Regis Galliarum.

§. 408. Monſpelienſes Profeſſores Regii ſ. ſtipendiati, inde ab a. 1498. quo quatuor Cathedræ ſive ſcholæ conſtitutæ ſunt: *Johannes Garcin* aut *Graſſin*, de Mende, Archiater Caroli VIII., Cancellarius 1505. †. 1506. *Robertus Pierre*, †. 1502. *Petrus Tremolet*, †. 1530. *Honoratus Piquet*, de Bertas ex Provincia, Cancellarius 1506. Archiater Ludovici XII. †. 1529. *Johannes Faucon*, Hiſpanus, †. 1538. *Gilbeltus Griſſy*, de Vabres, †. 1539. *Petrus Laurentius* (Laurent) de Sainte Catherine, †. 1545. *Dionyſius Fontanonus*, †. 1546. cujus Practica medica frequenter typis excuſa eſt. *Johannes Schyron* vel Scurron, d'Anduſe, ex Diœceſi d'Alais, Profeſſor 1530. Decanus 1538. Cancellarius 1539. medicus Henrici Albretani II. Regis Navarræ & Margaretæ Valeſiæ Reginæ. †. 1556. cujus extat Methodus medendi. *Johannes Bocaud*, Monſpeſſulanus, †. 1557. *Guilielmus Rondeletius*, Monſpeſſulanus, natus 1507. 27. Sept., primum pædagogi munere functus ad inopiam pel-

len-

lendam, 1537. Monspelii Med. D., 1545. Profeſſor, in hac ſparta cum Franc. Turnono Cardinali Antverpiam & Romam profectus, 1556. Cancellarius, †. 1566. cui potiſſimum ea academia ſuum debet Theatrum Anatomicum a. 1556. perfectum; idem opere de Piſcibus præcipue nomen ſuum celebre reddidit, aliis tamen in omni medicinali diſciplina, ſcriptis non minus laudis promeritus, ut Methodo curandorum omnium Morborum, Methodo de Materia medicinali & Compoſitione medicamentorum, de Ponderibus ſive juſta quantitate & proportione medicamentorum, de Anatomia, de Chirurgia, &c. quorum plurima collecta ſunt & ſimul excuſa.

§. 409. *Antonius Saporta*, Monspelienſis, Profeſſor 1539., Decanus 1552., Cancellarius 1566. †. 1573. cujus libri 5. de Tumoribus præter naturam anno demum 1624 lucem aſpexerunt publicam. *Jacobus d' Aſſas*, Monspelienſis, Profeſſor 1558. †. 1566. *Franciſcus Feynes*, de Beziers, Profeſſor 1567. †. 1576. *Laurentius* Jobertus ſ. *Joubertus*, Valentiâ-Delphinas, natus 1529. Cancellarius 1573., Regis Henrici III. Conſiliarius & Archiater, †. 1583. complurium egregiorum librorum autor, ut ſunt Paradoxorum decades duæ, de Vulgi erroribus circa medicinam libri 30., Gallice, deinde ab aliis Latinitate donati; de Gymnaſiis & generibus exercitationum apud antiquos, de Balneis antiquorum, medicina Practica, Pharmacopœia, & permulta alia partim Latina, deinde collecta, partim Gallica. *Johannes Hucher*, Bello-

vacus,

vacus, Profeſſor 1571. Decanus 1580., Cancellarius 1583. †. 1603. cujus ſunt de Prognoſi libri 2., de Sterilitate utriusque ſexus libri 4., de Febribus libri 4. & alia. *Johannes Saporta*, Antonii filius, Profeſſor 1577., poſtea Vice-Cancellarius, †. 1605. cujus liber de Lue venerea cum illis parentis demum 1624. prodiit. *Johannes Varandæus*, (Varandal,) Nemauſenſis, Profeſſor 1593., Decanus 1609., †. 1617., cujus liber de affectibus Renum & Veſicæ, Formulæque remediorum, a *Petro Janichio*, Dantiſcano; tractatus therapeuticus primus de morbis Ventriculi, libri 3. de morbis Mulierum, a *Romano a Coſtu*, ſimiliter reliqua poſt obitum autoris publici juris facta, poſteaque collecta ſunt.

§. 410. A. 1593. Quinta Cathedra, nimirum Anatomes & Botanicæ, a Rege Henrico IV. creata eſt, ejusque primus Profeſſor conſtitutus *Richerius de Belleval*, de Châlons ſur Seine, Decanus 1619. †. 1632. A. 1597. Sexta Cathedra erecta, chirurgiæ & Pharmaciæ, primusque Profeſſor factus *Petrus Dortomannus*, Monspeſſulanus, (ſine dubio filius Nicolai,) †. 1612. A. 1595. Demonſtratores Anatomici pariter a Rege Henrico IV. creati ſunt, primusque *Bartholomæus Cabrolius*, cujus extat Alphabetum Anatomicum, id eſt, Anatomes elenchus ea, qua ſolent ſecari, methodo, aliaque Anatomica poſt ipſius mortem evulgata.

§. 411. Varii, *Gaucherius Sammarthanus*, (Gaucher de Sainte-Marthe,) Gualterus a Sancta-Martha, etiam *Scævola* appellatus, Med. D. Facultatis

tatis Pariſienſis, Ecuyer, Seigneur de Villedan, de la Riviere, de la Baſte en Curſai, de Lerné, du Chapeau, & des Nandes en Aunix, Conſiliarius & Archiater Regis Franciſci I. 1533., †. 1551. 14. Januar. natus circiter 80. annos, apud Gallos exterosque pro medicinæ oraculo tutelarive alio Æſculapio habitus. *Jacobus Sammarthanus*, (qui ſe ipſe Jac. *Marthanum* ſcribere ſolitus eſt,) Gaucherii I. filius, natus 1517. 29. Septemb. †. 1587. 10. Septemb., Med. D. Facultatis Pariſienſis, Chevalier, Seigneur de Chamdoiſeau & de la Guéritière, Henrici II. Regis Archiater 1551. & poſtea Franciſci II & Henrici III. magisque proprie Ludovicæ & Eleonoræ principum ex gente Borbonia; qui in Guil. Budæum orationem funebrem habuit, & magica Zoroaſtri Oracula, Plethonis commentariis enarrata, ex Græco Latine vertit. *Gaucherius II.* vel *Scævola Sammarthanus*, prioris Gaucherii nepos, natus Julioduni (Loudun) 1536. 2. Febr. †. 1623. 29. Mart. Jureconſultus, magnis idem civilibus muneribus functus, hic afferendus eſt ob filium lactentem ipſius cura ſanitati reſtitutum, eaque de re editum illuſtre carmen Latinum de Pædotrophia.

§. 412. *Guilielmus Plantius*, Cenomanus, qui Græca quædam Hippocratis & Galeni, itemque Plutarchi, Philonis, Syneſii, Latine vertit, annotationes in Fernelium, aliaque compoſuit, jam 1536. ſcribendo clarus. *Nicolaus* aut *Nicole Michel*, Med. D. & Decanus Facultatis Pictavienſis, qui quædam Gallice, idque jam 1540. deinde 1557.

 edi-

edidit, †. 1559. *Ludovicus Puteanus* ſ. *Dupuy*, filius *Guilielmi* Dupuy, clari medici primum Gratianopolitani, deinde oppidi Romans in Delphinatu, ſuperſtitis adhuc 1549. Ludovicus aliquot veterum Græcorum libros in Gallicam convertit linguam, & Pictavii ſedem fixit, celebrem ibi famam medicinam faciendo nactus. *Claudius de Pontoux*, Med. D. circa 1551. clarus, Catalaunus, †. 1579., qui Philologica & Poëtica ſcripſit. *Johannes Porteſius*, qui a. 1550. Lutetiæ orationem de laudibus medicinæ, in ſcholis medicorum habitam, edidit. *Johannes Lygæus*, qui Hippocratis Aphoriſmos illuſtravit, & de humani corporis Harmonia libros 4. conſcripſit. *Philippus Fleſſellius*, a quo Chirurgia edita eſt. *Raimundus Durandus*, Najenſis. *Maturinus Montanus*, Petrigorius.

§. 413. *Petrus Bellonius*, Surleterio-Cenomanus, qui rerum naturalium inveſtigandarum cauſâ Orientem adiit, & multas pariter Europæ regiones peragravit, ſed, dum ſtudium ſuum in horto aliquo patriæ perſequitur incautus, ab alio interfectus 1565., ejusque multi extant libri laudatiſſimi, nominatim rerum per varias regiones obſervatarum libri 3. Gallice, de operum Antiquorum & rerum ſuſpiciendarum præſtantia libri 3., de Medicato funere, de Arboribus coniferis, de neglecta Stirpium cultura Gallice, de Aquatilibus libri 2., Conſiliorum medicinalium tomi 2.; quæ Gallice edidit, ab aliis Latine reddita ſunt. *Rolandus* vel *Renatus Pietre*, Meldenſis. *Simon Pietre*, Meldenſis Vaceddæus, Pariſiis Profeſſor Regens in Philoſo-

loſophia 1546. poſtea Med. D. & 1565. ejus Facultatis Decanus. *Jacobus Peletarius*, Cenomanus, Mathematicis Poëticisque pariter ac Medicinalibus ſcriptis clarus, natus 1517. †. 1582. *Johannes Coyttarus Thæreus*, Juliodunenſis, Decanus Facultatis medicæ Pictavienſis a. 1577. poſt obitum *Franciſci Pidoux*, †. 1590. clarus egregio libro de febribus Purpuratis epidemicis, quæ a. 1557. in Pictonibus vulgatæ ſunt, in quo Nicol. Michelium refutat vel emendat. Ejus amici *Petrus Boulanger* de Troye, 1578. Julioduni habitans, & *Petrus Joyeux*, medicus Juliodunenſis: laudantur ab eo *Renatus le Févre*, & *Franciſcus Doyneau*.

§. 414. *Jacobus Dalechampius*, Cadomenſis, Nobili ſtemmate prognatus, †. circa a. 1588. bene meritus de veteribus nonnullis ſcriptoribus, quos edidit & commentariis illuſtravit, ut Athenæum, Plinium Majorem, Celſum, Cœlium Aurelianum, Paulum Æginetam: adhæc ejus extat Hiſtoria generalis Plantarum, 18. libris digeſta, & de Peſte libri 3. *Johannes Burgenſis*, (de Bourges) natus prope Carnutum, (Chartres,) practicus Pariſinus, qui Hippocratem de natura hominis Gallice transtulit; an ille Caroli VIII. & Ludovici XII. Archiater? *Simon Burgenſis*. Fuit quoque *Claudius Burgenſis*, jam Jac. Sylvii temporibus, qui ſcilicet, pro hoc contra Ludovicum Arrivabenum ſcripſit. *Alexander Arnaudus*, editor plurium librorum Jac. Sylvii. *Petrus Laffilæus*, (Laffilé,) Laphilæus, Med. D. & Profeſſor Regius Pariſiis, circa 1555. *Michaël Noſtradamus*, Provincialis, Aſtrologiæ dedi-

tus, Centuriis ſuis Vaticiniorum longe celeberrimus, †. Salonæ 1566. 1. Jul. ætatis a. 63. aut 72.

§. 415. *Franciſcus Bouſſuetus*, Surregianus, †. à Tournus 1572. 26. Jun. ætatis a. 52. qui Artem medendi 12. libris expoſuit, & de natura Aquatilium carmen ſcripſit in Rondeletii hiſtoriam piſcium. *Adrianus L' Allemant*, Alemanus, Sorceenſis (de Sorcy ad Moſam,) practicus Pariſienſis, qui Hippocratem de aëre, aquis & locis, eundemque de flatibus, commentariis illuſtravit. *Johannes Lalamantius*, Heduus, qui Galenum de diebus decretoriis, Hippocratem de hominis ætate deque ſeptimeſtri & octimeſtri partu edidit, pluraque Galeni opuſcula ſuo ipſius de Ptiſana ſui temporis libello adjecit. Magiſter *Antonius du Faur*, Decanus Facultatis Medicæ Pariſienſis 1558. *Hieronymus Rupeus*, Toloſanus. *Jacobus Beſſonus*, Delphinas, qui Rationem abſolutam extrahendi olea & aquas e medicamentis ſimplicibus, acceptam olim ab Empirico quodam, locupletavit & rationibus experimentisque confirmatam dedit.

§. 416. *Liſſetus Benancius*, rectius Liſet Benancios, per anagramma, vero nomine *Sebaſtien Colin*, (licet alii putarint ſub iſto anagrammate latere *Antoine Belize* ſ. Symphorianum Champerium,) iſto autem nomine conficto edidit libellum Gallicum de fraudibus atque erroribus apud Pharmacopœos commiſſis, circa a. 1557., cui reſpondit eodem anno *Petrus Braillet*, Pharmacopœus Lugdunenſis aut Rothomagenſis, in medicos crimen refundens:

Colinus

Colinus præterea quædam Alexandri Tralliani & Antonii Guaynerii Gallice vertit & cum additamentis emiſit 1556. & 1566. cæterum fuit medicus oppidi Fontenai-le-Comte in Pictonibus. *Claudius Dariottus*, medicus Divionenſis, natus à Pomar 1533. †. Divione 1594. ætatis a. 61. iatromathematicus. *Stephanus Boderius*, Rothomagenſis, eadem opinione imbutus. *Stephanus Carterius*, Riccienſis, qui edidit Anthologiam potiſſimarum Hippocratis & Galeni ſententiarum.

§ 417. *Leonhardus Botallus*, Aſtâ-Pedemontius, Regis Caroli IX. & Aulæ medicus, in plurimis ſuis curationibus nullum unquam in medendo infelicem ſibi ſucceſſum accidiſſe gloriatus, ſcripſit de curandis vulneribus Sclopetorum, de via ſanguinis in Corde ſive Ovali foramine, cujus inventionem ſibi arrogavit; de curatione per Sanguinis miſſionem, cujus frequentiſſimum uſum Pariſios invexit, quemadmodum & Trepanum audacius adhibere docuit, & alia medica chirurgicaque, deinde collecta. *Anutius Foeſius*, Divioduno-Lotharingus, natus 1528. †. 1596. medicus ordinarius Metenſis, laboribus in Hippocratem clariſſimus. Ejus collega & amicus *Jacobus de Saint-Aubin*, Santalbinus, †. 1597. qui Foeſium in edendo Hippocrate adjuvit. *Johannes Vetus*, Burgundus, Regius Conſiliarius, cujus ſunt orationes 21. in medicinæ commendationem & in gratiam octodecim medicæ Laureæ Candidatorum inſtitutæ, editæ Pariſ. 1560. *Nicolaus Vignier*, Agendico-Senonenſis, ſeu verius de Bar-ſur-Seine, Rector Univerſi-

tatis Pariſienſis a. 1559., Med. D. & Henrici III. Regis Archiater & Hiſtoriographus, hiſtoricis ſcriptis inclytus, †. 1596. 13. Mart. ætatis a. 76.

§. 418. Poſt a. 1560. *Petrus Franco*, Provincialis, qui in libro Gallico de Herniis aliisque rebus chirurgicis, edito Lugduni 1561. inter alia pulchra Lithotomiam quoque altam primus propoſuit. *Antonius Toignard*, Claromontanus, medicus Caroli III. Lotharingiæ Ducis, Nobilitatus a. 1562. 12. Mart., ſcribendo cognitus 1581. cujus frater *Johannes* pariter medicus fuit. *Johannes Carvinus*, medicus Montis Albani, qui de Sanguine dialogos ſeptem publicavit a. 1562. *Johannes de Guttery*, Med. D. & Cardinalis Lotharingi medicus in ejus Abbatia Cluni, a. 1563. florens. *Paulus Bienaſſis*, Pictavienſis, qui Eucharium Rhodionem de Partu Gallice convertit. *Antonius Chalmeteus*, Vergeſacus, cujus Enchiridion Chirurgicum ſæpiſſime typis excuſum eſt. *Guilielmus Rheginus*, Lugdunenſis. *Jacobus Carpentarius*, cujus prodiit ad expoſitionem disputationis de Methodo, contra *Theſſalum Oſſatum*, academiæ Pariſienſis Methodicum, reſponſio.

§. 419. *Bernhardus Paliſſy*, Aginnenſis, ex figulo Profeſſor Phyſices Pariſinus, autor colendi Serici in Gallia. *Marcus Procerus*, cujus eſt discuſſio defenſionis Joh. Bapt. Donatii editæ adverſus Leonh. Botallum, cui acceſſit Prætoris Lugdunenſis & Supremi Senatus Pariſienſis Decretum adverſus eundem Donatium, una cum Epiſtola *Johannis*

hannis Bruti, & Hiſtoria *Jacobi Doynæi*, (an idem cum *Jacobo Dovyneto*, Tricaſſino medico? qui 1582. edidit Apologiam adverſus multorum, præſertim Theophraſti Paracelſi, calumnias de antecedente & citima Arthritidis cauſa, cæt.) *Jacobus Grevinus*, Claromontanus, medicus Margaretæ Ducis Sabaudiæ, idemque Poëta, †. 1570. natus annos 30., qui compoſuit Elucidationem iconum anatomicarum Veſalianarum, cum adjecta hujus Veſalii Epitome, Gallice & Latine factam: & inſigne opus de Venenis Gallice, poſtea quoque Latine redditum. *Antonius Petitæus*, Ambianenſis, a quo Criſimerologion ſeu dierum criſimorum ratio, medicorum Pariſienſium Ordini dedicata eſt.

§. 420. *Deſiderius Jacotius*, Vandoperanus, qui multa Hollerii ad uſum publicum emiſit ſcholiisque illuſtravit, & commentariorum ad Hippocratis Coaca Præſagia libros tredecim ipſe confecit. *Chriſtophorus Burgenſis*, Conſolentaneus, pariter ſcriptorum Hollerianorum editor. *Gui de Molins, de Rochefort*, Nobilis Bleſenſis, Archiater Philiberti Emanuelis Ducis Sabaudiæ ejusque Conjugis Margaritæ de Francia. *Johannes Antonius Fenota*, Anti-Chemicus. *Stephanus Gourmelenus*, Curioſolita, qui primus inter Gallos Chirurgiam rationalem ſeparatim a reliqua medicina ordinato ſyſtemate tradidit, editis Synopſeos Chirurgiæ libris 6., & Chirurgicæ artis libris 3., præterea Hippocratis librum de Alimento Latinitate donavit & ſcholiis illuſtravit. *Johannes Ferrandus*, Pictavienſis: cujus gener *Petrus Deſchares*, etiam medicus alicu-

jus famæ, jam 1570. ex calculo mortuus erat. *Antonius Valetius*, qui in opera practica Hollerii exercitationes ſcripſit. *Petrus Pena*, Botanicus.

§. 421. Poſt a. 1570. *Janus Antonius Saracenus*, Lugdunenſis, optimus editor Dioſcoridis. *Jacobus Aubertus* ſive *Albertus*, Vindocinenſis, Anti-Chemicus. *Nicolaus Hovel*, Pariſinus. *Ludovicus Duretus*, Seguſio-Burgundus, natus 1527. †. 1586. Profeſſor Pariſienſis, & Regum Caroli IX. & Henrici III. medicus Cubicularius, apud quos ſummâ floruit gratiâ; idem Hippocraticæ medicinæ aſſertor egregius, cujus proſtant Commentarii laudatiſſimi in Hippocratis Coacas prænotiones, item in Hippocratis librum de Humoribus purgandis, & in 3. libros de Diæta Acutorum, &c. omnes poſthumi; commentatus quoque eſt in Hollerium. *Jacobus* & *Johannes Guijon*, Auguſtodunenſis, non quidem medici, ſed qui tamen medica ſcripſerunt; Jacobus natus 1542, Profeſſor Linguæ Græcæ Pariſiis 1572. †. 1625. ætatis a. 83. Johannes natus 1544, Profeſſor Rhetorices Burdigalæ 1574. &c. †. 1605. 26. Novemb.

§. 422. *Mauritius Cordæus*, Rhemenſis, qui Hippocratis librum de iis, quæ Virginibus accidunt, iterumque librum priorem de morbis Mulierum Latine vertit & explicationibus auxit. *Petrus Marin Blondel*, Calexius, medicus Juliodunenſis, a Scæv. Sammarthano valde laudatus, qui dedit Hippocratis Prognoſticorum Latinam ecphraſin, atque idem eſſe videtur cum Marino Blondel, qui jam a. 1556.

ſcriptis

ſcriptis carminibus inclaruit: ſed perperam pro eodem haberi cum *Petro Langlois*, Ecuyer, Domino de Beleſtat, medico Ducis Andegavenſis, poſtea Regis Henrici III., qui ſcripſit Gallice de Hieroglyphicis tanquam Heraldicarum figurarum originibus, cæterum Reformatæ religioni addictus. *Robertus Fevinus*, Ambianenſis, qui ſcripſit de abuſu medicinæ coërcendo, ſ. contra Empiricorum atque Iatromagorum aut faſcinis utentium, medendi rationem. *Claudius Hermadorus Gozzius*. *Thomas Tigeon*, Andegavenſis, cujus prodiit Antimæologicum, quo demonſtratur, Obſtetricibus non eſſe tantum fidendum de Virginitate aut defloratione teſtimonium ferentibus. *Petrus Droëtus*, Pariſinus.

§. 423. *Johannes Liebault*, Divionenſis, †. Pariſiis 1596. in fine Junii menſis, qui quædam Hollerii ſcholiis illuſtravit, Theſaurum ſanitatis paratu facilem, aliaque dedit. *Tuſſanus Ducretius*, Cabilunenſis, qui, inter alia, de arthritide adverſus Paracelſiſtas ſcripſit: ejusque præceptor fuit medicus *Vincentius Rubion*, amicus *Ludovicus Villanovanus*. *Petrus Pichot*, Andegavus. *Henricus Monantholius*, Rhemus, Med. D. & Facultatis medicæ Pariſinæ Decanus, Profeſſor Mathematum in Collegio Regio. *Julius Palmarius*, Conſtantiâ-Normannus, cujus ſunt egregii libri 7. de morbis Contagioſis. *Bonaventura Grangerius*, ſeu *Villicus*, Pariſienſis, qui Theophraſtum Ereſium de Sudoribus & Vertigine Latine reddidit, adjecitque Sudorum prognoſtica verſibus Latinis deſcripta ex Hip-

Hippocrate & Galeno, ſcripſitque de cautionibus in Sanguinis miſſione adhibendis, adverſus Botallum hujusque defenſorem *Georgium Caſpium*, Hannonium.

§. 424. *Johannes Riolanus* ſenior ſ. pater, Ambianus, Profeſſor Pariſinus, & Hippocraticæ doctrinæ vindex, inprimis contra novaturientes Chemicos, cujus permulta de omnibus medicinalis diſciplinæ partibus ſcripta, ſpeciatim commentaria in Fernelium, item Phyſica & Metaphyſica, poſt ipſius obitum, qui a. 1605. accidit, collecta. *Joſephus Quercetanus*, Gallice *du Chesne*, Armeniacus, diu in Germania Chemiæ cauſâ verſatus, & Baſileæ in Doctorem promotus, denique inter medicos Ordinarios Henrici IV. cooptatus, †. ſenex 1609. Chemiæ ad medicinam applicandæ vindicandæque inprimis ſtudioſus, propterea ab Anti-Chemicis fere ad incitas redactus; cujus plurimi ſunt libri Chemici medicique, ut de priſcorum Philoſophorum vera medicina, Peſtis alexicacus, Sclopetarius, Pharmacopœia dogmaticorum reſtituta, Diæteticon polyhiſtoricum, cæt. & ex ejus libris concinnatus eſt a Johanne Schrœdero Quercetanus redivivus, hoc eſt, ars medica dogmatico-hermetica. *Johannes le Bon* ſeu *Probus*, Heteropolitanus, (d'Autreville vel d'Outreville,) medicus Regis & Guiſii Ducis circa 1576., cujus laudanda eſt Therapia Puerperarum. Eodem tempore floruit *Philibertus Bretin*, d'Auxonne, Med. D. in Collegium medicorum Divionenſium receptus 1574. 19. Mart. †. 1595. 29. Jun. *Johannes Durantius Caſ-*

Caſſelius, cujus prodiit a. 1579. in Duretum & Martinum medicos Pariſienſes Apologeticus primus, ad Joſeph. Scaligerum: ſimulque Magiſtophorus primus Johannis Martini, *Philippo Conſtantio* autore. *Raimundus Filholt*, Ruthenenſis, Med. D. Facultatis Monspelienſis, Profeſſor Cadurci 1578. *Philippus Guillien*, ejusdem Facultatis Doctor, Profeſſor Avenione 1578.

§. 425. *Antonius le Pois* ſeu *Piſo*, oriundus ex Ducatu Barri, Conſiliarius & Archiater Caroli III. Lotharingiæ Ducis, (qui a. 1578. obiit,) filius *Ludovici* Pharmacopœi Ducis, nobilitati a. 1528. Frater Antonii *Nicolaus*, qui natus Nanceji 1527. Archiater item Ducis Caroli III; cujus extant præclari libri de cognoſcendis & curandis Morbis, adjectusque liber de Febribus. *Nicolaus Nancelius*, *Trachyenus*, Novioduno-Picardus, in Philologicis quoque & Philoſophicis Mathematicisque probe eruditus, ex cujus ſcriptis præſertim illud de Peſte, Analogia microcosmi ad macrocosmum, & Vita Petri Rami, multum laudantur. *Franciſcus Ulmus*, Gallice *Humeau*, vel Umeau, natus Auguſtoriti Pictonum circa a. 1530, Med. D. Facultatis Monspelienſis, Profeſſor Pictavii 1580. Scabinus 1590, †. Decanus Facultatis 1594, qui 1575. librum Gallicum edidit de morbo Purpura, & 1578. Latinum de Liene. *Stephanus Manialdus*, Med. D. Facultatis Monspelienſis, Profeſſor Burdigalæ 1580, qui Hippocratis Chirurgica Græce & Latine edidit illuſtravitque. *Oliverius Poupart*, natus à Saint Maixent in Pictonibus, qui Aphorismos Hippocratis Latine

Latine vertit 1580. & epitomen Latinam librorum Galeni de methodo medendi compoſuit 1581. Commemorandus quoque hic eſt excellentiſſimus Jureconſultus, *Barnabas Briſſonius*, eo quod a. 1579. contra Paracelſiſtas tanquam patronus cauſæ Regius peroravit.

§. 426. Poſt a. 1580. *Franciſcus Rouſſet*, medicus Ducis Nemurſii, celebris ob librum de Hyſterotomotokia ſeu Partu Cæſareo, Gallice editum Pariſiis 1581, Latine autem verſum a Caſp. Bauhino auctumque Baſileæ 1582. poſtea frequenter recuſum, neque tamen eo minus rariorem. *Guilielmus Giscaferius*, Belocarenſis. *Urbanus Hemard. Johannes Alboſius*, Heduus, cujus prodiit memorabilis Obſervatio Lithopædii Senonenſis, adjectâ Exercitatione *Simonis Provancherii*, Lingonenſis. *Balthaſar Du Val. Franciſcus du Port*, Creſpejenſis Valeſius, qui de Signis morborum quatuor libros carmine ſcripſit, & alia. *Simon Petrejus*, Pariſienſis, qui a conſummata doctrina medica laudatur, †. 1618. 24. Jun. *Claudius Auberius* ſive *Alberius*, Triumcurianus.

§. 427. *Georgius Bertinus*, Campanus, qui medicinam omnem veterem 20. libris contra Paracelſiſtas & Argenterium aſſeruit. *Bricius Bauderonus*, Parayenſis, Dominus de Senecé, natus 1539, Med. D. Facultatis Monſpelienſis, cujus extat Praxis, inprimisque Pharmacopœia magni quondam æſtimata. *Jacobus le Bon. Gothofredus Linocerius*, Turonus. *Paſchalis Gallus* ſive le Coq, Villeſano-

no-Pictavienſis, natus 1567, Facultati Med. Pictavienſi adſcriptus 1597., poſthac Decanus, & Regius Medicus, †. 1632. 18. Aug. natus a. 65. m. 9. d. 21. cujus extat Bibliotheca medica. *Jacobus Lauté*, Auguſtodunenſis medicus, †. circa finem ſæculi. *Jacobus Trouillard*, Andegavenſis, medicus Henrici III. Regis Navarræ, (poſtea dicti Henrici IV. Regis Franciæ & Navarræ.) *Johannes de Lorme*, de Moulins, primarius medicus Ordinarius Regis Henrici IV. a. 1606, item primarius medicus Reginæ Ludovicæ Lotharingæ, Conjugis Regis Franciæ Henrici III. & Reginæ Mariæ Mediceæ, Conjugis Henrici IV. †. à Moulins 1637. natus annos 90. *Franciſcus de Sancto Vertuniano*, dictus *Lavau*, medicus Pictavienſis, †. 1608. qui Hippocratem de Capitis vulneribus Latinitate donavit & commentatus eſt cum laude; ejusdem *pater* etiam medicus cum Mich. Serveto commercium literarum aluit: filius amicus Joſ. Scaligeri, Reformatis ſacris addictus.

§. 428. Poſt a. 1590. *Franciſcus Courcellus*, cujus prodiit liber de vera mittendi Sanguinis ratione, in hæmatothraſcas. *Nicolaus Abrahamus Frambeſarius*, Guiſius, Profeſſor Pariſinus, Regiusque Conſiliarius & Medicus, in Chirurgicis quoque exercitatiſſimus, & Chemicorum medicamentorum defenſor: cujus pater, *Hector Abrahamus*, pariter medicus & Chirurgus celebris fuit. *Antonius Conſtantinus*, cujus extat opus medicæ Prognoſeos. *Jacobus d' Amboiſe*, Nobilis Pariſinus, Rector Univerſitatis Pariſienſis a. 1594, Regis Henrici IV. Medicus,

dicus, antea Magiſter Chirurgiæ, & Caſtelleti Chirurgus Regius, *Johannis* filius, defunctus a. 1605. 5. Aug. *Johannes Leurechon*, natus à Chardogné prope Barrum, Ducis Lotharingi Medicus Ordinarius, Nobilium ordini adſcriptus a. 1601, Profeſſor Muſſiponti 1606. *N. Gobillon*, Bleſenſis, Med. D. Facultatis Pariſienſis.

§. 429. *Franciſcus Perrellus*, Pariſienſis, qui ſcripſit de febribus Intermittentibus deque veris Intermiſſionum cauſis. *Bernhardus Georgius Penotus*, a Portu S. Mariæ, Aquitanus, quærendo lapide philoſophorum ad incitas redactus, multorum hujus generis & de medicamentis Chemicis ſcriptorum autor, cujus adverſarius *Joſephus Michelius*, Lucenſis, medicus Middelburgenſis: cum ejusdem Denario medico editus eſt *Ariſlaus* de lapide philoſophico. *Germanus Courtin*, itidem Pariſinus, cujus prodiit adverſus Paracelſi portentoſas opiniones diſſertatio. *Jacobus Fontanus*, Sammaximitanus, felix practicus, †. 1625. qui controverſiam habuit cum D. *Serpillonio*. *Jacobus Pons*, Lugdunenſis, qui librum edidit de nimis licentioſa Sanguinis miſſione, qua ſuo tempore plerique abutebantur; & alia.

§. 430. *Bartholomæus Perdulcis*, Helvius ſeu Vivarienſis, natus 1545. †. 1611. Profeſſor Pariſinus laudatiſſimus, cujus Univerſa medicina & alia quædam poſt obitum ipſius edita ſunt, & prælectionibus habendis propoſita. *Johannes Pidoux*, Pidoxius, filius Franciſci, natus Pariſiis, Med. D. Pictavii

Pictavii 1571, & Pariſiis 1588, medicus Henrici III, deinde Henrici IV, & Ludovici Ducis Nivernenſis, Decanus Facultatis Medicæ Pictavienſis & Profeſſor Chirurgiæ, †. 1610. *Nicolaus Guibertus*, Lotharingus, cujus extat aſſertio de Murrhinis adverſus quosdam, ſive de iis, quæ Murrhino nomine exprimuntur; item Alchymia ratione & experientia viriliter impugnata & expugnata, aliaque. *Nicolaus Bernhardus*, Delphinas, Chemicus, qui plura ejus argumenti compoſuit typisque mandavit. *Johannes Guenebauld*, Divionenſis. *Martinus Akakia III.* Pariſienſis, Doctor Facultatis Montispeſſulanæ, Profeſſor Collegii Regii in Univerſitate Pariſina 1599. †. 1605. *Petrus Joyeux*, Juliodunenſis, natus patre etiam medico, carminibus Gallicis Latinisque pangendis potiſſimum occupatus.

§. 431. Chirurgi, Magiſter *Ambroſius Pareus*, Lavallenſis Cenomanus, natus 1510. †. 1590. 20. Decemb., Reformatæ ſidei, primarius Chirurgus Regum Henrici II, Franciſci II, Caroli IX, & Henrici III, hujusque artis in illo regno inſtaurator præſtantiſſimus, pluriumque librorum autor, Gallice primum ab ipſo ſcriptorum editorumque, ſed a Guillemæo Latine converſorum. Ejus coævi celebriores, Magiſter *Barnabas le Veſt*, San-Dionyſiacus, †. 1570. 5. April. Mag. *Germanus Cheval* pater, Pariſinus, †. 1570. 21. Maji. Mag. *Richardus Hubertus*, Chirurgus Regius, †. 1581. 7. Septemb. Mag. *Nicolaus Raſſius des Noeux*, filius, Pariſinus, Chirurgus Regius, †. 1581. 17. Novemb. Mag. *Johannes le Gay*, Medico-Chi-

 rurgus,

rurgus, †. 1585. 18. Jul. Mag. *Claudius Viart*, Edinenſis, †. 1585. 19. Sept. Mag. *Andreas de Malezieux*, Chirurgus Regius, Collegii Præfectus, †. 1585. 5. Octob. Mag. *Nicolaus Langlois*, Pariſinus, Chirurgus Regius, Collegii Præfectus, †. 1588. 5. Septemb.

§. 342. Mag. *Theodericus de Hery*, Pariſinus, Jac. Hollerii diſcipulus, præſtantiſſimus ſua ætate curandi morbi Gallici artifex, cujus etiam Methodus in publicam lucem edita eſt, †. 1599. 12. Maji. Mag. *Johannes Cointret*, Pariſinus, Senatus & Caſtelleti Chirurgus Regius, †. 1592. 13 Maji. Mag. *Franciſcus Lavernot*, Pariſinus, Franciſci Franciæ Delphini quondam Chirurgus primarius, †. 1602. 4. Febr. *Marinus le Febvre*, Chirurgus à Illiers en Beauſſe, ſcribendo nomen conſecutus a. 1577. Mag. *Antonius Portail*, Bearnenſis, Henrici III. Regis Conſiliarius & Chirurgus primarius. Mag. *Alexander Dionyſius*, Chirurgus Vindocinii, ſcribendo inclareſcens 1581. Eodem tempore floruit *Marcus de la Croix*, (Cruceus,) natus à Pondevaux, †. à Châlon 1634, natus ultra 83. annos: cujus filius *Theophilus Cruceus*, Med. D.

§. 433. *Jacobus Guillemeau*, Aurelianenſis, Chirurgus Pariſinus percelebris, †. 1609. 13. Mart., qui Gallice ſcripſit de morbis Oculorum, de re Obſtetricia, aliaque plura, idem Ambr. Parei opera Latinitate donavit. Mag. *Jacobus Marchant*, aut Marchand, Aurelianenſis, Caſtelleti Chirurgus Regius, †. 1601. 13. Maji, qui Franc. Roſſetum

de

de Cæſareo partu impugnavit. *Severinus Pinæus*, (Pineau,) Carnutus, Chirurgus Regius, Lithotomus excellens, †. 1619. 29. Novemb., præſertim ob librum de notis Virginitatis celebris. Mag. *Johannes Philippes*, Henrici Magni & Ludovici XIII. Conſiliarius & Chirurgus primarius, †. 1622. 22. Maji. *Joſias Machureault*, natus à Châlon 1561. 8. Maji, †. 1622. 4. Maji, Præfectus Magiſtrorum Chirurgorum à Châlon. Cæterum Rex Henricus III. in Collegio Regio Pariſienſis Univerſitatis Profeſſionem Chirurgiæ inſtituit.

§. 434. Hiſpani, & Luſitani: *Amatus Luſitanus*, vero nomine *Juan Rodriguez de Caſtelbranco*, vel *Johannes Rodericus Caſtelli Albi*, Crypto-Judæus, qui Salmanticæ ſtudiis operam dedit, deinde luſtratis Galliæ, Belgii, & Italiæ academiis, Ferrariæ medicinam publice docuit, tandem vero Theſſalonicam ad Judæos aperte transfugit; isque jam 1525. publici juris fecit Pariſiis amici ſui Petri Briſſoti librum poſthumum de loco mittendi ſanguinis in pleuritide, & a 1536. ſua ipſius Exegemata in priores duos Dioſcoridis libros, quibus poſtea addidit reliqua; ab anno autem 1551. usque ad 1560. prodire cœperunt ejus Curationum medicinalium Centuriæ 7, cum nonnullis adjectis, magnique ejus libri omnes æſtimantur, licet de hiſtoriarum ſeu Curationum dictarum conſtante veritate plurimi dubitent. *Blaſius Villafranca*, cujus methodus Refrigerationis vini & aquæ per ſal nitrum &c. jam 1550. prodiit. *Johannes Valverdus*, de Hamusco, qui de Animi & Corporis ſanitate tuenda

da ſcripſit, primusque Anatomen Hiſpanico idiomate expoſuit, deinde a *Mich. Columbo* Latine redditam. *Petrus Jacobus Eſteve*, Valentinus, Med. D. & Profeſſor, cujus Commentarii in Epidemia Hippocratis Galeno ipſo digna judicata ſunt. *Bernhardinus Montana* de Montferrat, Regius medicus, cujus de hominis Anatomia opus a. 1551. prodiit.

§. 435. *Ferdinandus Mena*, Profeſſor Complutenſis, & poſtea Regis Archiater, qui aliquot Galeni libros e Græco vertit commentariisque inſtruxit, & de Venæſectione & Purgatione, de Medicamentorum compoſitione, methodum Febrium Hiſpaniæ medicis potiſſimum ex uſu, commentarium in *Antonii Lobetti* disputationem de foco Putredinis in Febribus intermittentibus, aliaque ſcripſit. *Michael Johannes Paſchalius*, Caſtellonâ-Valentinus, cujus extat Praxis medica, & alia. *Georgius Gomezius Pereira*, Methymna-Duellius, qui paradoxis ſuis opinionibus præluxit Carteſio Leibnitioque, editâ Antoniana Margarita de immortalitate animæ, in qua omnium pæne morborum discurſus proponuntur, quod opus inprimis rarum habetur; item Novâ verâque medicinâ, Chriſtiana ratione comprobata; denique libro de ſecanda vena in Pleuritide. *Ludovicus Collado*, Valentinus, Hippocratis & Galeni ſtudioſus, qui etiam de Indicationibus librum typis commiſit. *Franciſcus Martinius de Caſtrillo*. *Rodericus Diaz de Isla*, Hiſpalenſis medicus.

§. 436. *Garſias de Orta* vel *ab Horto*, Luſitanus, medicus Proregis Indiæ Orientalis Luſitanicæ, cujus

cujus Colloquia de Simplicibus atque Aromatis Indiæ, ſermone Luſitanico prodiere Goæ 1563. *Nicolaus Monardes*, Hiſpalenſis, †. 1578, ſuâ linguâ ſcripſit de Simplicibus Occidentalis Indiæ, aliaque affinia ex materie medicinali, deinde Latine reddita a Carolo Cluſio, (ſicut etiam opus Garſiæ,) Latine vero prodiit ejus de ſecanda vena in Pleuritide, inter Græcos & Arabes Concordia, adjectis aliis ad materiem medicam pertinentibus. *Petrus Nonius. Petrus Fernandus Andrada. Albero* vel *Caſpar de Morales*, Cæſarauguſtanus. *Johannes de Aguilera.*

§. 437. Poſt a. 1560. *Gabriel Ayala*, Med. D. Lovanii creatus 1556., habitatione Antverpienſis, florens circa a. 1562. *Garcias Lopius*, Luſitanus. *Petrus Arias de Benavidez. Alphonſus de Torrez. Franciſcus Franco. Caſpar Lopez*, Canarius, qui in libros Galeni de Temperamentis commentarios luculentos edidit Compluti 1565. *Bartholomæus Hidalgo de Aguero. Ludovicus Isla*, Luſitanus.

§. 438. Poſt a. 1570. *Johannes Bravus*, Petraſitanus, illuſtris Profeſſor Salmanticæ, cujus extant aliquammulta, nominatim de Hydrophobia liber, de curandi ratione per medicamenti purgantis exhibitionem libri 3, commentaria in Hippocratis Prognoſtica, item in Galenum de differentiis febrium, &c. *Antonius ab Aguilera*, Yunqueranus. *Hieronymus Murillus. Franciſcus Villarinus*, Cæſarauguſtanus. *Franciſcus Arcæus*, Fraxinalen-

nalenſis, (occurrit quoque aliquis *Johannes* Arcæus, & aliquis Arcæus Fraxineto - Italus,) celebris ob Balſamum vulnerarium & libros 2. de recta Vulnerum curandorum ratione, quos jam octogenarius edidit a. 1573; in quos anno ſequente Annotationes publicavit *Alvarus Nonnius.*

§. 439. *Ludovicus Mercatus*, Pintianus, Profeſſor Valliſoletanus, deinde Regius Archiater, qui annos 86. vivendo attigit, quamplurimaque bonæ frugis de omnibus medicæ diſciplinæ partibus conſcripſit, Galenum ſecutus; in his de febri maligna, in qua maculæ rubentes ſimiles morſibus Pulicum erumpunt per cutem, 1574. *Aloyſius Toreus*, qui pariter de nova febre epidemica Puncticulari, vulgo Tavardillo & Pintas, librum emiſit. *Didacus Merinus*, Hurunnuelenſis. *Johannes Fragoſus*, Toletanus, Archiater & Chirurgus Philippi II. Regis Hiſpaniarum, cujus prodiit liber de Succedaneis medicamentis & animadverſiones in quamplurima medicamenta compoſita, quorum eſt uſus in Hiſpanicis Officinis, item aromatum, fructuum, & ſimplicium aliquot medicamentorum ex India utraque & Orientali & Occidentali, in Europam delatorum, quorum jam eſt uſus plurimus, hiſtoria, Hiſpanice, poſtea in Latinum converſa ab Iſr. Spachio, de Chirurgia liber, cæt. *Andreas Alcaſar*, (aliis *Valoacer*,) Guadalaxarenſis, Profeſſor Salmanticenſis, a quo publici juris facti ſunt Chirurgiæ libri ſex, & de vulneribus Capitis liber.

§. 440.

§. 440. *Petrus Vaezius*, Luſitanus, a quo editus in lucem eſt Commentarius medicus multa ſubobſcura lucidans & a plurimis neotericorum calumniis probatæ doctrinæ autores defendens, Apologia contra praxin Donati Antonii ab Altomari, & alia. *Petrus de Peramato*, Luſitanus, cujus opera Phyſiologica, & de Vacuandi ratione multum a nonnullis laudantur. *Alphonſus Daca*, qui de ſignis Urinarum aliisque ſcripſit. *Chriſtophorus a Coſta*, Chirurgus, Luſitanus ex Africa, cujus extat liber de aromatibus & medicamentis Indiæ Orientalis indigenis, a Carolo Cluſio Latinitate donatus. *Franciſcus Hernandez*, Archiater Regis Philippi II, cujus hiſtoria plantarum, animalium, & mineralium Mexicanorum, demum 1649. Romæ typis mandata eſt. *Alphonſus a Jubera*, cujus extat Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis uſui eſſe ſolent. *Hieronymus Ximenes*, Cæſarauguſtanus.

§. 441. *Petrus Paulus Pereda*, Setabenſis, Profeſſor Valentinus, qui in Mich. Joh. Paſchalii methodum curandi Scholia edidit, frequenter recuſa, cum diſſertatione an Cannabis & aqua, in qua mollitur, poſſint aërem inficere? commentariaque in plures Galeni libros manuſcripta reliquit. *Bernhardinus Gomeſius Miedes*, Alcanizius, non quidem medicus, ſed qui tamen de Sale etiam medico phyſicoque in ſuis quatuor de ſale libris egit, †. 1589. *Andreas de Zamudio y Alfaro*. *Thomas Rodericus a Veiga*, Eborenſis, cujus opera omnia in Galenum vehementer laudantur. *Ludo-*

vicus Lemoſius, Luſitanus, Salmanticæ Profeſſor Philoſophiæ & Medicinæ, a quo data ſunt in lucem Commentaria in aliquot Galeni volumina, Judicium operum Hippocratis, de optima Prædicendi ratione libri 6. *Alphonſus Lopez* aut *Lopus*, a. 1585. Societatem Jeſu amplexus, †. 1597.

§. 442. Poſt a. 1580. *Johannes de Carmona*, Hiſpalenſis, qui ſcripſit de peſte & febre cum Puncticulis, item an Aſtrologia ſit medico neceſſaria? *Georgius a Saa*; Luſitanus. *Petrus Mercado* vel *Mercatus*, qui de Febribus tum Græcorum tum Arabum autoritate opus compoſuit. *Antonius Alvarez*, Profeſſor Complutenſis, cujus prodierunt Epiſtolæ & Conſultationes medicinales, aliaque. *Andreas Velasquez. Auguſtinus Velasquez. Franciſcus Diaz. Rodericus a Fonſeca*, Ulysſiponenſis, Profeſſor medicinæ in Italia Piſis & Patavii, ad poſteriorem locum conductus a. 1615. †. 1622, cujus extant permulta cum plauſu accepta, ut commentaria in Hippocratis Legem, Prognoſtica, & Aphoriſmos, de Calculorum remediis, de Venenis, Oeconomia medica, opusculum ad Medicinam facile capeſſendam, de hominis Excrementis, de tuenda Valetudine, Conſultationes, cæt. *Jacobus Tamaro*, qui de Epilepſiæ curatione ſcripſit. *Emanuel Nonnius*, Ulyſſiponenſis, cujus prodiit liber de Tactu & tactus organo. *Laurentius Gozar*, Valentinus. *Lazarus a Soto*, qui commentaria in Hippocratis librum de Aëre, aquis, & locis publici juris fecit.

§. 443.

§. 443. Poſt a. 1590. *Andreas Leon*, Granatenſis. *Abrahamus Nebemia*, Luſitanus Judæus, cujus laudandi Methodi medendi univerſalis per Sanguinis miſſionem & Purgationem libri duo, & liber de tempore aquæ Frigidæ in febribus ardentibus ad ſatietatem exhibendæ. *Bernhardus Caxanes*, Barcinonenſis. *Franciſcus Aguilar*, Valentinus, qui de febrium Putridarum curatione ſcripſit adverſus Caxanem. *Alphonſus Rodericus Guevara*, Conimbricenſis, cujus eſt de re Anatomica liber. *Johannes Calvus. Henricus Georgius Anriquez*, Guardienſis, cujus habetur de Regimine cibi atque potus & de cæterarum rerum nonnaturalium uſu enarratio. *Johannes Alphonſus a Fontecha*, cujus extat medicorum Incipientium medicina ſeu medicinæ Chriſtianæ ſpeculum, & diſputationes de Anginis.

§. 444. *Rodericus a Caſtro*, Luſitanus Judæus, Hamburgi degens, cujus eſt tractatus de Peſte Hamburgenſi 1596, præcipueque laudata univerſa Mulierum medicina, & medicus Politicus. *Johannes Baptiſta Zapata. Illephonſus Popus*, Pintianus, qui in Prognoſtica Hippocratis commentatus eſt. *Michael Martinez de Lieva. Jacobus Segarra*, Alonenſis, Profeſſor Valentiæ, qui in complures Galeni libros phyſiologicos pathologicosque, nec non in librum Hippocratis de Natura humana commentatus eſt, eorumque aliqua cum reviſione *Hieronymi Vincentii Salvatoris* excuſa ſunt Valentiæ 1624. *Martinus Gomez de Pampelona. Alphon-*

ſus Diaz Daza. Hieronymus Sorianus. Andreas Baſtellus.

§. 445. *Didacus Lopez* aut *Lopius*, qui de Elementis librum edidit Conimbricæ 1600. *Ambroſius Nonnius*, Luſitanus, qui in tres libros Aphoriſmorum Hippocratis commentaria publicavit. *Nicolaus Boccangelinus*, cujus prodiit de Febribus morbisque Malignis & Peſtilentia liber. *Petrus Diaz de Aguero. Alphonſus de Sancta Cruce*, cujus dignotio & cura affectuum Melancholicorum cum opusculis filii Antonii Poncii prodiit. Ante finitum ſæculum 16. floruiſſe quoque videntur *Antonius Nuneſius* a Zamora, cujus commentarius ſuper caput primum & tertium Galeni de differentiis Febrium Salmanticæ editus affertur ſine mentione anni: & *Hieronymus Nuneſius*, Luſitanus, qui in Galenum de Venæſectione aliquid Olyſippone emiſiſſe perhibetur. A. 1559. Ingolſtadii in album Academicum inſcriptus *Alphonſus Piſa*, Toletanus, ex Societate Jeſu, Med. Licentiatus, Philoſophiæ ac Theologiæ D. & Profeſſor.

§. 446. Germani; primum Vindobonæ claruerunt, 1553. *Paulus Fabricius*, Med. D. Profeſſor Mathematum, Cæſareus Mathematicus, & Poëticæ Facultatis Collega. 1555. *Andreas Blanck*, Med. D., Profeſſor Hebrææ linguæ. *Caſparus Pirchbachius*, Med. Profeſſor tertius. *Johannes Aicholtz*, Vindobonenſis, natus 1520. Magiſter Philoſophiæ Wittebergæ 1547. Med. D. Patavii crea-

creatus, locum in Facultate Medica Vindobonenſi nactus 1557, 17. Septemb. Magiſter Sanitatis 1558, Profeſſor 1560, Rector 1574, †. 1588. 6. Maji, legator Stipendii Aurei Norimbergenſis Medici. 1556. Rector, *Ludovicus Kunig*, Med. D. 1559. fuerunt Facultatis medicæ Doctores, *Johannes Schröter*, Vinarienſis, natus 1513, aliquamdiu Præfectus Scholæ Stambſenſis in Rhætia, 1543. Magiſter Wittebergæ, 1545. medicinæ cultor Vindobonæ, ibidem quoque aliquamdiu Ludi Provincialis præceptor, 1549. Patavii medicinæ ſtudia proſecutus, 1552, 2. Januar. Med. D. Vindobonæ creatus, poſtea quoque ibidem Profeſſor, & Maximiliani Regis Bohemiæ Archiater, 1554. in patriam revocatus, deſignatusque Univerſitatis Jenenſis Profeſſor & Ducum Saxoniæ Archiater, quæ munera etiam poſtea geſſit, primus Academiæ Rector 1558, & deinde adhuc novies, de ea academia univerſa præclare meritus, qui etiam ejus Privilegia integra ab Imperatore Ferdinando impetravit, ab hoc ſimul a. 1557. in Nobilium ordinem relatus, 1579. Patavii Comes Palatinus una cum filiis creatus, †. 1593, 31. Mart. cujus prodiit Viennæ 1551. Typus ex Hippocrate, Galeno, aliisque bonis autoribus, per quem, cognitis ex motu & curſu ſiderum mutationibus anni, uno intuitu de futuris inde morbis unusquisque facile prædicere poterit: deinde Jenæ Adumbratio Contagionis & Peſtis, præter Disputationes, Conſilia, cæt. Ex ejus filiis, *Philippus Jacobus*, Med. D. & Profeſſor Jenenſis: *Johannes Fridericus*, natus 1559, Magiſter Jenæ 1577, anno ætatis 21. Baſileæ Med. D.,

D., idem quoque 1593. Juris Doctor factus, 1583. Profeſſor Med Jenæ, 1588. Phyſicus Budiſſinus, †. 1625, 11. Decemb., qui ſcripſit de omnibus totius corporis humani Humoribus, Patavii editum 1582, & commentaria in Hippocratis librum de natura hominis, cæt.

§. 447. Circa idem tempus & annum 1559. Viennæ clari medici, *Martinus Stopius. Petrus Raimundus. Ladislaus Stuff. Bartholomæus Reiſacher. Michael Spitaler. Andreas Praun* vel Braun. *Elias Anhart* de Graitz, cujus extat Conſilium Podagricum. *Thomas Haugſtain. Paulus Weidner*, ex Judæo Chriſtianus, Viennæ baptizatus 1558, 21. Aug. poſthac ibidem Profeſſor Hebrææ linguæ. *Chriſtophorus Schankarle. Sebaldus Cæſar.* Etiam adhuc floruit *Andreas Dadius* vel Tadius, Med. D. Organi Ariſtotelici Profeſſor. *Diomedes Cornarius*, Zuiccavienſis, Jani filius, Profeſſor Viennæ, Maximiliani II. Imp. Archiater, Nobilibus adſcriptus, cujus & aliorum Conſilia, Obſervationes, Hiſtoriæ raræ & Orationes uno volumine prodierunt.

§. 448. Erfurti, *Pancratius Helbich*, Erfurtenſis, Artis Medicæ & Philoſophiæ D., Eques S. Marci, Rector Univerſitatis Erfurtenſis a. 1563. & 1564. *Adamus Myricianus*, Chrymnicenſis, Artium & Med. D., Rector 1573. *Bruno Seidelius*, Querfurtenſis, Med. D., & Philoſophiæ Profeſſor Erfurti, etiam Poëta, cujus ſunt liber de uſitato apud medicos Urinarum judicio, alius de morbo-

rum

rum Incurabilium cauſis, libri 3. de Ebrietate, &c. *Andreas Starck*, Med. D. & Facultatis Decanus, reipublicæ Erfordienſis medicus Ordinarius, Rector Univerſitatis 1600.

§. 449. In Heidelbergenſi univerſitate, *Thomas Eraſtus*, Badenâ-Helvetius, natus 1523, ſtudia perſecutus Baſileæ & in Italia, (ubi Bononiæ condiſcipulum habuit *Camillum Franchinum*, poſtea ibidem medicum celeberrimum,) unde quoque Doctoris lauream retulit, tum in aula Principum Hennebergenſium medicus, hinc Profeſſor Heidelbergenſis & Archiater Palatinus, Rector 1558. & 1573, a. 1581. Profeſſor Baſileenſis, †. 1583. 31. Decemb. qui maxime inclaruit Diſputationibus de nova Paracelſi medicina, 4 partibus, præterea libro de Aſtrologia divinatrice, de occultis Pharmacorum poteſtatibus, anatome librorum Comitis Montani de morbis, Diſputationum & Epiſtolarum volumine, pluribusque aliis, in quibus etiam liber de Excommunicatione controverſiaque Sacramentaria, cui implicitus fuit. *Petrus Lotichius Secundus*, natus Solitariæ Hanovicæ 1528. 2. Novemb. 1547. Magiſter Wittebergæ, 1557. Med. D. in Italia, 1558. Profeſſor med. Heidelbergæ, †. 1560. 7. Novemb. elegantiſſimis carminibus Latinis, præſertim elegiacis, ſummam laudem conſecutus; cujus ſummus amicus *Johannes Hagius*, Francus, celebris poſtea med. D. qui ejus vitam diligentiſſime perſcripſit. *Sigismundus Melanchthon*, Brettanus, Med. D. & Profeſſor, 1567. Rector. *Ludovicus Gravius*, Heidelbergenſis, natus 1547. patre medico

dico

dico ejusdem nominis, 1571. med. D., 1573. Profeſſor, denique Archiater Electoris Friderici IV, Rector academiæ 1577, 1582, 1605 & 1613, †. 1615, 28. Decemb. *Simon Grynæus*, Med. & Mathematum Profeſſor, Rector 1578.

§. 450. *Henricus Smetius* a Leda, natus Aloſti 1537, 29. Junii, Roſtochii & Heidelbergæ medicâ diſciplinâ imbutus, Bononiæ 1561, 23. Januar. Med. D., tum practicus Antverpiæ, mox Lemgoviæ Comitum Lippienſium medicus per 7 annos, hinc Heidelbergæ Archiater Friderici III Electoris per biennium, quo mortuo Frankenthalium conceſſit, mox Neoſtadii Palatinorum novæ ſcholæ Profeſſor per 7 annos, & ejus Rector 1582, 1585 Profeſſor med. Heidelbergenſis, Rector 1589 & 1597, †. 1614, 15. Mart., cujus extant Miſcellanea medica bonæ notæ, idemque non ignobilis Poëta Latinus, & Proſodiæ celeberrimæ autor. *Johannes Opſopoeus*, Brettanus, natus 1556, 25. Jul. 1576. in typographeo Wecheliano Corrector, ab a. 1578. Pariſiis per ſexennium medicinæ ſtudiis eruditus, tum Heidelbergæ Profeſſor medicinæ Phyſiologicæ Botanicæque, poſtea etiam Archiater Friderici IV. Electoris Palatini, Univerſitatis Pro-Rector 1593, †. 1596. 23. Septemb. complura ſcripta Hippocratis Græce & Latine, cum Celſi interpretationibus adjectis, emendate, uno volumine edidit. *Theophilus Maderus*, Frauenfeldâ-Turgovius, Profeſſor medicinæ Phyſiologicæ, Rector 1594, (dicitur quoque fuiſſe Tiguri Profeſſor medicinæ,) †. 1604. 26. Januar. natus annos 63.

§. 451.

§. 451. In Univerſitate Lipſienſi, ab Electore Mauritio Profeſſio quarta Facultatis medicæ fundata eſt: ab Electore Auguſto Hortus Botanicus cum Demonſtratore. Facultatis medicæ Decani fuere a. 1555. *Martinus a Drembach*, Artium Philoſ. & Med. D., Collegii Majoris Principum Collegiatus, urbisque Senator, †. 1571. 17. Decemb. natus annos 71. menſem 1. dies 13. A. 1571. *Wolfgangus Meurer*, Altenbergæ Misniæ natus 1513. 23. Maji, primum Scholæ Thomanæ Conrector, tum anno ætatis 18. Philoſophiæ Baccalaureus, triennio poſt Magiſter, inde per 6 annos Scholæ Senatoriæ ad D. Nicolai Rector, & poſtea quoque Collegii Principum Majoris Collegiatus, hinc medicinæ ſtudiis operatus Lipſiæ, & in Italia, præcipue Patavii, 1542. Lipſiæ Profeſſor Organi Ariſtotelici per 27 annos, 1549. ibidem una cum *Blaſio Thammullero*, Lipſienſi, celebri practico Lipſiæ, †. 1552, Rectore 1549, & *Balthaſare Kleinio*, Med. Doctor renunciatus, †. 1585. 6. Febr. A. 1585. Decanus *Simon Scheibe*, Lipſienſis, 1565. Rector ex Magiſtrorum Ordine, & 1569. tanquam Doctor, iterum 1579. A. 1597. *Balthaſar Gitler* vel Gütler, Lembergâ-Sileſius, Med. D. Lipſiæ 1571. 12. Septemb. Rector 1566, 1572, 1588, 1598. †. 1616.

§. 452. Alii Profeſſores & Doctores medicinæ, *Simon Simonius*, Luccanus Italus, ad Reformata Sacra transgreſſus, factusque Profeſſor Philoſophiæ Genevæ, deinde Heidelbergæ, tum Profeſſor medicinæ Lipſiæ, ubi etiam a. 1576. viſitatoribus conſilium reformandæ univerſitatis ſcripto expoſuit, poſtea

poſtea digreſſus in Sileſiam, Moraviam, Poloniam, & Antitrinitariorum ſectam ſecutus; cujus extant, Synopſis novæ theoriæ de Humoralibus febribus, cum Examine ſententiæ a Brun-Seidelio latæ de iis, quæ Joubertus ad explicandam febrium humoralium naturam in Paradoxis ſuis diſputavit: vera ratio Periodorum nec non continuationis intermiſſionisque febrium humoralium, curandæ Peſtis methodus, de Putredine, Commentarius in Ariſtotelem de Senſu & Senſibili, Reſponſum de obitu Stephani Polonorum regis, Anti-Schegkiana, aliaque eriſtica adverſus *Marcellum Camillum*, quendam *Squarcialupum* Thuſcum Plumbinenſem, *Nicolaum Buccellam* Italum, Chirurgum Anabaptiſtam, cæt. *Andreas Ellinger*, Orlamundanus, natus 1526, Lipſiæ Magiſter 1549, Profeſſor 1554, Med. D. 1557, 28. April. Rector 1593. Jenæ Profeſſor medicinæ 1569. †. 1582. 12. Mart. tertium Rector, a quo confecta Hippocratis Aphoriſmorum paraphraſis poëtica. *Georgius Salmuth*, Lipſienſis, Med. D. Monſpelienſis, Patavio Lipſiam evocatus ad Profeſſionem Chirurgiæ & Anatomes, deinde Dresdæ Archiater Electoralis, denique Serveſtæ Archiater Principis, Profeſſor medic., & civitatis Phyſicus, †. 1604. natus annos 50.

§. 453. *Paulus Vetzer*, Noribergenſis, Med. D. & Profeſſor Publicus, †. 1552. natus annos 54. *Mauritius Steinmetz*, de Gersbach, Philoſ. Magiſter, Mathematum Profeſſor Publicus, Minoris Principum Collegii Collegiatus, Facultatis Philoſophicæ Senior, Medicinæ Licentiatus, primus in Horto

Horto medicinali Botanicus, †. 1584. 1. Jul. *Georgius Mosbach*, vel Masbach Schwinfurtenſis, Magiſter, Rector 1566, 1572, 1574, Med. D. 1571. 12. Septemb., deinde Profeſſor Publicus, †. 1593. 12. April. *Georgius Walther*, Halâ-Saxo, Rector 1589. Med. D. & Profeſſor Publicus, †. 1594. 10. Novemb. *Johannes Steinmetz*, Lipſienſis, Med. Licentiatus 1591. 19. Maji, Doctor 1592. 27. Septemb. *Christophorus Meurer*, Lipſienſis, Wolfgangi filius, natus 1558. 9. Octob. Profeſſor Mathematum, Med. Lic. & D. cum Joh. Steinmetzio, medicus Noſodochii publici, †. 1616. 21. Aug. *Joachimus Tanke*, Perlebergenſis, Poëta Laureatus, Rector 1593. & 1599. Med. Lic. & D. ſimul cum duobus præcedentibus, Profeſſor Anatomes & Chirurgiæ, & Collegii Principum Majoris Collegiatus, †. 1609. 17. Novemb. natus annos 52. qui quædam Chirurgica, Chemica & Anatomica ſcripſit. *Michael Barth*, Annabergenſis, Med. Lic. & D. una cum præcedentibus, Rector 1575. & 1583.

§. 454. *Gregorius Bersmann*, Annabergenſis, medicinæ quidem ſtudia diligenter perſecutus, ſed nullum publicum in ea characterem adeptus, Profeſſor Poeſeos, Græcæ Linguæ, & Ethices Lipſiæ, propter negatam Formulæ Concordiæ ſubſcriptionem dimiſſus 1581, tum Rector Gymnaſii Servestani, natus 1538. 10. Mart. †. 1611. 5. Octob. *Johannes Friderici*, Wolfshuſanus Francus, præter alia munera geſta, Profeſſor Eloquentiæ, Phyſices, Græcæ Linguæ, & Hiſtoriarum, Lipſiæ, natus 1563. 7. Octob. †. 1629. 8. Decemb.

§. 455. In Univerſitate Roſtochienſi celebres fuerunt, *Jacobus Bordingus*, natus Antverpiæ 1511. 11. Jul., poſt academica ſtudia, præſertim linguarum, Lovanii feliciter agitata, miſſus Lutetiam Pariſiorum anno ætatis 18, ubi Græcas & Hebraicas literas etiam publice profeſſus eſt, hinc Monspelii ſtudium medicinæ, Pariſiis jam agitatum, perſecutus] beneficio Episcopi Mimatenſis, dum in Italiam contendit, a Cardinali Jac. Sadoleto Carpentoractenſi ſcholæ præfectns eſt anno ætatis 27, ubi quoque uxorem duxit, tum Bononiæ lauream Doctoris med. nactus, a. ætatis 29. Carpentoracte reverſus, inde vero ob Religionis circumſcriptam libertatem paulo poſt digreſſus in patriam, ex qua tamen, poſtquam ibi per quinquennium & praxin medicam exercuerat & Chirurgiæ præcepta tradiderat, ob eandem cauſam demigravit Hamburgum, hic etiam publico ſtipendio medicus conſtitutus, qua provincia per 5. propemodum annos adminiſtratâ, Roſtochium accitus eſt a. 1550. factusque Profeſſor Medic. & Archiater; poſt ſeptennium autem Havniam accitus ad eadem munia obeunda, introductus ibi 1557, 20. Maji, †. 1560. 5. Septemb. Rector Univerſitatis 1559. Ejus Anatome ſeu Phyſiologia, in ſex Galeni libros de tuenda Sanitate enarratio ſeu Hygiene, & Commentarius in tres Galeni libros de Morborum & ſymptomatum differentiis & cauſis ſive Pathologia, a Lev. Batto edita ſunt 1591. Conſilia quædam prodierunt 1605. *Henricus Brucæus*, natus Aloſti Flandrorum a. 1531., Med. D. Bononiæ creatus, mox in urbe natali Phyſicus & Senator factus,

poſt

poſt ſexennium, (interim a. 1565. ſponſæ Ducis Parmenſis Alexandri Farneſii medicus additus,) anno 1568. Roſtochium ad Profeſſionem Mathematum & Medicinæ vocatus, ibi per 25. annos munere geſto, †. 1593. 4. Januar. editis propoſitionibus de Scorbuto, & Epiſtolis varii argumenti medicis, inter Henr. Smetii Miſcellanea reperiundis. *Levinus Battus*, Roſtochienſis, natus 1545. menſe Decemb., Wittebergæ Magiſter 1559. hinc in patria Profeſſor Mathematum, 1565. in Italiam profectus, unde accepto Doctoris Med. gradu redux, Profeſſor ejus facultatis conſtitutus eſt, eoque munere per 25. annos functus, †. 1591. menſe April. cujus filius *Conradus*, natus 1573. 13. Mart., Regiomonti 1602. medicus Loimicus publice conductus, 1604. Med. D. Baſileæ creatus, ſed infelici caſu †. 1605. 30. Novemb. Roſtochii; cujus etiam aliquot Epiſtolæ inter Smetiana Miſcellanea occurrunt. *Johannes Tunnichæus*, Med. D & Profeſſor, idemque Profeſſor Mathematum, †. ex febre peſtilente 1565. 22. Septemb. *Gerbardus Nennius*, Sleidanus, Med. & Mathematum Profeſſor, & 1561. etiam Hebrææ linguæ, Rector Univerſitatis 1565. †. ut videtur, 1577. *Petrus Memmius*, Herenthala-Belga, Med. D., primo practicus Ultrajectinus, Profeſſor Med. Roſtochii 1561. Rector academiæ 1572. & 1578. cujus habentur de recto medicinæ Uſu liber, Hippocratis Jusjurandum commentario illuſtratum, & alia. *Guilielmus Laurembergius*, Salingenſis, Philoſ. Magiſter 1591. 2. Mart. Med. D. 1587. 1. Jun. Profeſſor Mathematum & 1590. Medicinæ, Rector

Univerſitatis 1584. 1590. 1599. etiam Poliater, †. 1612. 2. Febr. natus annos 65. cujus extat Botanotheca, deſcriptio Ætitis ſeu lapidis Aquilæ, disputatio de febre Petechiali, & alia. *Matthias Flacius*, Illyricus, Brunſvicenſis, Theologi ejusdem nominis filius, Roſtochii Magiſter 1574. menſe Aprili, in Facultatem Artium receptus 1579. Berolinum digreſſus 1580. Med. D. 1581. 23. Septemb., deinde Profeſſor Phyſices, & 1590. medicinæ, jam ante a. 1616. defunctus; cujus ſunt Commentarii de Vita & morte, Disputationes partim phyſicæ, partim medicæ, &c. *Magnus Pegelius*, Conradi Profeſſoris Roſtochienſis Philoſophiæ filius, Magiſter 1569. Kal. Septemb. poſtea Med. D & Profeſſor Phyſices & Med. Rector 1593. &c. ingenioſus Mathematicarum Phyſicarumque rerum inventor. *Petrus Paauw*, vid. inter Leidenſes. 1596. *Henricus Pauli*, Simonis theologi filius, Med. D. & Profeſſor, pater Simonis medici, poſtea Reginæ Danorum viduæ, Sophiæ, Archiater.

§. 456. In Academia Lovanienſi Profeſſores, *Guilielmus Bernartius*, Tiletanus Flander, Med. Licentiatus, Profeſſor Ordinarius 1554, ad Concilium Univerſitatis admiſſus 1559. pridie Kal. Mart., Med. D. 1561. †. 1572. Idib. Maji, natus annos 52. *Jacobus Varentius*, vulgo *Vander Varent*, Aldenardenſis, ex Facultate Artium receptus ad Concilium Univerſitatis 1549. Kal. Octob. in Facultate Medicinæ Canonicus Novæ fundationis & Profeſſor 1556. Kal. Decemb. Med. D. 1561. ter Rector & primo 1562. †. 1577. 7. Kal. Maji. *Nicolaus*

laus Bieſius, Gandavenſis, Med. D. Studii Senenſis, Profeſſor Regius 1558, adſcriptus Collegio Facultatis 1562. prid Kal. Aug., Orator ab Academia ad Ferdinandum Ducem Albanum miſſus, poſtea 1569. medicus domeſticus Maximiliani II. Imp. †. in hoc munere 1573. ætatis a. 57. cujus extant Theoreticæ medicinæ libri 6, in Artem medicam Galeni Commentarii, de Methodo medicinæ liber, de Natura libri 5. aliaque Philologica & Philoſophica. *Balthaſar Flon* 1559, Med. Licentiatus, Prof. Ord. *Theodoricus Thibault* 1559, Med. Lic., Prof. Ord. *Johannes Blondel*, Inſulenſis, Profeſſor Ord. 1559. Rector 1574. adhuc Med. Lic. Med. D. 1578. 14. Kal. Novemb. poſtea Societatem Jeſu amplexus, mortuus Muſſiponti.

§. 457. *Cornelius Gemma*, Lovanienſis, Reineri filius, Profeſſor Regius 1569., Med D. 1570. 10. Kal. Jun. †. 1577. 12. Octob. ætatis a. 42. excellens Mathematicus, qui præter hujus argumenti libros edidit de arte Cyclognomica tomos tres, doctrinam ordinum univerſam unaque philoſophiam Hippocratis, Platonis, Galeni & Ariſtotelis in unius communiſſimæ ac Circularis methodi ſpeciem referentes, per animorum triplices orbes ad ſphæræ cœleſtis ſimilitudinem fabricatos: de Naturæ divinis Characteriſmis libros 2, cum Caſu mirabilis Abſceſſus in puella, relato nuper in prodigiorum claſſem, item de raro genere Epidemicæ febris ac Peſtilentis, ad Galeni Hemitritæon accedentis proxime, cæt. *Petrus Bruegelius*, Silvæducenſis, Med. D. Patavinæ Facultatis, Regius extra ordinem Pro-

feſſor celeberrimus 1569, qui tamen plerumque abſens inter Nobiles primarios medicinæ faciendæ cauſa verſari coactus fuit, †. 1577. XI. Kal. Jun. idemque fundator eſt Collegii Medicorum ſeu Bruegeliani Lovanienſis. *Johannes Walteri* aut Gualteri *Viringius*, Lovanienſis, primo Phyſicus oppidi Veere in Zeelandia, Profeſſor Ord. 1571. natus annos 32, eodem a. Med. D., ſed Profeſſionis anno 23, defuncta uxore ſtatum amplexus Eccleſiaſticum 1593, abdicatoque munere academico factus Sacerdos & Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Atrebatenſis, (unde quibusdam vocatur Atrebas,) poſtremum Alberto & Iſabellæ, Belgii Gubernatoribus, a Sacris Oratorii, cæterum Rector Univerſitatis 1579, 1582, 1587. cujus prodierunt Epitome Anatomica And. Veſalii in Belgicum ſermonem translata, de Jejunio & Abſtinentia libri 5. medico-eccleſiaſtici, &c. conf. ſupra §. 326.

§. 458. *Petrus Richarius*, Machlinienſis, Med. D. Lovanii 1578. 14. Kal. Novemb. Profeſſor Ordinarius 1579, poſtea a. 1593. Principum Gubernatorum Belgii medicus Cubicularius. *Petrus Pierius a Smenga*, Schotanus Friſius, Med. D. una cum Richario, eodemque a. 1579. 8. Idus April. Profeſſor Regius, qui antea per 8. annos linguam Hebraicam in Buslidiano Collegio Trilingui docuerat, †. 1601. 10. Febr. (alibi dicitur †. 1650. 7. Id. Mart. quum vixiſſet ultra 90. annos, & Doctor 72. annos.) *Hermannus a Griſſenroy*, Lovanienſis, S. Theologiæ Baccalaureus Formatus, Vice-Comes Palatinus, Eques Auratus, Med. D. Ticini promotus, licet in ea univerſitate non per

anni

anni ſpacium reſederat aut ſtudiis operam dederat, quapropter, quum a. 1578. 14. Kal. Novemb. Doctoribus Lovanienſibus aggregandus eſſet, neque hoc vi ſtatuti, quod minimum annuum ſtudiorum tempus in eadem univerſitate requirit, fieri liceret, ad petitionem ejus ſuper eo diſpenſatum eſt: idem Canonicus Novi Collegii, unaque Profeſſor medicinæ Ordinarius.

§. 459. *Thomas Fienus*, vulgo *Fyens*, Johannis filius, Antverpianus, Med. D. Lovanii 1593. 5. Id. Novemb. eodem a. Profeſſor med. Primarius, Principum Belgii Gubernatorum & Ducis Bavariæ medicus Cubicularius, Rector academiæ 1594, 1599, 1604. †. 1631. Idib. Mart. natus annos 64. compluribns libris inſignem laudem adeptus, qui ſunt, de Cauteriis libri 5., de viribus Imaginationis liber, de Formatrice fœtus, & liber 2. de Formatione fœtus, Apologia pro ſua de Animatione fœtus tertio die opinione; libri Chirurgici 12. poſthumi de præcipuis artis Chirurgicæ controverſiis, & Semiotice. *Gerhardus de Vileers*, Lovanienſis, Dominus temporalis de Vileer Perwin, Med. D. ſimul cum Fieno, eodemque anno Profeſſor Ordinarius Regius, Archiducum Auſtriæ Alberti & Iſabellæ medicus Cubicularius, à multis Principibus Magnatibusque in magna gratia habitus, Rector Univerſitatis a. 1622. & 1626. †. 1634. 4. Id. Maj. natus annos 68. *Guilielmus* quoque *Pantinus*, Tileto-Flander, aliquando Profeſſor Lovanii fuiſſe dicitur, ibique Corn. Celſum publice prælegiſſe, deinde medicus Brugenſis, †. 1583. 2. Octob. cujus habetur editio Celſi cum amplioribus

bus Commentariis in duos priores libros, brevioribus annotationibus in reliquos, Baſil. 1552. in fol. idem elegans quoque Poëta.

§. 460. Alii Doctores Lovanienſes, *Gabriel Ayala*, Antverpienſis, promotus 1556. menſe Aprili, medicus reip. Bruxellenſis, cujus extant popularia Epigrammata medica, Carmen pro vera medicina ad luem peſtilentem, additis ab ipſo scholiis, item Elegiarum liber, conjuncte edita 1562. *Petrus Beauſardus*, Lovanienſis, una cum Ayala Med. D. creatus, primus Lovanii Profeſſor Mathematum Regius, †. 1578. prid. Id. Aug. qui ſcripſit Mathematica. *Adrianus Rodius*, Gerardimontanus, Lovanii Profeſſor medicinæ Ordinum Brabantiæ, inde evocatus Duacum ad munus Profeſſoris med. primarii in nova ſtudiorum Univerſitate gerendum a. 1562, hoc ipſo Lovanii Med. D. creatus Kal. Sept. *Martinus Descailles*, Audomaropolitanus, una cum Rodio promotus. A. 1566. Doctoris gradum conſecuti *Petrus Haeſtricht*, & *Judocus Maſius*. 1567. *Michael Baillet*, Inſulenſis.

§. 461. A. 1571. ſummos in medicina honores adepti *Robertus Fervacquius*, (an Farvacquius?) Lovanienſis: & *Jacobus Baſtaerts*, Lovanienſis. 1572. 13. Kal. Januar. *Johannes Jolyrus*, Inſulenſis. 1574. *Arnoldus Van Dycke*. A. 1593. 5. Id. Novemb. *Johannes Sturmius*, Machlinienſis, primum Philoſophiæ in Pædagogio Lilii, deinde Mathematum Publicus Regiusque Profeſſor, ad Concilium

cilium Univerſitatis receptus ex Facultate Medica 1591. 7. Id. Febr. Rector 1619. qui præter Phyſica & Mathematica Carminaque ſcripſit eruditum librum de Roſa Hierichuntina. *Philippus Gemma*, Cornelii filius, Lovanienſis, ad Concilium academicum admiſſus 1588, poſtea Phyſicus Montium Hannoniæ. *Petrus Winandus*, Eerſelius, medicus reip. Bruxellenſis, ibi †. ſenex 1634. 5. Id. Aug. *Adrianus* quoque *Romanus*, Lovanienſis, Rector Univerſitatis fuit 1592. tunc Med. Licentiatus, deinde etiam Doctoris gradum conſecutus, factusque Herbipoli Profeſſor Med. & Archiater, poſtea uxore defuncta Sacerdos & Canonicus, hinc Cæſareus & Poloniarum Regis Mathematicus, Auratusque Eques, natus 1561. 29. Septemb. †. 1615. 4. Non. Maj. Moguntiæ in itinere verſus patriam; qui præter mathematica ſcripſit de Formatione corporis humani in utero.

§. 462. In Gryphiswaldenſi academia Profeſſores, a. 1559. *Ezechias Reich*: *Franciſcus Joel*, pater, cujus Opera, i. e. univerſæ medicinæ ſyſtema, 6 Tomis poſt obitum autoris partito edita, deinde conjuncte aliquoties recuſa, ad praxin & notitiam remediorum facile parabilium magnæ habentur utilitatis. A. 1581. *Jacobus Seidelius*, Olavia-Sileſius, primo Poliater Anclamenſis, deinde Gryphiswaldiæ Phyſicus & Profeſſor, †. 1615. 4. Febr. ætatis a. 68. cujus prodierunt methodicæ Arthritidis & Phthiſis curationes, cum adjecta diſſertatione de Saliva, Sputo, & Muco, item Obſervationes medicæ Lyſeri Cultro anatomico ſubjunctæ.

T 5 §. 463.

§. 463. In Baſileenſi Univerſitate floruerunt, 1559. *Iſaac Keller*, Med. D. 1565. *Theodorus Zwingerus*, Epiſcopi-Cella-Helvetius, natus 1533. 2. Aug. †. 1588. 10. Mart. Profeſſor Linguæ Græcæ, Ethices, & Medicinæ, minime lucri cupidus medicus, Hippocratis vindex ſeverus, celebris ob perfectum ingens Theatrum vitæ humanæ, editos Commentarios & Tabulas in 22. libros Hippocratis, in Galeni Artem medicinalem, in ejusdem librum de Conſtitutione artis medicæ; itemque ob vulgatam Phyſiologiam medicam, aliaque nonnulla. 1570. *Felix Platerus*, Baſileenſis, (cujus pater *Thomas*, ludimagiſter, etiam medicinam didicerat a medico Epiſcopi Bruntrutenſi, dum ei ipſe cum uxore famulitium præſtaret,) Archiatros ſive Poliater, & per 43. annos continuos Profeſſor, Med. D. per 57. annos, Rector univerſitatis ſexies, †. 1614. 28. Jul. natus annos 77. menſes 9. practicus celeberrimus, & ad plures Principes, ut Würtenbergicos, Lotharingos, Badenſes, cæt. frequenter arceſſitus, 160. Doctorum medicinæ promotor, cujus etiam extant egregiæ Obſervationes medicæ, ad ipſius Praxin, quæ tribus Tomis conſtat, accommodatæ; item de partium humani Corporis ſtructura, & uſu libri 3. & alia quædam. 1575. *Johannes Nicolaus Stupanus*, Rhætus, natus Pontraſini Valeſiæ 1542. 11. Decemb. 1565. Baſileæ Magiſter Philoſophiæ, 1569. med. D., 1575. Profeſſor Oratoriæ & Organi Ariſtotelici, 1589. Theoriæ medicæ, †. 1621. 11. Aug. cujus extat Theorica medicina, & quædam Epiſtolæ. *Caſpar Bauhinus*, natus Baſileæ 1550. 17. Januar. †. 1624. 5. Decemb.

Decemb. Profeſſor primum Græcæ Linguæ, deinde Botanices & Anatomiæ, denique medicinæ Primarius, etiam Poliater, & Würtenbergicus Archiater, plurimis ſcriptis, potiſſimum Anatomicis Botanicisque inclytus, ex quibus potiora ſunt Theatrum Anatomicum & vivæ ejus Imagines, (eidemque adſcribitur inventio valvulæ coli,) de Hermaphroditis monſtroſisque partubus libri 2, Pinax theatri Botanici, Prodromus theatri Botanici, animadverſiones in Hiſtoriam Plantarum Lugdunenſem, catalogus Plantarum circa Baſileam naſcentium, de lapide Bezoar liber, &c.

§. 464. *Horatius Curio*, Cælii Secundi filius, Philoſ. & Med. D. Piſis creatus anno ætatis ſuæ 20, Ferdinandi I. & Maximiliani II. Impp. Conſiliarius, Conſtantinopolim ablegatus, †. 1564. 15. Febr. natus annos prope 30. *Johannes Wernerus Huber*, Med. D., Johannis filius. *Adamus a Bodenſtein Caroloſtadius*, filius Andreæ celeberrimi Theologi, Paracelſi doctrinam primus Baſileæ interpretatus, ejus quoque complurium librorum editor, †. 1577. ex peſte, a qua tamen cunctos ſuâ ſe theriaçâ tuiturum promiſerat. *Leonhardus Thurneiſſer* zum Thurn, Baſileenſis, famigeratiſſimus Alchemiſta & Aſtrologus, Paracelſi aſſecla, multorum librorum ad ſectæ hypotheſes compoſitorum, tam Latinorum quam Teutonicorum autor, aliquamdiu Electoris Brandenburgici medicus aut chemicus, †. 1596. Coloniæ Agrippinæ, in itinere, Berolino revertens.

§. 465. *Henricus Pantaleon*, Baſileæ natus 1522. 13. Jun. †. 1595. 3. Mart. primum Theologiæ cultor

tor & in ea factus Licentiatus, deinde Medicus, & Profeſſor Dialecticæ & Phyſicæ per 40. annos, idem ab Imperatore Maximiliano II. ob dedicatam tertiam Proſopographiæ Partem Poeta Laureatus & Comes Palatinus creatus, qui aliqua quidem medica, plurima vero Hiſtorica compoſuit, Latine pariter ac Teutonice, alia in Teutonicam linguam convertit. *Johannes Georgius Leo*, Baſileenſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Phyſicæ, †. 1610. ex peſte. *Petrus Ryf*, Baſileenſis, natus 1555. 8. Maji, †. 1629. 19. Maji, Med. D., Profeſſor Mathematum. *Guilielmus Arragoſius*, natione Gallus Toloſanus, Cæſareus ac Regius medicus, †. 1610. 13. Maji, ætatis a. 97., Jacobo Zwingero, qui e veſtigio ſequitur, inſtituto herede. *Jacobus Zwingerus*, Theodori filius, natus Baſileæ 1569. 15. Aug. Patavii 1585. & ſeqq. medicinæ ſtudiis deditus, 1593. Baſileam reverſus, 1594. Med. D., itemque Profeſſor Linguæ Græcæ, etiam Noſodochii publici medicus, †. 1610. 11. Septemb. cujus ſunt, præter Philologica Græca, & pietatis opuſcula, Examen principiorum Chemicorum, Phyſiologia, Commentarius in Galeni Definitiones medicas, Epiſtolæ quædam apud Hildanum, cæt.

§. 466. *Felix Würz*, Baſileenſis, Chirurgus memorabilis ob ſuum Unguentum, & Chirurgiam Germanicam 5. libris comprehenſam, poſt obitum autoris demum ab ipſius fratre Rudolpho luci publicæ expoſitam. Alius ibidem Chirurgus fuit *Nicolaus Marpach*, idem Senator, †. 1590. 7. April. ætatis a. 67.

§. 467. Ingolſtadii celebres, a. 1553. *Henricus Preinning*, Med. D. *Johannes Fiſcherus*, Wembdingenſis, Med. D. & Profeſſor, idem qui inter Tubingenſes vocatur Viſcherus. A. 1555. *Fridericus Sandholzer*, Veldkirchio-Rhætus, antea Moguntiæ Magiſter & Profeſſor Philoſophiæ, tum Theologiæ, poſtea Medicinæ cultor ſtrenuus, ut æque medicus atque theologus jure ſuo dici potuerit, denique ad Theologiam reverſus, in eaque honores & munera conſecutus. 1559. inſcriptus in album academicum *Petrus Stromair*, poſtea Phyſicus Ingolſtadienſis, circa 1580. autem eodem munere Fuldæ fungens. A. 1560. 14. Mart. †. *Laurentius Gryllus*, Landshuto-Bavarus, natus annos 76. menſes 7. dies 7. Med. D. & Profeſſor eximiæ laudis, practicus felicisſimus, ad ſtudium rerum naturalium & medicamentorum excolendum longe lateque peregrinatus, qui & ſtipendium pro medicinæ ſtudioſis fundavit, & libros 2. de Sapore dulci & amaro conſcripſit, poſt ipſius mortem ab *Adamo Landavo* editos 1566. adjecta autoris Oratione de Peregrinatione ſtudii medicinalis ergo ſuſcepta: Landavus iſte fuit etiam ibidem Med. D. & Profeſſor egregius, & practicus feliciſſimus, †. 1573. circa feſtum Purificationis Mariæ.

§. 468. A. 1561. Rector Univerſitatis *Johannes Lonæus Boſcius*, Med. D. & Profeſſor Ordinarius, itemque Mathematum, cujus ſunt Oratio de optimo medico & medicinæ Autoribus, Concordia medicorum & Philoſophorum de humano Conceptu atque fœtus corporatura, animatione, cæt. reſpondente *Andrea*

drea Helepyro, Monachienſi, (qui poſtea quoque aliis ſcriptis inclaruit,) liber de Peſte, &c. *A.* 1565. inſcriptus matriculæ Magiſter *Adamus Myricianus*, poſthac Med. D. *Jacobus Suevus*, Schweigerenſis, Philoſ. & Med. D. A. 1566. *Johannes Voluinictius*, in medicina examinatus & approbatus. *Melchior Fleckh*, 1568. 7. Januar. una cum *Georgio Palma*, Norimbergenſi, Med. D. Ingolſtadii, poſtea celebris practicus Salisburgi. A. 1567. Mag. *Adamus Schilling*, Epiſcopi Babenbergenſis medicus, nunc ad Doctoris gradum hic promotus. *Jacobus Oetheus*, Northuſianus, Med. D. & Profeſſor, qui ſcripſit de recto uſu medicinarum tum in ſanis tum in ægris, aliaque.

§. 469. A. 1572. inſcriptus *Laurentius Hager*, Uberlingenſis, poſtmodum Med. D. & Practicus Lucernæ Helvetiorum. A. 1574. Rector Univerſitatis *Cyriacus Lutzius*, Med. D. & Profeſſor. A. 1575. Rector *Philippus Menzelius*, Med. D. & Profeſſor, idem celebris Poeta, & antea Poeſeos Profeſſor. A. 1577. inſcriptus *Matthias Coclerus*, Philoſ. & Med. D. Ingolſtadii quoque primum Profeſſor Mathematum fuit ab a. 1552. *Philippus Apianus*, Petri patris ſucceſſor, ab eo tempore medicinæ etiam ſtudia aggreſſus, & 1564. Bononiæ Doctor creatus, 1567. religionis Evangelicæ cauſa Ingolſtadio digreſſus, 1569. Tubingæ Profeſſor Matheſeos, †. 1589. 15. Novemb. ætatis a. 56. vel ſecundum alios 58.

§. 470.

§. 470. Tubingæ clari, A. 1554. Magiſter *Joſeph Hirnbach*, nunc Studioſus medicinæ. Magiſter creatus *Nicolaus Mögling*, Tubingenſis, poſtea Med. D. & practicus Reutlingenſis per 7. annos, †. 1576. 15. Januar. natus annos 44. A. 1561. 30. Decemb. Profeſſor Med. factus *Venerandus Gabler*, de quo jam ſupra dictum eſt. 1565. commemoratur Stutgardiæ D. *Conradus Stäcke*. A. 1566. Med. D. *Petrus Funccius*, Memmingenſis. 1567. 28. Jun. Med. Profeſſor *Johannes Viſcker*, Wemdingenſis, natus 1524. 16. Decemb., antea ſtudiis Philoſophiæ, Theologiæ, Hebrææ Græcæque linguæ deditus, 1549. 19. Febr. Magiſter Wittebergæ, tum ad medicam diſciplinam transgreſſus eâque imbutus Wittebergæ, Tubingæ, Patavii, Goritiæ apud Pet. And. Matthiolum, Venetiis, Bononiæ, ubi 1553. die Margaretæ Doctor creatus, 1554. menſe Aprilis Profeſſor med. Ingolſtadii, ab a. 1555. menſe Novemb. Nordlingæ Poliater per 6. annos & 4. menſes, 1562. menſe Mart. Marchionis Onolzbacenſis medicus aulicus per 6. annos, 1568. 28. Febr. Tubingam venit, Rector Univerſitatis 1573, 1578, 1582. †. 1587. 22. April. cujus extant aliquot Diſputationes, Epiſtola ad Matthiolum, enarratio Aphoriſmorum Hippocratis, a filio Hieronymo 1591. edita.

§. 471. A. 1568. 7. Febr. Profeſſor Med. *Georgius Hamberger*, Dünckelspielenſis, 1556. 12. Aug. Tubingæ Magiſter, 1562. 4. Febr. Med. D., hinc Phyſicus Rotenburgi ad Tubarim, unde Tubingam venit 1568. 30. Maji, 1575. Rector,

iterum

iterum 1580. 1584. 1587. 1590. & ſæpius. 1571. 4. Jul. Med. D. *Chriſtophorus Engel*, Breslavienſis. 1572. 17. Decemb. Med. D. *Laurentius Walther Kuechel*, Ulmanus, deinde in patria Phyſicus: *Caſpar Gutmann*, poſtea celebris medicus Auguſtanus. 1574. Med. D. *Petrus Eggel*, Ravenspurgenſis. 1575. 10. Maji Med. D. *Laurentius Hyperius*, Marpurgenſis, antea Magiſter. 1576. 9. Maji Med. D. *Alexander Camerarius*, Tubingenſis, poſtea Phyſicus Reutlingenſis, Magiſter 1576. A. 1578. 26. Maji in locum Jac. Schegkii Profeſſor Philoſophiæ & Med. *Andreas Planer*, Boza-Tyrolus, natus 1546. Magiſter Tubingæ 1566. 20. Febr. Med. D. 1569. 19. Decemb., tum Profeſſor Med. Argentorati, 1586. Rector Univerſitatis Tubingenſis, & poſthac aliquoties, †. 1607. cujus prodierunt, præter Disputationes, & Orationes, Methodus inveſtigandi locos affectos, & de Methodo medendi libri 2.

§. 472. A. 1581. 18. Januar. Med. DD. Mag. *Simon Buſius* de Gernspach: *Caſpar Majer* Waiblingenſis, †. Tubingæ 1591. 12. Jun. *Johannes Kleeſättel*, Nordlinganus: *Adamus Jung*, Feuchtwangenſis. 28. Aug. Mag. *Matthias Anomoeus*, Voigtlandius Wonſidelenſis. 1582. 10. Januar. Med. D. *Jeremias Seng*, Nordlingenſis. 11. Jul. Med. D. Mag. *David Grünblat de Roſenau*, Hungarus. 1583. 1. Sept. Med. D. Mag *Elias Waldner*, Memmingenſis. 11. Decemb. *Joſeph Brentius*, Johannis theologi filius, †. Halæ Suevorum 1586. A. 1584. 10. Novemb. Med. D. *Ulricus Andreæ*.

1587.

1587. 25. Septemb. *Thomas Schlaier*, & Myllus. Eodem a. ſucceſſor Viſcheri in Profeſſione med. *Daniel Mögling*, Tubingenſis, natus 1546. Med. D. 1572. 17. Decemb., Univerſitatis Rector 1591. & 1601. †. 1603. cujus extant Disputationes academicæ.

§. 473. A. 1588. 10. Jul. Med. DD. *Petrus Paulus Höchſtetter*, & *Andreas Scholl*, 18. Decemb. *Johannes Hartmann Baier*, Francofurtanus, Artium Mag. A. 1589. 22. Septemb. Med. D. *Oswaldus Häberlin*, Ravenspurgenſis. 1590. 14. Octob. Med. D. *Martin Solfleiſch*, Altenburgenſis, Magiſter 1588. 14. Aug. A. 1591. 23. Febr. *Maximilianus Manlich*, Auguſtanus.

§. 474. In Univerſitate Wittebergenſi, Profeſſores: *Johannes Hermannus*, Nordlingenſis, Philoſophiæ & Med. D., Melch. Fendii gener, Rector academiæ 1562. qui, præter Orationes, &c. ſcripſit de cauſa Putredinis in corpore humano. *Caſpar Peucerus*, Budiſſinus, gener Philippi Melanchthonis, natus 1525. 6. Januar. Magiſter 1545. Med. D. 1560. 30. Januar. 1559. 10. Novemb. Profeſſor Med. jam antea Profeſſor Matheſeos, Rector aut Pro-Rector 1560, 1564, 1568, ſed accuſatus religionis turbatæ, 1574. exautoratus, carcerique ab a. 1576. ad 1586. incluſus eſt Lipſiæ, tum dimiſſus, factusque Archiater Anhaltinus, †. Deſſaviæ 1602. 25. Sept.; editis multis libris medicis, Mathematicis, Poeticis, Hiſtoricis, adeoque Theologicis, in quibus eſt inſigne opus de Divinatio-

num generibus, Vitæ medicorum, Practica medendi, cæt. *Paulus Heſſus*, Vratislavienſis, qui defenſionem Melch. Guilandini adverſus Pet Andr. Matthiolum edidit Patavii 1562. *Abraham Wernerus*, Cygnæus, Philoſ. & Med. D., Univerſitatis Pro-Rector 1570. *Hieronymus Schaller*, Norimbergenſis, Philoſ. & 1570. menſe Majo Wittebergæ Med. D., primum Profeſſor Phyſicæ, tum quoque medicinæ, Rector 1574, ſed, quia noluit Articulis Torgenſibus ſubſcribere, hoc ipſo anno munus deſerens; qui dedit Epiſtolam ad Melch. Fendium de Theriacæ ſuæ compoſitione.

§. 475. *Sebaſtianus Theodoricus*, Winshemius, Philoſ. & 1571. 13. Jul. Wittebergæ Med. D., Viti Ortelii gener, a. 1553. Profeſſor Mathematum Inferiorum, deinde etiam Medicinæ, Vice-Rector 1554. Rector 1572. *Johannes Mattheſius*, Joachimsthalenſis, Eccleſiaſtæ cognominis filius, natus 1544. 25. Aug. Med. D. & Profeſſor, Electoris Saxonis Auguſti cæt. Archiater, Rector 1578. poſthac Gedani Poliater & in Gymnaſio Profeſſor Med. ubi Regimen in morbis epidemicis obſervandum Germanice publicavit: (cujus filius, pariter *Johannes* vocatus, Med. D. & per 40. annos Poliater Thorunienſis, †. 1652. 15. Jun.) *Salomon Albertus* aut *Alberti*, Norimbergenſis, Magiſter & 1574. menſe Junio Med. D., Rector 1576. 1581. 1587. poſtea Dresdæ Archiater Electoralis, †. 1600. 29. Mart. qui Cochleam auris & Valvulam Coli primus deſcripſit, Hiſtoriam partium humani corporis, Orationes complures medicas, Scorbuti hiſtoriam,

ſtoriam, disputationem de morbis Meſenterii, librum Galeno adſcriptum de Urinis, aliaque nonnulla edidit. *Bartholomæus Schonborn*, Wittebergenſis, Magiſter, Licent. Med. & 1576. menſe Jun. Doctor, cujus Dialogus de Peſte, a. 1582. menſe Novembri & Decembri Serveſtæ, quum ibi morbus epidemicus graſſaretur, conſcriptus, editusque ab altero colloquentium Mag. *Balthaſare Kiswettero*, 1613.

§. 476. *Franciſcus Faber*, Freibergenſis, Philoſ. & Med. D. †. Wittebergæ 1593. 7. April. natus annos 51. per 13. annos Profeſſor, Rector 1583. & 1589. cujus pater *Antonius*, avus *Franciſcus Wormann*, & ſocer *Johannes Rentmann*, pariter medici fuerunt. *Valentinus Eſpich*, Dresdenſis, Med. D. Wittebergæ 1577. 27. Aug., Rector 1585. & 1591. cujus extant quædam academica. *Andreas Schato*, Torgenſis, natus 1539. 19. Aug. Philoſophiæ Magiſter 1562. 25. Aug. anno ſequente Facultatis Philoſophicæ membrum, 1564. Scholæ Stargardenſis in Pomerania Collega, 1565. Conrector Stetinenſis, ſed 1570. Wittebergam reverſus, 1574. 26. Septemb. Profeſſor Matheſeos, deinde Phyſicæ, & 1578. 6. Jun. Med. D. Wittebergæ, Rector 1593. & 1599. etiam 1594. Vice-Rector, 1601. Principi Auguſto, Chriſtiani II. Electoris Saxoniæ fratri, academiæ Rectori, conſtitutus medicus, unaque Nobilitatis diploma Cæſareum præter opinionem adeptus, †. 1603. 16. Mart. *Erneſtus Hettenbach*, Mergentheimo-Francus, natus 1552. 7. Non. Febr. Magiſter Wittebergæ anno ætatis 24.,

anno ſequente Scholæ publicæ Supremus & Conrector, 1591. 20. April. Med. D., 1592. Profeſſor Phyſicæ, 1594. Medicinæ, Rector vel Pro-Rector 1595. 1601. 1603. 1609. 1615. †. 1616. 20. Octob. *Hieronymus Nymann* vel *Nymmann*, Torgenſis, Magiſter, & 1593. 16. Octob. Med. D., pater Gregorii. *Johannes Jeſſenius a Jeſſen*, Ducum Saxoniæ medicus, Rector 1597. qui alibi referetur.

§. 477. Alii medici Wittebergenſes, *Caſpar Strubius*, Wittebergenſis, Med. D. ibidem 1578. 6. Jun., antea jam Magiſter, Profeſſor Mathematum Inferiorum, Profeſſor 1579. Rector 1590. *Georgius Weckerus*, Philoſ. & Med. D., receptus in Collegium Facultatis Philoſophorum 1593. Profeſſor Phyſicæ 1599. Rector 1602. & 1626.

§. 478. Francofurti ad Viadrum Profeſſores, *Jacobus Jociſcus* ſive *Jokiſſus* vel *Jokiſius* aut *Jacobellus*, Hegitmarianus Lignicenſis, Med. D. Francofurti, promotore Joh. Cnoblochio, 1559., Chriſti. Schirachii ſucceſſor in Profeſſione Medica 1561. antea Magiſter & Profeſſor Matheſeos, Rector Univerſitatis vel Pro-Rector 1541. 1549. 1561. 1569. 1578. †. 1586. 22. Novemb. natus annos 89. *Johannes Cnoblochius*, Francofurtenſis, 1556. Med. D. Patavii creatus, & hoc ipſo anno, adhuc abſens, in Facultatem medicam Francofurtanam receptus, Decanus 1559, Profeſſor 1562, Rector vel Vice-Rector 1560. 1570. 1576. 1582. 1588. †. 1599. 1. Febr. etiam Johannis Marchionis Branden-

denburgici Archiater. *Jacobus Bergemannus*, Bernavienſis, Profeſſor Mathematum Inferiorum & Græcæ Linguæ 1556, Med. D. una cum Jociſco 1559, medicus Aulæ Electoralis 1562, Profeſſor Matheſeos Superioris 1581, Profeſſor Med. Ordinarius 1586, Rector 1561. 1583. 1591. †. 1595. 22. Januar.

§. 479. *Sebaſtianus Mollerus*, Fürſtenwaldenſis, Philoſ. & Med. D. creatus Ferrariæ 1572. Phyſicus ordinarius Colbergenſis 1577. poſtea Stargardenſis, Profeſſor 1589, Rector ſeu Vice-Rector 1596. & 1608. †. in Prorectoratu 1609. 20. April. *Georgius Seilerus*, Med. D. Baſileæ 1589, Phyſicus ordinarius Boleslavienſis 1591, Profeſſor Francofurti Ordinarius 1595. †. 1606. 25. Decemb. *Matthæus Zeyſius*, Cüſtrinenſis, Philoſophiæ Magiſter Francofurti 1575. 12. April., Med. D. 1593, Profeſſor Phyſicæ 1590, Medicinæ 1607. †. hoc ipſo anno 20. Septemb. Vice-Rector & Pro-Rector 1595. & 1605. *Laurentius Helandus* aut *Heilandus*, Cotbuſianus, Magiſter Francofurti 1586, Med. D. 1595. bis Decanus Facultatis Philoſophicæ, poſtea Phyſicus Provincialis Gubenenſis, Med. Profeſſor Ordinarius 1608. Rector 1610. & 1617.

§. 480. Alii Doctores Medici Francofurtenſes, *Wolfgangus Juſtus*, Francofurtenſis, Philoſophiæ Baccalaureus 1541, Magiſter 1544, poſthac Medicinarun Doctor, Profeſſor Phyſicæ 1551. Rector eodem a. & 1555. 1563. 1569. †. 1575. 31. Maji, celebris ſuorum temporum hiſtoricus Marchiæ

chiæ Brandenburgicæ, & ſpecialiter quoque ipſius Francofurti ad Viadrum, qui etiam Chronologiam medicorum edidit. *Henricus Paxmann*, Magiſter & 1557. 17. Jul. Med. D. Wittebergæ creatus, Francofurti Profeſſor Philoſophiæ Moralis ac Dialecticæ vel Organi Ariſtotelici, receptus in Facultatem Philoſophicam 1565, Rector 1564. & 1576. †. 1580. 10. Jul. (Alius, ut videtur, Henr. Paxmannus Profeſſor med. Helmſtadii circa hæc ipſa tempora.) *Jodocus Willichius* junior, 1560. Philoſophiæ Baccalaureus, 1566. Magiſter, poſthac medicinæ ſtudia ſectatus, etiam in Italia, & Baſileæ Doctor creatus, factus eſt 1575. Profeſſor Phyſicæ, Rector vel Vice-Rector 1575. & 1582. †. 1590. 5. Jul.

§. 481. Marpurgenſis academiæ Doctores, *Philippus Dorſtenius*, Marpurgenſis, Theodorici filius, Med. D. & 1571. Profeſſor, quod munus d. 27. Maji habita oratione ſolenniter adiit, †. 1574. 6. Mart. *Volquinus Vigelius*, Wetteranus, Med. D., & Profeſſor Mathematum Marpurgi, deinde Archiater Caſſellanus, ibi †. 1579. 25. April. *Nicolaus Saſcherus*, Grœningenſis Friſius, Med. D. Bononiæ creatus, Marpurgi Profeſſor Phyſices, †. 1579. 25. Jun. *Georgius Marius* ſive *Mayer*, Med. D., natus Würzburgi 1533. ex Norimbergenſi Phyſico Profeſſor Marpurgi 1565. 15. Novemb. usque ad a. 1579. Rector Univerſitatis 1568. poſthac quoque Archiater Caſſellanus, tum Norimbergam reverſus ad officium Phyſici, hinc vero Heidelbergam accitus ad munera Aulici medici, ibi †. 1606.

5. Mart.

5. Mart. annum agens 73. cujus extat Epiſtola botanici argumenti inter illas Matthioli, & Conſilia quædam in Wittichiana collectione, in Judæorum medicaſtrorum calumnias & homicidia pro Chriſtianis pia exhortatio, de terra Sigillata & Fonte ſalſo in Offenau &c. libri Germanici, cæt. *Henricus Botterus*, Hollandus, Med. D., qui poſtea rediit in patriam.

§. 482. *Adamus Lonicerus*, Marpurgenſis, natus 1528. 10. Octob., ætatis anno 13. Philoſophiæ Baccalaureus, 18. ſive 1545. Magiſter, hinc in Scholis nonnullis publicis præceptor, 1550. præfectus Stipendiariorum Studioſorum Marpurgi, 1551. Moguntiæ Doctori *Oſterodo* in diſciplinam medicam per biennium traditus, 1553. Profeſſor Matheſeos Marpurgi, 1554. Med. D., tumque Moguntiam ad medicinæ Profeſſionem evocatus, ſed in itinere Francofurti ad Mœnum conductus Poliater eodem anno, ibi †. 1586. 19. Maji; præcipuam operam impendit hiſtoriæ Naturali ſive Materiæ medicæ Simplicium, cujus duos tomos edidit in folio, & ex hoc opere Euchariique Rhodionis Botanico confectum ab ipſo eſt Herbarium Teutonicum, frequenter typis mandatum; reliqua ejus ſunt, Methodus rei Herbariæ & Animadverſiones in Galenum & Avicennam, omnium Corporis humani Affectuum explicatio methodica, de Purgationibus libri 3, &c. *Victorinus Schönfeld*, Budiſſinus, Magiſter, & 1556. 31. Maji Med. D. Marpurgi, 1558. Profeſſor Mathematum, poſtea quoque Medicinæ, Rector 1572. †. 1591. 13. Jun.

 qui

qui de Dyſenteriæ curatione librum edidit Conſiliaque ſcripſit in Scholzii collectione reperiunda. *Johannes Wolfius*, Tabernæmontanus, natus 1537. 10. Aug. Profeſſor Medicinæ 1578. 16 Febr. etiam Landgrafiorum Archiater, Rector 1585. & poſtea adhuc ter, †. 1616. 1. Jun. cujus ſunt, de acidulis Wildungenſibus explicatio, exercitationes Semeioticæ in Galenum de Locis Affectis, de Aqua vitæ Juniperina epiſtola, Latina ex Italico verſio Dialogorum Joh. Baptiſtæ de Gello de naturæ humanæ fabrica. *Hermannus Wolfius*, præcedentis frater, Marpurgi 1585. 11. Mart. Med. D. tum Profeſſor Phyſices, & 1591. Medicinæ, 1593. Rector, 1596. Caſſellanus Archiater & operum Architectonicorum præfectus, †. 1620.

§. 483. *Paulus Cellarius*, Caſſellanus, Med. D. Marpurgi 1585. 17. Jul., poſtea Profeſſor, atque etiam quatuor in Haſſia Noſodochiorum majorum medicus publicus, †. 1621. 14. Januar. *Nicolaus Bruno*, Marpurgi Profeſſor Med. Extraordinarius 1597, poſtea Ordinarius, & 1599. Profeſſor Phyſices Ordinarius, per 22. annos Profeſſor, ter Decanus, bis Rector; deditque Commentarios in Icones Plantarum ſecundæ & tertiæ partis Tabernæmontani. *Guilielmus Adolphus Scribonius*, Marpurgenſis, (non tamen ibi Profeſſor publicus,) cujus extat Idea medicinæ ſecundum Logicas leges informandæ & deſcribendæ, cum adjectis aliis; item de Sagarum natura & poteſtate, ubi purgatio earum per aquam frigidam defenditur contra Joh. Ewichium & Henr. Neuwaldum; &c. *Johannes Hart-*

Hartmann, Ambergenſis, 1591. Magiſter Philoſophiæ Marpurgi & Profeſſor Mathematum in locum V. Schönfeldii, Aſtrologicis præſertim laboribus Principibus ſuis commendatus, a. 1598. Caſſellas in collegium Mauritianum per aliquod tempus translatus, 1606. Med. D., 1609. in medicam Facultatem receptus, & Chemiæ Profeſſor conſtitutus, ter academiæ Rector, 1616. Archiater Caſſellanus, †. 1631. 7. Decemb. qui primus Chemiam Marpurgi publice docuit, cum magno ſtudioſorum undique affluentium concurſu, celebris Praxi ſua Chemiatrica, aliisque ſcriptis medico-chemicis, poſtea conjuncte recuſis.

§. 484. Regiomonti Profeſſores, *Simon Titius*, Vinarienſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor med. Secundus 1553. menſe Novembri, Profeſſor Phyſices & Iſagogæ medicæ 1554. menſe Majo, Profeſſor medic. Primus 1560. Rector Univerſitatis 1555. & poſtea adhuc quinquies, idem quoque Archiater Ducalis, & ſtudiorum Principis hereditarii Alberti Friderici Director, †. 1576. natus annos 55. *Matthias Stojus*, Regiomontanus, natus 1526. 26. April. †. 1583. 15. Januar. Philoſ. & Med. D., Inſpector Alumnorum 1547. jam Magiſter, 1560. Profeſſor med. Ordinarius Secundus & Archiater, 1575. hinc digreſſus, 1576. Profeſſor med. Primus & Archiater, 1579. etiam Matheſeos Profeſſor Extraordinarius, Rector 1562-1563. &c. in univerſum quinquies; cujus Conſilia Scholzianæ collectioni inſerta ſunt. *Paulus von Stein*, Regiomontanus, 1556. 26. Mart. Magiſter in patria, 1557.

Rector ſcholæ Cathedralis, usque ad a. 1560., poſtea Med. D., 1579. Profeſſor med. Secundus, ſimul Profeſſor Phyſicæ, & Archiater, 1583. Primarius medicinæ, Rector 1580-1581. 1582-1583. & 1584-1585. in hoc munere †. 1584. 31. Decemb.

§. 485. *Severinus Göbel*, ſenior, natus Regiomonte 1530. 25. Jun., 1557. 29. Jul. Med. D. Wittebergæ, 1558. medicus Aulicus Philippi Landgravii Haſſiæ, 1561. eandem provinciam in Aula Marchionis Alberti Ducis Pruſſiæ nactus, eoque mortuo Phyſicus Dantiſcanus, poſt ſeptennium vero Marchionis Alberti Friderici Archiater, & 1583. Profeſſor med. Secundus, usque ad a. 1593. †. 1612. 5. Januar. ſcripſit de Succino, de Alce, &c. *Valentinus Pannonius* vel *Preyß* de Springenberg, natus Francofurti ad Viadrum 1553. 29. April. (patre Chriſtophoro Profeſſore Poeſeos, deinde poſt alia munera Profeſſore Eloquentiæ Regiomontano,) Med. D. Valentiæ in Gallia 1584. menſe Septembri, poſtea Elbingæ aliquamdiu commoratus, Regiomontum acceſſit, 1588. Profeſſor med. Primarius conſtitutus, ſimul Profeſſor Phyſices usque ad a. 1594. Rector 1588-1589. & deinde adhuc quater, †. 1601. 28. Novemb. *Abraham Memmius*, natus Ultrajecti 1564. menſe Septembri, (patre Petro Memmio, Profeſſore Roſtochienſi, deinde Phyſico Lubecenſi,) 1589. Baſileæ Med. D., 1594. Regiomonti Profeſſor Med. Secundus, & 1601. Loemiater Urbis Veteris, †. 1602. 18. Septemb. Rector 1596. & 1600.

§. 486. *Johannes Papius*, Iphovius Francus, natus 1558. 15. Jul., primum Theologiæ cultor, & 1578. 11. Mart. Magiſter Argentorati, tum ſtudioſus medicinæ & 1583. 2. Febr. Med. D. Baſileæ, eodem anno Heidelbergæ Profeſſor Organi Ariſtotelici, ſed quum ob religionis diſſidia locum mutare cogeretur, Græcii in Stiria Gymnaſii Rector, hinc tamen etiam brevi poſt a Romano-Catholicis pulſus, per triennium Tubingæ praxin medicam exercuit, tum factus Archiater Anſpacenſis, & 1603. Regiomonti Profeſſor med. Primarius & Archiater, Rector quartum, & primum quidem 1604. †. 1622. 11. April. emiſſo, præter complures diſputationes, libro de Medicamentorum præparationibus earumque cauſis, in quo epitome totius artis Chemicæ, qua illa eſt miniſtra medicinæ, & judicium de Pharmacopœia Quercetani, continetur. *Severinus Göbel* junior, prioris filius, natus Regiomonti 1569. 14. Januar. 1596. 7. Septemb. Philoſ. & Med. D. Patavii, 1597. Archiater Pruſſiacus, 1603. Profeſſor Med. Secundus, Rector 1606. & 1610, a. 1613. ſpartam academicam abdicavit ob imbecillam valetudinem; †. 1627. 9. April.

§. 487. *Valerius Fidler*, natus Dantiſci 1525. Baccalaureus Philoſophiæ Regiomonti 1548. 5. April., poſtea Med. D. Bononiæ, & Ducis Pruſſiæ Alberti Archiater, Principis Hereditarii Magiſter ſtudiorum, & poſtquam hic patri ſucceſſerat, æque Archiater, deinde practicus Dantiſci, & 1571. Elbingæ, ſimul Gymnaſii in poſteriore urbe Rector, denique Poliater Regiomontanus 1575. †. 1595.

24.

24. Aug. *Jacobus Montanus*, Crucenacenſis, natus 1529. die Philippi & Jacobi, poſt octennium in Pharmacopoliis transactum, Regiomontum profectus 1551, hinc impenſis Ducis in Italia per triennium in arte medica addiſcenda verſatus, & 1556. Bononiæ ad gradum Doctoris promotus, tum Marchionis, Pruſſiæ Ducis, Archiater, cujus quoque ſumtibus Pharmacopolium inſtruxit, †. 1600. 16. Febr. *Matthæus Rösler*, Röſeler, qui a. 1565. factus fuit Præſes Epiſcopatus Samlandienſis, & eodem anno gradum Doctoris Theologiæ Wittebergæ ambivit, deinde autem Roſtochium reverſus, ibique in munere Profeſſoris Juris ac Syndici †. 1569. 23. April., fuit antea Roſtochii Artium & Medicinæ Doctor & Profeſſor, ſimul 1558. Jurium Licentiatus, & 1560. Syndicus, Decanus Facultatis Philoſophicæ 1551. & 1554, Rector Univerſitatis 1554, 1558, 1560, & 1564.

§. 488. In nova Univerſitate Jenenſi Profeſſores medicinæ, *Johannes Schræterus* ſupra inter Vindobonenſes dictus. *Janus Cornarius*, ſupra §. 325. *Laurentius Hiel*, aut Hielius, Veſalienſis, Baccalaureus Medicinæ Roſtochii 1555, Med. D. Jenæ 1560, Profeſſor 1559. †. 1566. 16. Septemb. *Paulus Lutherus*, Martini Theologi filius, natus Wittebergæ 1533. 28. Januar. Med. D. Wittebergæ 1557. 29. Jul. hinc Profeſſor Jenenſis, tum Archiater Johannis Friderici II. Ducis Saxoniæ usque ad annum 1567, poſthac Joachimi II. Electoris Brandenburgici, & hoc 1571. defuncto, Auguſti Electoris Saxonis, ſucceſſorisque Chriſtiani I.
ſed

ſed 1589. propter turbas religionis aulâ relictâ Lipſiam receſſit, 1592. tamen ab Adminiſtratore Friderico Guilielmo in dignitatem reſtitutus, †. Lipſiæ 1593. 8. Mart. Chemiæ ſtudioſus, qui quædam hac arte præparata medicamenta in pharmaceuticas officinas intulit.

§. 489. *Michael Neander*, natus in oppido Vallis Joachimicæ 1529. 3. April., Philoſophiæ Baccalaureus Wittebergæ 1549. 27. Septemb., Magiſter 1550. 10. Aug., Med. D. Jenæ 1558. 20. Aug., Profeſſor Mathematum & Græcæ Linguæ 1551. Medicinæ 1560. †. 1581. 23. Octob. cujus extat Sylloge Phyſica rerum eruditarum ad omnem vitam utilium, Synopſis Menſurarum & Ponderum ponderationisque menſurabilium ſecundum Romanos, Athenienſes, Georgos, & Hippoiatros, Methodorum in omni genere artium ὑφήγησις, & alia. *Ludovicus Sturmius*, Vinarienſis, Magiſter Jenæ 1559. 3. Januar., deinde Patavii Med. D., Profeſſor Jenenſis 1567. 24. Maji, poſtea abiit, & Martisburgi vitâ defunctus eſt. *Andreas Ellingerus*, jam inter Lipſienſes relatus. *Gervaſius Marſtallerus*, Friburgo-Brisgojus, Wittebergæ Baccalaureus Philoſophiæ 1539. Magiſter 1545. poſtea Piſis Med. D., 1553. Wittebergam reverſus, hinc practicus Brunſvicenſis, per decem annos, 1570. 28. Jul. Profeſſor Jenæ, denique Cellis medicus Aulicus Ducis Wilhelmi, †. 1578. 3. Jun. idem quoque inſignis Mathematicus, Philoſophus, & Poëta: cujus filius *Gervaſius* junior, pariter Med. D. & Archiater fuit Pomeraniæ Ducum, Bogislai, Philippi II. & Franciſci.

§. 490.

§. 490. *Jacobus Flachius*, Jenenſis, natus 1537. 4. Novemb., Wittebergæ Magiſter 1560, Jenæ Med. D. 1570. 31. Januar., Profeſſor Mathematum 1572, Medicinæ 1582, †. 1611. 22. Jul. *Henricus Milichius*, Wittebergenſis, Jacobi filius, Med. D. Senis creatus, Jenæ Profeſſor Med. 1573, 1581. Plaviæ Poliater Comitumque Ruthenorum Archiater, †. circa a. 1585. *Philippus Jacobus Schrœterus*, & *Johannes Fridericus Schrœterus*, vid. ſupra §. 446. *Antonius Varus*, Vinarienſis, natus 1557. 12. Decemb. in multis Germaniæ Galliæque Univerſitatibus diſciplina Philoſophica & medicinali eruditus, & ad gradum Doctoris promotus, tum factus Jenæ Profeſſor Logicæ Extraordinarius, medicinæ vero Ordinarius, †. 1637. 20. Aug. *Zacharias Brendelius* ſenior, Burgelâ-Thuringus, natus 1553. 20. Octob., Jenæ 1576. 3. Jul. Philoſophiæ Magiſter, Patavii 1582. Med. D., Jenæ 1583. 3. Jul. in Ordinem Philoſophorum cooptatus, factusque ejus Facultatis Profeſſor, 1612. 5. Mart. Profeſſor medic. †. Arteræ 1626. 25. Aug. ſcripſit de Chemia, disputationem pro veterum technologia Rhetorica adverſus Pet. Ramum, aliaque.

§. 491. Alii Doctores medici Jenenſes, *Jobus Fincelius*, Vinarienſis, Philoſophiæ Magiſter Wittebergæ 1549, Med. D. Jenæ 1562, Profeſſor Philoſophiæ 1559, medicæ Facultatis Aſſeſſor 1562, paulo poſt Phyſicus Vinarienſis, & 1568. Zuiccavienſis, ubi poſtea diem obiit ſupremum; relicto inter alia opere Germanico de Prodigiis ſuorum tem-

temporum. *Mauritius Thaurer*, Græfenthalâ-Thuringus, Jenæ 1561. 25. Febr. Med. D., 1562. Facultatis medicæ Aſſeſſor, hinc Aulæ Caſſellanæ medicus. *Jacobus Zoberus*, Med. D., Philoſophiæ Profeſſor. *Elias Reusnerus*, natus Lembergæ Sileſiorum 1555, Med. Licentiatus, Profeſſor Hiſtoriarum & Poeſeos Jenæ †. 1612. 3. Septemb., pluribus editis ſcriptis Genealogicis, Hiſtoricisque, nec non Poëticis inclytus. Primus Jenæ medicinæ Doctor creatus 1558. 29. Mart., *Simon Wilde*, Archiater Johannis Friderici III. Ducis Saxoniæ, & Aſſeſſor Facultatis med. Jenenſis, †. 1560. menſe Aug. Vinariæ; cujus Conſilia quædam in Joh. Wittichii collectione continentur.

§. 492. In nova Argentoratenſi Univerſitate floruerunt, *Sebaldus Havenreuter*, Norimbergenſis, natus 1508, 1534. Wittebergæ Magiſter, poſtea Tubingæ primum Rector Contubernii, deinde Profeſſor Ethicæ & Dialecticæ, 1539. 16. Kal. Octob. Med. D., 1540. 10. Novemb. Argentorati Profeſſor Phyſices per octennium, & Poliater per 49. annos, †. 1589. *Johannes Ludovicus Havenreuter*, prioris filius, natus Argentorati 1548. 1. Aug. ibidem 1572. Profeſſor Philoſophiæ, 1574. Magiſter, 1585. Profeſſor Medicinæ deſignatus, 1586. Tubingæ Med. D., 1589. abdicata Profeſſione Medicinæ, Metaphyſicæ Phyſicæque Profeſſor Argentorati, tandem ſolius Phyſicæ, 1577. Canonicus in Capitulo Thomano, 1611. Decanus, 1613. Præpoſitus, †. 1618. 1. Octob. cujus, præter Disputationes & ſimilia, extant Commentarii in Ariſtotelis

lis de Anima libros & parva Naturalia, Pharetra ſagittifera & Vexillum Raphaeliticum, cæt. *Lubertus vom Eſth* vel *Eſthius*, ex Geldria oriundus, Phyſicus Ordinarius Argentoratenſis, †. 1569. *Ulricus Geiger*, Argentinenſis, natus 1536. 4. Jul. patre cognomine pariter medico, Med. D. in Gallia, (credo Monspelii, ubi ſtuduerat,) 1569. Argentorati Phyſicus Ordinarius, †. 1605. 7. Febr. *And. Planer*, & *Joh. Guintherius Andernacus*, ſupra jam dicti ſunt.

§. 493. *Iſrael Spachius*, Argentoratenſis, natus 1560. Med. D. Tubingæ 1581. 13. Septemb. †. 1610. a quo edita ſunt Nomenclator ſcriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum veterum & recentium Medicorum, Nomenclator ſcriptorum Philoſophicorum, Gynæciorum libri denuo recogniti & illuſtrati, themata medica de Animæ facultatibus, Joh. Fragoſi Hiſtoria Aromatum, fructuum, & ſimplicium aliquot medicamentorum ex India utraque in Europam delatorum, ex Hiſpanico in Latinum translata. *Melchior Sebizius*, (Sebiſch,) natus Falkenbergæ in Ducatu Oppolienſi 1539, primum Juris cultor; ſed ab a. 1563. medicinæ, (in qua Monspelii a. 1566. etiam audivit *Jacobum Salomonem*, generum Guil. Rondeletii, & 1569. in itinere Italico ſocium habuit *Matthæum Sebizium*, patruelem ſuum, poſthac Ducis Lignicenſis ac Bregenſis Archiatrum,) 1571. 25. Aug. Med. D. Valentiæ Delphinatus, 1574. Poliater Hagenoenſis, 1574. Argentorati practicus, 1586. 23. Jul. Phyſicus Ordinarius & Profeſſor Publicus, Rector Univerſitatis

1602.

1602. 1608. 1624, ſemel Viſitator Collegiorum, bis, ſcilicet 1588 & 1605, Viſitator & Syndicus, Decanus 1621. 1622. & 1624, 1589. Collegii Thomani Capitularis, 1613. Scholaſticus, 1612. ab ordinariis prælectionibus vacationem adeptus, †. 1625. 19. Jun.

§. 494. In nova Batavorum Academia Leidenſi Profeſſores, *Hadrianus Junius*, Hornanus Batavus, natus 1511. 1. Jul. Med. D. Bononiæ creatus, vir modeſtiſſimus pariter ac doctiſſimus, plurium linguarum peritus, aliquando Principis Dani ſtudiorum præfectus, deinde Scholæ Harlemenſis Moderator; qui ſcripſit de Phallis Hollandiæ, plura vero Philologica, Hiſtorica, Poetica; †. 1575. quum jam eſſet Profeſſor Medicinæ Leidenſis denominatus. *Petrus Foreſtus*, Alcmariâ-Batavus, natus 1522. primo Jurium cultor, poſtea medicinæ, in hac Med. D. Bononiæ factus, ab a. 1545. practicus Alcmariæ per 12. annos, 1557. Poliater Delphenſis usque ad obitum, ſimul ibidem Profeſſor, 1575. Profeſſor medicinæ Leidenſis, †. 1597. Alcmariæ, quo domicilium in ſumma ſenectute tranſtulerat; celeberrimus Practicus, qui ſcripſit perutiles libros 3. de incerto Urinarum judicio, libros 32. Obſervationum & Curationum Medicinalium, & 9. libros Chirurgicarum Obſervationum & Curationum.

§. 495. *Johannes Heurnius*, Ultrajectinus, natus 1543. 25. Januar. in pueritia ſtupidiſſimus, poſtea vero ſingulari induſtria factus vir eruditiſſimus, Med. D. Ticini creatus 1571, practicus in

urbe patria 1573, etiam in Senatum allectus, 1581. Profeſſor Leidenſis, idem Principis Auraici multorumque Procerum medicus Ordinarius, ſexies Rector Magnificus, primusque in hac academia manum ipſe ſecandis cadaveribus admovit, †. 1601. 11. Aug. qui ſcripſit ſtilo puro Commentaria peregregia in complures libros Hippocratis, Praxin medicinæ generalem & particularem, Annotationes in Fernelium, & quædam alia. *Rembertus Dodonæus*, Machlinienſis, natus 1517. Med. D., Maximiliani II. & Rudolphi II. Impp. Archiater & Conſiliarius, 1582. Profeſſor Leidenſis, †. 1585. 10. Mart.; cujus magnopere laudantur Stirpium hiſtoriæ pemptades ſex ſive libri 30. cum perpulchris imaginibus: medicinalium Obſervationum exempla rara: Praxis medica, Phyſiologiæ tabulæ, Conſilia quædam; adhæc Coſmographica iſagoge.

§. 496. *Petrus Paaw* vel *Pauw*, Amſtelædamenſis, natus 1564, Med. D. Roſtochii 1587, ibi etiam aliquamdiu publicus medicinæ & Anatomiæ Profeſſor, inde in Italiam profectus, & 1589. Leidis Profeſſor medicinæ, ſpeciatim Anatomes & Botanices conſtitutus, Hortique academici præfectus, Rector Univerſitatis tertium, †. 1617. 1. Aug. qui condidit hujus academiæ Amphitheatrum Anatomicum, Hortumque publicum ordinavit, cujus etiam præclari ſunt libri, Primitiæ Anatomicæ de humani corporis Oſſibus, Succenturiatus Anatomicus in Hippocratem de Capitis vulneribus & Corn. Celſi aliquot capita libri 8; Hortus publicus academiæ Leidenſis, tractatus de Peſte,

Peſte, Veſalii Epitome anatomica cum Notis ac Commentariis, Obſervationes Anatomicæ, &c.; & jam Roſtochii edita, Galenus de cibis boni & mali ſucci cum Annotationibus, & tractatus de Exercitiis, Lacticiniis, & Bellariis. *Carolus Cluſius*, Atrebas, natus 1526. 19. Febr. primo Juris ſtudio deditus, deinde medicinæ, creatus Med. D. Monspelii circa 1550, poſt multa itinera Botanica medicus Aulicus Maximiliani II. & poſtea Rudolphi II. Impp. Hortique Cæſarei Vindobonenſis Præfectus 1573, ab a. 1587. Francofurti ad Mœnum privatam vitam agens, 1593. Profeſſor med. Leidenſis, †. 1609. 4. April. eximius rei Herbariæ cultor, cujus magni æſtimantur, rariorum Plantarum (per Hiſpanias, Pannoniam, Auſtriam cæt. obſervatarum) hiſtoria, adjectis *Honorii Belli* & *Tobiæ Roelſii*, medicorum, Epiſtolis ſimilis argumenti, cæt. Exoticorum libri decem & acceſſiones aliæ, quibus comprehenduntur Garcias ab Orta, Chriſtoph. a Coſta, Nicol. Monardus, Pet. Bellonius, Latine redditi: Curæ Poſteriores, botanici fere argumenti: Antidotarium Florentinum ex Italico Latine converſum. *Ælius Everhardus Vorſtius*, Ruræmundanus, natus 1565. 26. Jul. in Italiæ academiis &, ex commendatione *Alphonſi Catanei*, Profeſſoris & Archiatri Ferrarienſis, in aulis Procerum quorundam Neapolitani regni diu verſatus, 1596. in patriam redux, eodem anno Delphis medicus Illuſtriſſimæ Comitis Meurſiæ, 1598. Profeſſor Leidenſis, †. 1624. 22. Octob. cujus quidem ſcriptorum nihil prodiit niſi Oratio funebris in obitum

Car. Cluſii, & altera in Pet. Pauwium, itemque commentariolus de Annulorum origine.

§. 497. In nova Academia Julia, quæ Helmſtadii eſt, Profeſſores: *Johannes Bokelius* vel *Boeckelius*, Antverpienſis, Med. D., Hamburgi Practicus 1564, Poliater 1566, Profeſſor primarius med. Helmſtadii 1575, unaque Archiater Guelphicus, denuo Hamburgenſis Poliater primarius, †. 1605. 21. Mart. menſis; cujus extat Anatome partium humani corporis, liber de Peſte Hamburgenſi anni 1565, Peſt-Ordnung der Stadt Hamburg 1597. *Henricus Paxmannus*, Med. D. *Jacobus Horſtius*, natus Torgaviæ ſeu Torgæ 1537. 1. Maji, 1556. Magiſter Francofurti ad Viadrum, & ibidem 1562. Med. D., tum practicus Sagani, Schwidnicii, Iglavii, & 1580. Archiater Auſtriacus, 1584. Prof. Med. Helmſtadienſis; cujus extant, Precationes medicorum, de Vite vinifera opuſculum, Herbarium, de iis, qui Dormientes ambulant, de Aureo dente maxillari pueri Sileſii (in quo ſibi imponi paſſus eſt,) de Remoris diſcentium medicinam & earum remediis, commentarius in Hippocratis librum de Corde, tractatus qualem Pharmacopolam eſſe conveniat, Epiſtolæ philoſophicæ & medicæ, & alia.

§. 498. *Hermannus Neuwald*, Med. D. qui purgationem Sagarum per aquam frigidam ſcripto impugnavit, aliaque ſcripſit. *Martinus Biermannus*, Med. D. qui de Magicis actionibus contra ſen-

ſententiam Joh. Bodini ſcripſit. *Johannes Siegfridus*, Marckſulanus, Med. D. etiam Profeſſor Phyſicæ, qui edidit illuſtravitque, vel ad uſum aptiora reddidit, Galenum de Oſſibus, Gabr. Fallopii Obſervationes Anatomicas; Georg. Agricolam de re Metallica, cæt. ſuas ipſius Disputationes Anatomicas. *Arnoldus Freitag*, Embricenſis, Med. D. qui Piſanellum de Eſculentorum Potulentorumque facultatibus Latine reddidit, & de Unguento Armario ſcripſit.

§. 499. *Franciſcus Parcovius*, Roſtochienſis, Med. D. etiam Profeſſor Mathematum & Ducum Brunſvico-Luneburgicorum Archiater, †. 1611. 19. Jun. *Caſparus Arnoldi*, Med. D. *Johannes Wernerus*, Hannoveranus, cujus extat Therapeutica. *Duncanus Liddelius*, Scotus Aberdonenſis, Med. D., Helmſtadii in Profeſſione Aſtronomiæ ſucceſſor Franc. Parcovii 1587, deinde etiam in Geometria Erhardi Hofmanni, 1596. Profeſſor Medicinæ, adhæc Archiater Ducalis, 1607. in patriam reverſus; cujus prodierunt univerſæ medicinæ Compendium Disputationibus expoſitum, Ars medica, de Febribus libri 3, de Peſte liber, item de Variolis & Morbillis, tractatus de Dente aureo pueri Sileſii contra Jac. Horſtium. *Andreas Adamius*, Med. D. *Magnus* quoque *Pegelius*, in Roſtochienſibus dictus, hic fuit Profeſſor Matheſeos.

§. 500. In novo Gymnaſio Altdorfino floruerunt, *Nicolaus Taurellus*, Mompelgardenſis, natus

1547. 26. Novemb. primum Theologiæ ſtudioſus, 1565. Philoſophiæ Magiſter Tubingæ, poſthac medicinæ cultor & 1570. Doctor, aliquot poſt annis, nimirum 1577, Baſileæ Profeſſor Med. & 1580. Decanus, etiam Profeſſor Ethices, eodem anno 1580. Profeſſor Med. Altdorfii, d. 8. Octob. adveniens, Rector vel Pro-Rector 1583. & poſtea adhuc ter, idem quater Decanus Facultatis Philoſophicæ, †. 1606. 28. Septemb.; cujus ſunt, præter acuta ſcripta Philoſophica, (in quibus Ariſtotelem ſubinde reprehendit, itemque Andr. Cæſalpinum ſingulari libro Alpes cæſæ inſcripto,) medicæ Prædictionis methodus, Arnoldi Villanovani Opera cum Annotationibus, de vita & morte libellus, pluresque Diſputationes, etiam Poeticum opus ſub titulo Emblemata Phyſico-Ethica, cæterum nonnullis Atheismi ſuſpectus, ſed immerito. *Philippus Scherbius*, Epiſcopo-Cellenſis Helvetius, Philoſ. & Med. D., Baſileæ 1581. per biennium Profeſſor Organi Ariſtotelici, vicario nomine, 1583. Profeſſor Ethicæ, 1585. Senatui academico adſcriptus, 1586. Altdorfii Profeſſor medicinæ, nec non Logices ac Metaphyſices, Rector 1587. & 1595, Decanus (ſcilicet Philoſophicæ Facultatis, quæ adhuc ſola Facultatis privilegio gaudebat,) aliquoties, †. 1605. 11. Jul. natus annos 52. acutiſſimus Philoſophus, & Ariſtotelis defenſor, cujus extant collectæ Theſes ſeu diſputationes cum Philoſophicæ tum Medicæ, & alia utriusque generis, ut examen Panaceæ Amwaldinæ, Epiſtola una & altera, cæt.

§. 501.

§. 501. Medici Norimbergenſes, poſt annum 1550: *Johannes Prünſterer*, Norimbergenſis, 1551. ibidem medicus Ordinarius, †. 1554. 23. Mart, ſecundum alios vero 1553. 23. April., ætatis anno 28. *Chriſtophorus Dürſch*, in Collegium medicorum Norimbergenſe receptus 1553. †. 1561. 10. Maji. *Henricus Wolf*, Oettingenſis, Hieronymi philologi celeberrimi frater, Magiſter Tubingæ 1542. 2. Januar. poſtea quoque medicinæ Doctor, Norimbergæ Phyſicorum in numerum receptus 1553. †. 1581. 21. Decemb. *Henricus Breuning* aut *Preuning*, Med. D., Phyſicus ab a. 1553. usque ad a. 1570. *Johannes Heſſus*, Norimbergenſis, ibidem Phyſicorum ordini adſcriptus 1554. †. 1564. menſe Majo; cujus Epiſtola argumenti ex materie medica ſumti reperitur inter Matthioli Epiſtolas. *Johannes Löw* ſeu *Leo*, item receptus 1554. †. 1557. ſepultus 17. April. *Hieronymus Herold*, Norimbergenſis, ibi Phyſicus Ordinarius conſtitutus 1555. †. 1566. cujus Epiſtola botanici argumenti inter illas Matthioli, medicæ quædam aliæ ad Joach. Camerarium in Scholziana collectione: ejusque filius *Jeremias* fuit Poliater Norimbergenſis ab a. 1563. usque ad a. 1600.

§. 502. *Paulus Weller* de Molsdorf, Norimbergenſis, natus 1535. 6. Novemb. Med. D. Phyſicus Norimbergenſis & medicus Ordinarius 1563, tandem Senior Collegii, ſed Decani munus oblatum detrectans 1599, & cum bona Senatus venia 1601. 18. Octob. Auracum diſceſſit, ibi †. 1602. 24. Januar. ex calculo ſecto. *Georgius Mayer* vid.

inter Marpurgenſes. *Paulus Pfann*, Med. D., a. 1544. Weiſſenburgi Rector & medicus practicus, 1564. in Collegium Phyſicorum Norimbergenſium cooptatus, 1567. Senatus Majoris membrum, †. eodem anno. *Joachimus Camerarius II.* f. filius, natus Norimbergæ 1534. 6. Novemb. Med. D. Bononiæ 1562. 27. Jul., Phyſicus Ordinarius in patria civitate 1564, qui Collegium ibi Medicorum publicum inſtituit ordinavitque a. 1592, ipſe ejus Decanus perpetuus factus, †. 1598. 11. Octob. cujus ſunt præclara ſcripta, opuscula de re Ruſtica, itemque de Peſte, Hortus medicus & Philoſophicus, Epitome Matthioli, Symbolorum & Emblematum Centuriæ tres, & quædam alia. *Georgius Förſter* aut *Vorſter*, medicus Norimbergenſis, defunctus perhibetur 1568. 12. Novemb.

§. 503. *Paulus Kellner* aut *Keller*, medicus Norimbergenſis ab a. 1566. ad 1584. *Johannes Schenck*, Matthiæ Rectoris Auguſtani filius, medicus Norimb. 1568. usque 1588. quo anno †. 17. Novemb. *Georgius Rucker*, Phyſicus Norimb. 1568. †. 1589. 10. Febr. *Georgius Palma*, Georgii filius, natus Altdorfii 1543. Phyſicus ſeu medicus Ordinarius Norimb. 1568. in Senatum Ampliorem receptus 1570. †. 1591. 20. April. cujus Epiſtolæ nonnullæ in Ciſta Joh. Hornungi comparent. *Juſtinus Müllner*, Phyſicus Norimb. Ordinarius 1569. †. 1582. 31. Decemb. *Volcherus Coiter*, Groninga-Friſius, Poliater vel Phyſicus Norimbergenſis 1569, deinde Caſtrenſis medicus in expeditione Gallica, †. 1576. 5. Jul. ætatis a. 66.

66. non parum laudis meritus publicatis Tabulis de Cartilaginibus, Tabulis Partium humani corporis atque Anatomicis Exercitationibus Obſervationibusque variis, cum figuris, Animalium Sceletorum explicationibus iconibusque, cum Fallopii Lectionibus de partibus Similaribus.

§. 504. *Antonius Fuchs*, Italus dictus, natus 1539. numero Phyſicorum Norimberg. accenſus 1574. †. 1598. 3. Novemb. *Johannes Richthauſer*, medicus Norimb. Ordinarius 1574, Genanter i. e. Senatui Majori adſcriptus 1576. †. 1585. 13. Octob. *Wolfgangus Baldung* aut *Waldung*, Norimbergenſis, Artium Magiſter, natus 1554, Collega Scholæ ad Templum S. Sebaldi 1582, Præceptor Claſſis Secundæ Gymnaſii Academici Altdorfini 1585, denique ibidem 1592. Profeſſor Phyſicæ, ſimul medicinæ Practicus, licet non promotus, ſed medicinæ Candidatus & amator, †. 1621. 18. Octob. a quo, præter Diſputationes Orationesque medici argumenti, edita eſt Lagographia ſeu de natura Leporum deque utilitate in re medica. *Jeremias Braunskorn* vel *Praunskorn*, inter Norimberg. Phyſicos ab a. 1583. usque ad 1599. 10. Decemb. quo †. *Lazarus Mayenſchein*, Norimbergenſis, natus 1560. 13. Jul. matre jam tertium diem ex ſuffocatione hyſterica pro mortua habita, Wittebergæ Magiſter 1580, Baſileæ Med. D. 1583. 5. Decemb., 1584. in collegium medicorum Norimb. receptus, eodem anno vergente medicus Ordinarius Culmbacenſis civitatis, 1588. Schlackenwaldæ practicus, 1589. Curiæ Variſcorum

 me-

medicus Ordinarius per 28. annos, 1617. 1. Octob. Coburgum ad eandem provinciam obeundam profectus, ſed ibi hoc ipſo anno †. 25. Octob.

§. 505. *Theophilus*, ſeu Gottlieb, *Mader*, Frauenfeldâ-Helvetius, natus circa a. 1541. Philoſophiæ Magiſter & Med. D., Profeſſor Organi Ariſtotelici ſeu Logices Altdorfii 1584, ſed jam 1585. Ambergam digreſſus, forſitan ad Phyſici Ordinarii munus obeundum, hinc Profeſſor Phyſices & Medicinæ Heidelbergæ, †. 1604. 26. Januar. natus annos 63. *Johannes Cuno*, Norimbergenſis, natus 1557. Med. D. Heidelbergæ 1584. pridie Id. Decemb. 1585. inter medicos Ordinarios Norimbergæ receptus, †. 1610. 13. Decemb. *Nicolaus Rheiniſius* aut *Rineſius*, Phyſicus Norimb. ab a. 1587. usque ad a. 1611. *Melchior Utenhovius*, Norimbergenſis, natus 1553. feria 3. Pentecoſtes, Pharmaceuticæ cultor, 1585. Norimbergæ Officinæ Xenodochiali ad Ædem S. Spiritus tanquam Proviſor præfectus, poſt quinquennium Pharmacopœus Lauingenſis, †. ibid. 1613. 21. Jul. *Balthaſar von Herden*, Jenenſis, natus 1547, Phyſicus Norimb. 1593, †. 1619. 22. Maji, cujus quædam Epiſtolæ in Hornungi Collectione comprehenduntur. *Johannes Eggen*, Phyſicus Norimb. ab a. 1593. usque ad 1609, quo Wurceburgum abiit.

§. 506. *Joachimus Camerarius III.* Secundi filius, natus Norimbergæ 1566. 18. Febr. (alii 18. Januar.) Med. D. Baſileæ 1593, in Collegium Medicum Norimbergenſe cooptatus 1594. (al. 1593.) cujus

cujus Decanus novies fuit, item Archiater & Conſiliarius Chriſtiani Principis Anhaltini, †. 1642. 13. Januar. ob coxæ luxationem per decennium lecto affixus. *Martinus Heling*, aliis Hellingus, Norimbergenſis, Mauritii Theologi Norimbergenſis filius, ex Theologiæ ſtudioſo & Magiſtro Philoſophiæ medicus, cujus diſputatio de Phlebotomia Marpurgi 1594. prodiit. *Leonhardus Doldius*, Hagenoenſis, natus 1565. 25. Febr. Med. D. Baſileæ 1594, in Collegium Norimbergenſe receptus 1595. †. 1611. 22. Aug. cujus variæ Epiſtolæ medicæ in Joh. Hornungi Ciſta continentur. *Vitus Gertner*, Norimbergenſis, natus 1566. 27. Febr. Med. D. Baſileæ 1595. 24. Jul. 1596. in Collegium Norimb. cooptatus, ejus deinde ſepties Decanus, 1597. medicus Ordinarius Xenodochii, †. 1647. 12. Febr. cujus filius *Gebhardus*, natus Norimbergæ 1603 medicus patriæ urbis 1629, †. ex peſte 1634. 7. Aug. *Michael Rætenbeck*, Norimbergenſis, natus 1568. 19. April. Magiſter Altdorfii 1590. 1595. Baſileæ Med. D. una cum *Georgio Rumbaum*, Magiſtro *Hieronymo Fabritio*, Magiſtro *Johanne Conrado Zinnio*, cæt. promotore Doctore *Thoma Coccio*, 1596. Collegio Medico Norimb. adſcriptus, 1597. in Senatum Majorem aſſumtus, 1602. medicus Xenodochialis, 1612. Noſocomio infectorum lue venerea præfectus, 1600. 1601. & 1610. Viſitator Pharmacopoliorum, 1616. & 1621. Decanus Collegii medici, †. 1623. 27. Mart. qui edidit Epitaphia Norimbergenſia: ejus filius *Johannes*, Med. D. Altdorfii 1630. 23. Jun., in Collegium Norimbergenſe receptus, ſed jam 1634. 2. Octob. anno

no ætatis 28. peſte exſtinctus, ſcripſit Speculum Scorbuticum.

§. 507. *Johannes Ingolſtetter*, Norimbergenſis, natus 1563, Magiſter Altdorfii creatus, Theologiæ ſimul & medicinæ ſtudioſus, 1588. Ambergæ in Pædagogeo Electorali Prorector per 14. annos, interea Praxin medicam addiſcens ab *Hieronymo Prims*, erudito ejusdem urbis medico Ordinario, quo defuncto 1601. Ingolſtetterus conſtitutus eſt phyſicus, paulo poſt quoque Baſileæ Doctoris gradum adeptus, †. 1619. 15. Febr. prodiitque ejus diſſertatio de natura naturalium & non - naturalium oppoſita Demonſtrationi Judicii Martini Rulandi de Aureo Dente Sileſii pueri, 1589: item de eodem Aureo dente Reſponſio, qua demonſtratur, neque dentem, neque ejus generationem eſſe naturalem, 1596: & diſſertatio de natura Occultorum & Prodigioſorum, ad Jac. Horſtium, qua reſpondetur ipſius libello de Aureo, qui putabatur, dente, 1597: Epiſtolæ ejus medicæ ab Hornungo Ciſtæ ſuæ inſertæ ſunt: præterea publicavit Iſagogen in Rhetoricam Ariſtotelis, & ſub nomine *Johannis Angeli Politiani* varia Theologica. *Johannes Faber*, Norimbergenſis, natus 1566, cooptatus in Collegium Norimbergenſe Medicum 1597. †. 1619. 7. Febr. in cuſtodia publica. *Johannes Neudörfer* von Neudegg, Norimbergenſis, natus 1567, inter medicos reipublicæ patriæ relatus 1598, †. 1639. 27. Octob. qui fuit quoque Senatus Majoris membrum, & Comes Palatinus.

§. 508.

§. 508. Varii: *Johannes Langius*, Leobergâ-Sileſius, natus 1485. Magiſter Lipſiæ 1514. Rector 1518. 1522. Med. D. Piſis creatus, deinde Electorum Palatinorum Ludovici, Friderici II, Ottonis Henrici, & Friderici III. Archiater, †. 1565. 21. Jun. cujus extat perdoctum opus tripartitum Epiſtolarum medicinalium. *Cornelius ab Hamsfort*, ſenior, Cimber, Med. D., Chriſtiani III. Daniæ Regis Archiater ab a. 1538, poſt ejus obitum Phyſicus Coldingenſis circa 1561, denique Ottonienſis, †. 1580. 8. Mart. *Georgius Pictorius*, Villinganus, natus 1500. primum Ludi literarii magiſter, deinde Med. D. Friburgi creatus, ubi quoque per aliquod tempus Profeſſor fuit, tum 1540. Enſishemii medicus Publicus Ordinarius conſtitutus, clarus inprimis circa a. 1560, complurium librorum autor vel editor, inque his ſunt tuendæ Sanitatis ratio ſeu methodus: Pantopolion, animalium, plantarum, metallorum cæt. naturas Carmine comprehendens: Sermonum Convivalium libri 10, Scholia, vel Commentaria ampliora, in Serenum Samonicum, Æmilium Macrum, Marbodæum, cum carmine de Lapide Molari; in Marſilium Ficinum de Studioſorum valetudine tuenda, in Arn. Villanovani Regulas univerſalis curationis morborum, in Ant. Gazium de Evacuandi ratione, &c. item Enarrationes in ſeptimum Plinii librum, de Peſte & Papulis puerorum libri duo, cæt. *Johannes Wolmerus*, Med. D. & circa 1540. Poliater Hamburgenſis, †. 1545. menſe Novemb. *Franciſcus Rapardus*, Brugenſis, qui perpetuum Almanach a nugis prognoſticis Aſtrologicis liberum edidit. *Renatus*

natus Henerus, Lindavienſis, qui Apologiam adverſus Jac. Sylvium pro Veſalio edidit Venetiis 1555: cujus fortaſſe cognatus *Johannes Henerus*, qui de triſtiſſimo Peſtilentiæ malo librum Pariſiis 1551. edidit. *Petrus Haſſardus*, Armenterio-Flander, qui contra Rapardum ſcripſit Clypeum Aſtrologicum & de morbo Gallico, aliaque. *Johannes Echtius*, Belga, natus circa 1515. †. circa 1554. qui de Scorbuto ſcripſit.

§. 509. *Ulricus Wolfhard*, Med. D. celebris Memmingæ, †. 1558. 26. April. natus annos 62. relicto filio *Bartholomæo*, pariter Med. D. *Franciſcus Rodewald*, ſenior, Brunſvicenſis, Med. D., Scholæ Ægidianæ in patria urbe Rector, Phyſicus Luneburgenſis, tandem ab a. 1551. Poliater Hamburgenſis, cujus oratio de cauſis Putrefactionis, poſt renunciationem gradus recitata, extat in Declamationibus Melanchthonianis. *David Mileſius*, Nyſſâ-Sileſius, Med. D. 1550, antea Regiomonti 1548. 5. April. Philoſophiæ Baccalaureus, & circa 1550. ibidem Profeſſor, poſtea Hatherslebiæ Johannis Senioris Ducis Holſatiæ Archiater, †. 1562. 17. Novemb. *Johannes Carnarius* ſenior, Gandavus, vid. Profeſſores Patavini, & add. idem ſimul Univerſitatis & Nationis Germanicæ Bibliothecarius, poſtea medicus Gandavi, denique circa a. 1557. Adolphi Ducis Holſato-Gottorpienſis Archiater, & Canonicus Slesvicenſis, †. 1562. *Johannes Carnarius* junior pariter fuit Med. D. & Archiater Holſato-Gottorpienſis, adhuc a. 1617. ſuperſtes.

§. 510.

§. 510. *Samuel Quickelbergius*, Antverpienſis, circa 1553. Ingolſtadii florens. *Johannes Antonius*, Campenſis. *Georgius Wirth*, Laubâ-Luſatus, natus 1524, Med. D. Bononiæ 1552. 9. April. poſtea medicus Cæſareus Caroli V, hujusque filii Philippi II. Regis Hiſpaniarum Bruxellis, donec is in Hiſpaniam abiret, hinc Vindobonæ Henrici Burggravii Misniæ medicus ordinarius usque ad ejus mortem, 1563. Lipſiæ ſedem figens, †. 1613. 9. Septemb. in cujus præceptoribus fuere Bononiæ *Chriſtophorus Magius*, (forte Maggius,) Chirurgus celebris, Romæ *Franciſcus Norza*, medicus. *Achilles Baſſarus*, Velcurianus ſeu Feldkirchenſis. *Jacobus Cornicius*, Embdanus. *Johannes Sprem-berger*. *Tarquinius Ocyorus*, Germanice *Schnellenberg*, cujus extat liber de 25. radicibus Peſti reſiſtentibus. *Blaſius Hollerius*, Vinarienſis, qui commentarios ſcripſit in Hippocratis Jusjurandum, ejusdemque librum de Natura hominis, item medicæ artis Theoricam, & Morborum curandorum Inſtitutionem, ex Galeni præcipue ſententia.

§. 511. *Levinus Lemnius*, Ziriczeeus, natus 1505. Med. D. & in patria excellens practicus, denique uxore defuncta, Sacris initiatus & Canonicorum Collegio adſcriptus, †. 1568, cujus ſunt libri, frequenter typis mandati, nominatim de Aſtrologia liber unus, de Vitæ termino ſecundus, tertius de honeſto animi & corporis Oblectamento: de occultis Naturæ Miraculis libri 4, de habitu & conſtitutione Corporis libri 2, Similitudinum ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex Herbis atque Arbori-

boribus deſumuntur, explicatio. Ejus filius *Guilielmus*, Erici XIV. Sueciæ Regis Archiater & Conſiliarius, ſed rege depoſito morte affectus 1568; qui ſcripſit de Stomacace, aliaque. *Petrus Bruheſius*, Rithovio-Brabantus, Eleonoræ ſororis Caroli V. Imp. Galliarum reginæ Archiater, poſtea Brugenſis medicus, clarus anno 1555: quemadmodum etiam *Jacobus Gherinus*, reip. Antverpienſis medicus Ordinarius. *Nicolaus de Haultpas*, Atrebas, qui Aphoriſmos Hippocratis Latine vertit, enarrationibusque luculentiſſimis illuſtravit. *Henricus Münzinger*, natus Baſileæ 1522, Magiſter ibid. 1544, Med. D. Piſis, practicus Auguſtanus 1551, Nobilitatus 1555, medicus Eyſtettenſis Epiſcopatus 1559. *Johannes Sylvius*, Inſulanus, Profeſſor Duacenſis, cujus ſunt libri de Studioſorum & eorum, qui corporis exercitationibus addicti non ſunt, tuenda valetudine: de curatione morbi Articularis, morbi Populariter graſſantis præſervatio & curatio, tabulæ Pharmacorum, &c.

§. 512. *Johannes Hummelius* vel *Hommelius*, ſecundus in altera medicorum Promotione Jenæ Vice-Decanus & Vice-Procancellarius, Poliater Salfeldenſis, ibi †. 1558. 22. Aug.: cujus filius ejusdem nominis, Philoſ. & Med. D., Phyſicus Ordinum Stiriæ circa a. 1559. fuit, quo ipſi ab *Ehrenrico Hommelio*, filio ſuo, disp. phyſica de Elementis & Qualitatibus, Jenæ habita, dedicata eſt. *Ludovicus Carinus*, Lucernenſis, Med. D. †. Baſileæ 1569. 17. Januar. fundato ſtipendio pro tribus medicinæ Studioſis Baſileenſibus per triennium. *Jo-*

Johannes Crato, Germanice *Krafft*, poſt accepta ab Imperatoribus Nobilitatis inſignia dictus *a Krafftheim*, Vratislavienſis, natus 1519. 20. Novemb. primo Wittebergæ Theologiæ cultor & toto ſexennio Mart. Lutheri convictor, deinde ipſo Luthero ſuadente medicinæ ſtudioſus, in Italia hoc ſtudium proſecutus, ubi etiam Veronæ artem magna cum laude docuit, tum ex Italia redux, practicus in patria, & deinde factus Imperatorum Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Archiater & Conſiliarius per 26. annos, †. Vratislaviæ 1585. 9. Novemb. multis relictis ſcriptis, Galenum in his & ſuum præceptorem Joh. Bapt. Montanum maxime ſecutus, quæ plurimi fiunt, ut ſunt nominatim Methodus Therapeutica, cum nonnullis aliis adjectis: Iſagoge medicinæ: Perioche methodica in Galeni libros Phyſiologicos & Therapeuticos: Microtechne: Conſultationes, cum illis Joh. Bapt. Montani a ſe editis: de ratione præcavendi & curandi febrem Peſtilentem contagioſam, Germanice, poſtea Latine reddita a Mart. Weinrichio: Aſſertio pro hoc libello, in quo Peſtilentem febrem Putridam ab ea, quæ a Contagione oritur lateque diſſeminatur, diſtinguit: de morbo Gallico commentatio: & præcipuum opus, in quo multa ex prædictis inſerta ſunt, Conſiliorum & Epiſtolarum medicinalium libri 7. poſt ipſius obitum a Laur. Scholzio primum per partes publicati: præterea nonnullæ ejus Epiſtolæ aliorum libris, ut Montani & Matthioli, inſertæ ſunt: ſicut & ipſe nonnulla aliorum ſcripta luce publica donavit.

§. 513. *Reinerus Solenander*, Budericenſis, natus 1521. in Italia ultra ſeptennium commoratus, partim diſcendo & partim docendo faciendoque medicinam, felix deinde in patria practicus, & Archiater Clivenſis Ducis; ejusque Conſilia medicinalia propter medicamentorum reconditorum expoſitionem in primis commendanda ſunt: inſuper edidit Apologiam pro Argenterio contra Julium Alexandrinum: & de Caloris Fontium medicatorum cauſa eorumque temperatione libros 2. *Jacobus Rueſſ*, Tigurinus, clarus Lithotomus & artis Obſtetriciæ magiſter, qui hujus argumenti compoſuit 4. libros de conceptu & generatione hominis, in varias linguas translatos: nec non de Tumoribus quibusdam phlegmaticis, librum. *Bartholomæus Reusnerus*, Lembergenſis Sileſius, Phyſicus Zittavienſis, †. 1592. *Petrus Sibyllenus*. *Franciſcus Renner*.

§. 514. *Jodocus Lommius*, Buranus, Poliater Bruxellenſis, vir Hippocraticæ medicinæ apprime gnarus, Latiniſſimusque ſcriptor, cujus prodiere commentarii de Sanitate tuenda in Corn. Celſi librum primum, medicinalium Obſervationum libri 3, de curandis Febribus continuis liber. *Achatius Morbachius*. *David Kyberus*, Argentinenſis, cujus extat Lexicon rei Herbariæ trilingue. *Bernhardus Deſſennius Cronenburgius*, natus Amſtelodami 1510, in Italiam profectus 1538, ibique medicinæ Doctor creatus, hinc Groningæ Friſiorum medicus publicus per 9. annos, deinde eandem ſpartam Coloniæ Agrippinæ nactus, †. 1574. editis

tis de Compoſitione medicamentorum libris 10, commentario de Peſte, Defenſione medicinæ veteris & rationalis adverſus Georg. Phædronem & ſectas Paracelſi; cæt. *Hubertus Faber*, Belga, natus 1515, Med. D. & in Collegium medicorum Pariſienſium cooptatus, tum Profeſſor Colonienſis, qui cum collegis, præcedente Deſſennio & *Theodoro Birckmanno*, Colonienſi, Diſpenſatorium Colonienſe a. 1564. compoſuit.

§. 515. *Achilles Pirminius Gaſſarus*, Lindavienſis, natus 1505. 3. Novemb. patre Chirurgo, poſthac Cæſareo Maximiliani I, *Ulrico Gaſſaro* vel *Gaſſero*, nomen autem Pirminii filio in Confirmatione ab Imperatore Maximiliano additum eſt; 1525. Wittebergæ ſtudia perſecutus, 1528. Avenione Doctor creatus, hinc reip. Auguſtanæ medicus ordinarius, †. 1577. 4. Decemb. cujus prodierunt, Aphoriſmorum Hippocratis methodus nova, adjectis aliis libellis: Curationes & obſervationes medicæ, poſthumæ; ſicut etiam Collectanea practica & Experimenta propria; cæt. adhæc multa Hiſtorica. *Philippus Wurſing*, (ſed ſcribendum videtur *Wirſung*,) medicus item Auguſtanus. *Quintus Apollinaris*, qui enchiridion Remediorum facile parabilium compoſuit Germanice, poſtea a Rud. Goclenio Latine converſum. *Johannes Curio*, qui ſic dictam Salernitanam Scholam recognitam & aliquot opuſculorum acceſſione locupletatam edidit. *Philippus Michaelis*, Novenianus. *Cornelius Sittardus*, Colonienſis, Med. D., Botanicus eximius,

§. 516. *Henricus Crolachius*, Gothanus, qui de herbæ Iſatidis cultura ſcripſit. *Johannes Kentmannus*, Dresdenſis, natus 1528. 21. April., Phyſicus Torgenſis, qui ſcripſit rerum Foſſilium nomenclaturam, Calculorum humanorum genera 12., librum Teutonicum de Peſte. *Chriſtophorus Encelius*, Salfeldenſis, cujus ſunt egregii libri 3. de re Metallica. *Johannes Fabricius*, Montanus, cujus extant Differentiæ Animalium quadrupedum, cæt. *Benedictus Aretius*, Bernas, cujus habetur Deſcriptio Stirpium Montium Stockhornii & Neſſi. *Jacobus Bifrons*, Rhætus, cujus laudanda epiſtola de operibus Lactariis.

§. 517. *Andreas Gründlerus*, al. Grunthlerus, Olympiæ Fulviæ Moratæ maritus, Schwinfurtenſis, Med D Ferrariæ creatus, hinc practicus in patria, unde 1554. calamitatibus bellicis pulſus, factus Profeſſor Medicinæ Heidelbergæ. *Melchior Ayrerus*, Norimbergenſis, (ad Norimbergenſes Phyſicos referendus,) natus 1520. 10. April. Baccalaureus Erfurti 1536, Wittebergæ Magiſter, Bononiæ Med. Doctor 1546, tum practicus Ordinarius Norimbergæ, 1549. medicus Xenodochii publicus, & Conjugis Electoris Palatini Friderici II. Archiater, †. 1579. 17. Mart. in Mathematicis Chemicisque probe exercitatus. *Abraham Höchſtetterus*, Patricius Auguſtanus, Med. D., Tubingæ 1559. degens, ibidem quoque mortuus. *Matthæus Heuslerus*, in Anatomicis exercitatiſſimus, Joach. Camerarii ſenioris amicus chariſſimus, †. Lipſiæ 1563. *Johannes Cosmas Holzachius*, Baſileenſis, in Dioſcoridem commentatus, qui & Lepræ examen dedit. *Marcus Nevianus*,

nus, Gerhardimontanus Flander, qui diverſas medicinæ partes Carmine Latino explicavit. *Balduinus Ronsſeus*, Gandavus, cujus ſunt Enarrationes in Corn. Celſi ſeptem poſteriores libros, de magnis Hippocratis Lienibus cæt. ſive Scorbuto libellus, Miſcellanea ſive Epiſtolæ, Centones de hominis primordiis hyſtericisque affectibus & infantilibus aliquot morbis, Iſagoge in Chiromantiam, &c. *Johannes Jacobus Huggelius*, Baſileenſis, qui de Semiotica medicinæ parte ſcripſit.

§. 518. Poſt a. 1560. clari *Chriſtophorus Wirſung*, Auguſtanus Patricius, natus 1500 †. 1571. edito Praxi medica Germanice, commentario in Palingenii Zodiacum vitæ, pluriumque ſcriptorum Theologicorum verſionibus Germanicis. Alius junior *Chriſtophorus Wirſungus* medicus ibidem floruit circa 1590. *Johannes Wierus*, Weyer, Latine apud exteros *Piſcinarius*, natus Graviæ ad Moſam a. 1515. familiaris & diſcipulus Henr. Corn. Agrippæ, 1534. Aureliæ *Natalis Ramardi*, Medici Regii, favore uſus, ubi etiam brevi factus Med. D., deinde poſt longinquas peregrinationes Archiater Guilielmi Ducis Clivenſis, †. Tecklenburgi 1588. qui refutavit opinionem Magiæ Dæmoniacæ libris ſex de Præſtigiis Dæmonum & Incantationibus ac Veneficiis, itemque aliis ſimilibus libris, inclytus quoque Obſervationibus ſuis medicis rarioribus, libello de Iræ morbo & curatione, alioque de Varenis morbo endemio Weſtphalorum. *Johannes Goropius*, a loco natali Brabantiæ Hilvaribeca *Becanus* dictus, natus 1519. in vigilia Johannis

Baptiſtæ, †. 1572. 27. Jun. quum pedibus ad ſopiendos podagræ dolores in Moſæ fluvium immiſſis vehementem morbum contraxiſſet; cæterum medicus duarum Caroli V. Imp. ſororum, Reginarum Franciæ atque Hungariæ, poſtea Antverpiæ ſedem figens, maxime paradoxis ſuis ſcriptis Hiſtoricis, quibus origines gentium & linguarum ex Batavia repetivit, famam adeptus. *Paſchaſius Juſtus*, Eecloonienſis Flander, Archiater Marchionis Bergizomi, qui ſcripſit de Alea ſive de curanda ludendi in pecuniam cupiditate, ipſe cupidiſſimus aleator. *Franciſcus Thorius*, Balliolanus Flander, Med. D. 1562. clarus, Pariſiis, & Londini degens: *Antonius Schneebergerus*, Tigurinus, in Polonia commoratus, cujus habentur, Medicamentorum Euporiſtôn enumeratio, de multiplici Salis uſu libellus, de bona Militum valetudine conſervanda liber, Catalogus Plantarum Latino-Germanico-Polonicus, &c.

§. 519. *Johannes Jacobus Weckerus*, Baſileenſis, cujus ſunt medicæ Syntaxes, medicinam univerſam complectentes, Practica medicinæ generalis, Antidotarium generale & ſpeciale, anatomia Mercurii ſpagyrica, de Secretis libri 17, &c. *Euſebius Menius. Johannes Stubing. Samuel Siderocrates*, Germanice *Eiſenmenger*, Brettanus, natus 1534. 28. Septemb. Philoſophiæ Magiſter Wittebergæ 1553. Profeſſor Tubingæ Matheſeos 1557. ejus Facultatis Decanus 1563, Med. D. 1564. 31. Octob. †. Bruxellis 1585. 28. Febr. Aſtrologiæ medicæ defenſor. *Georgius Phædro*, de Geleinen,

Para-

Paracelſi aſſecla medicusque Chemicus, qui hujus argumenti plures libros emiſit, item Chirurgiam minorem, & de balneis Puteolanis librum. *Johannes Schwarz*, Nurtingenſis, 1544. Tubingæ Magiſter, deinde Med. D. in comitatu Chriſtophori Ducis Wurtembergenſis ad coronationem Maximiliani Regis Rom. 1562. †. 1563. 16. Januar. Stutgardiæ, natus annos 40. Alius *Johannes Schwarz*, Med. D., Mag. Samuelis Heilandi privignus, †. Stutgardiæ 1580. 19. Jun. Anno etiam 1562. Tubingæ Magiſter creatus *Tobias Balz*, Kirchheimius, poſtea Med. D. & feliciſſimus practicus Eslingæ.

§. 520. *Johannes Moibanus*, natus Vratislaviæ 1527. 27. Febr. Philoſophiæ Magiſter Wittebergæ creatus, deinde ex Italicis academiis redux, primum Ambergæ, poſtea ſtipendio publico conductus Auguſtæ Vindelicorum medicinam faciens, †. 1562. 9. Maji, relicta Latina verſione Euporiſtorum Dioſcoridis. *Joachimus Curæus*, Freiſtadio-Sileſius, natus 1532. 23. Octob. Magiſter Wittebergæ 1554. 31. Jul. Med. D. Bononiæ 1558. 10. Sept. Poliater Glogoviæ 1559. menſe Octob. †. 1573. 21. Januar. relicto filio *Irenæo*, pariter deinde Med. D.: patris extant, Phyſica, liber de Senſu & Senſibili, Conſilia medica, exegeſis controverſiæ de S. Cœna, cæt. præcipue tamen Annalibus gentis Sileſiæ inclaruit. *Wolfgangus Geuß*, Norimbergenſis, natus circa a. 1510. iatromathematicus. *Johannes Malpæus*, medicus Audomarenſis in Arteſia, 1563. clarus. Eodem *Hugo Favolius*, Middelburgenſis, reip. Antverpienſis medicus,

dicus, †. 1585. 10. Aug. natus annos 61. menſes 11. dies 29. *Petrus Memmius*, in Roſtockienſibus dictus, fuit ſimul Archiater Friderici III. Regis Daniæ, & Ulrici Ducis Megalopolenſis, poſtea ab a. 1581. Poliater Lubecenſis, †. 1589. 17. Jul. ætatis anno 67. Claruit quoque circa hæc tempora *Sebaſtianus Röderus*, Salfeldiâ-Thuringus, Med. D. & practicus Hamburgenſis, †. 1569. 18. Januar. *Jodocus Harchius*, de Harchies, Montenſis Hanono, qui ſcripſit enchiridion medicum ſimplicia Pharmaca eleganti poemate comprehendens; item de cauſis Contemtæ medicinæ librum, qui tamen etiam *Philippo de Harchies*, itidem ex Montibus Hannoniæ, tribuitur.

§. 521. *Martinus Rulandus* ſenior, Friſingenſis, †. 1602. 3. Febr. natus annos 70, Archiater Cæſareus & Philippi Ludovici Comitis Palatini, Profeſſor med. Lauingæ, clarus Lexico Alchemiæ aliisque ſcriptis Chemicis, Theſauro Rulandino ſive Curationum Empiricarum centuriis 10, medicinâ Practicâ, Hydriatricâ, Balneario, tractatibus de Phlebotomia, Scarificatione, ac Ventoſitate. *Erneſtus Reuchlinus*. *Joachimus Cirenbergius*. *Euſebius Wildbeck*. *Johannes Myrica*, cujus paraphraſis in Aphoriſmos Hippocratis jam 1556. Baſileæ prodiit. *Gerhardus Bergenſis*, Antverpianus, cujus ſunt de Conſultationibus medicorum & methodica Febrium curatione commentariolum, & libelli de præſervatione & curatione morbi Articularis & Calculi, nec non Peſtis. *Johannes Acronius*, Friſius, qui Baſileæ Matheſin & medicinam ſumma

cum

cum laude docuit, ſed valde juvenis mortuus 1563. *Andreas Gennepius*, Balenus Brabantus, Lovanii Med. D. privatus, Simplicium cognitione excellens, cæterum ab a. 1532. in Collegio Trilingui Buslidiano Profeſſor Linguæ Hebrææ per 36. annos, †. 1568. 4. Idus Febr. natus annos 84. *Petrus de Spina*, medicus Aquisgrani, ibi propter ſingularem artis exiſtimationem toleratus 1558, quum omnes Proteſtantes urbe pellerentur, †. 1569. *Theodorus Plateanus*, Zuiccavienſis, natus 1530, medicus Caſtrenſis in Hungaria, in bello Gothano 1567, in Gallia ſtipendio Henrici III. Regis, 1593. Wittebergæ in Senatum allectus, †. 1608. 24. Jun. *Henricus Ludovicus*, natus Coswedæ prope Neoſtadium ad Orlam 1539. menſe Januar. Magiſter Jenæ, Med. D. Bononiæ 1564. 25. Febr 1565. Phyſicus Gottingenſis, 1566. Schwinfurtenſis, non multo poſt Neoſtadii ad Orlam, 1567. Vinariæ, ibidem a 1600. Conſul electus, †. 1613. 14. Aug. quum paucis annis antea filium *Tobiam*, Med. D. & practicum Naumburgenſem, amiſiſſet.

§. 522. *Michael Toxites*, Störzinga-Rhætus, 1529. in Comitiis Spirenſibus Laureatus Poeta & Comes Palatinus Cæſareus, poſthæc Magiſter & 1557. Profeſſor Eloquentiæ Tubingæ, 1559. Decanus ſuæ Facultatis, deinde Poliater Hagenoenſis, Paracelſicam medicinam cum Galenica conjungens, qui controverſiam de uſu Stibii in medendis morbis cum Luca Stengelio agitavit, aliqua Paracelſi edidit, & Onomaſtica ejus verborum ſcripſit. *Lucas Stengelius*, Auguſtanus, natus 1523, Med. D.

Patavii 1549, tum Auguſtæ Ordinarius medicus, ubi 1582. autor fuit inſtituti Collegii Medici, ipſe ejus primus Decanus, †. vergente anno 1587. *Nicaſius Ellebodius*, Casletanus Flander, Patavii Philoſophiam & medicinam multa cum laude profeſſus, deinde Canonicus Poſonienſis in Hungaria, ubi mortuus, editis variis Epiſtolis ac Poematibus, Nemeſioque de natura hominis Latine converſo. *Gerhardus Dorn* ſive *Dornæus*, qui permultis libris Paracelſi medicinam & Chemiam explicare atque asſerere allaboravit. *Johannes Albertus Wimpinæus*, qui de concordia Hippocraticorum & Paracelſiſtarum, diſcendæque medicinæ Methodum ſcripſit. *Johannes Piſtorius*, Niddanus, filius, ex Lutherano Reformatus, tandem Romano-Catholicus, & Sacris muneribus ornatus, Theologicis Hiſtoricisque maxime ſcriptis, nonnullis tamen etiam medicis clarus, †. 1608, ut creditur.

§. 523. *Sigiſmundus Kolreuterus. Johannes Cornicius. Andreas Gallus*, Tridentinus, cujus extat Faſcis de Peſte ac febre Peſtilentiali, vel ſub alio titulo, Homo afflictus & jacens. *Bartholomæus Wagnerus. Johannes Hofmann. Hugo Fridævallius*, Froideval, de Frigida Valle, Sampaulinus Arteſius, qui ſcripſit de Balneis, & de Sanitate tuenda. *Arnoldus Lenſæus*, Belliolanus Hanno, frater Johannis Theologi Lovanienſis, medicus & Mathematicus Magni Ducis Moſcoviæ, in qua urbe periit, quum illa a Tattaris incenderetur. *Matthias Kapfer. Martinus Henricus*, Sangallenſis, cujus Quæſtionum medicarum Tomus primus prodüt

diit Papiæ 1567. *Georgius Gooſſens*, (Goswinus) Lovanienſis medicus.

§. 524. *Federicus Jamotius*, Bethuna-Arteſius, qui Galeni Suaſoriam ad artes annotationibus illuſtravit, & Demetrium Pepagomenum de Arthritide ex Græco Gallice transtulit. *Aſcanius Schratembergius*, Tridentinus, cujus ſunt 10. libri de curativis Indicationibus. *Petrus Reidanus*, Daventrienſis, cujus extat Querela medicinæ Dogmaticæ. *Hermannus Cruſerius*, Campenſis Belga, præter medicinam etiam in Jure Doctor, & Conſiliarius Guilielmi Ducis Cliviæ, †. præmature 1574, commentatus in Hippocratis librum 1. & 3. de morbis Popularibus, & in librum de ſalubri Diæta; nonnulla quoque Galeni, totumque Plutarchum Latine interpretatus. *Balthaſar Loſerus*, Poliater Stutgardiæ, †. 1591. 19 Febr. natus annos 67. *Matthias Lobelius*, de l'Obel, Inſulanus, natus 1538. †. 1616, medicus & Botanicus primo Principis Auraici Ordinumque Hollandiæ, poſtea Jacobi Regis Angliæ, celebris ob Plantarum hiſtoriam, conjunctâ Petri Ponæ opera compoſitam, & Volumen Adverſariorum.

§. 525. Inſigne decus circa hæc tempora medicorum ordini addidit *Henricus a Ranzow*, Produx Cimbriæ, eruditionis omnis protector maximus, ipſe in omni doctrinarum genere verſatiſſimus, qui plures quoque libros compoſuit ad artem ſalutarem pertinentes, inprimisque de Conſervanda Valetudine librum, perſæpe recuſum. Ex Theologorum

gorum ordine *Chriſtophorus Albinus*, alias *Weiſs*, Steinavia-Sileſius, Francofurti ad Viadrum hoc temporis intervallo Profeſſor Hebrææ Linguæ, deinde Theologiæ, †. 1590. 9. Decemb., inſignis ſimul fuit Botanicus.

§. 526. Poſt a. 1570. *Nicolaus Wincklerus*, Forchemius, qui ſcripſit Chronica herbarum reliquorumque ſimplicium, fuitque, ſi idem eſt, 1588. medicus Halæ Suevorum, una cum fratre *Georgio*, qui creatus Med. D. Tubingæ 1564. 31. Octob. *Fabianus Sommer*, qui de Thermis Carolinis ſcripſit, unde natus erat. *Bartholomæus Carrichter*, Paracelſi ſectator. *Jeremias Martius*, Auguſtanus, ſex linguarum peritus. *Petrus Hogerbetius*, Hornanus, Med. D. & Poeta, †. 1599. 4. Id. Septemb. natus annos 57. menſes 10. dies 12. *Guilielmus le Maiſtre*, Latine *Magiſter*, medicus Inſulenſis, 1572. clarus, †. 1585. menſe Auguſti. *Petrus Monavius*, Vratislavienſis Patricius, natus 1551, Med. D. Baſileæ 1578, tum factus medicus Rudolphi II. Imp., †. Pragæ 1588. 12. Maji. *Andreas Mirica*, Lemmarienſis Friſius, Leovardiæ medicinam faciens, præter Latinam Græcamque etiam Hebraicæ Chaldaicæque linguæ callentiſſimus, †. ex calculo 1585. 6. Decemb. *Johannes Reuſchius*, Fontanus. *Georgius Heniſchius*, Bartfeldius Hungarus, Med. D. & Profeſſor Matheſeos Rhetoricæque Auguſtæ Vindelicorum, qui edidit Enchiridion medicinæ, Aretæumque Cappadocem ex manuſcriptis Græce & Latine, cæt. †. 1617. 31. Maji, quum anno priore munus Profeſſoris, quod per 42. annos geſſerat, abdicaſſet.

§. 527.

§. 527. *Johannes Sambucus*, Tyrnavienſis Hungarus, natus 1531. menſe Auguſto. †. 1584. 7. Jun. Conſiliarius & Hiſtoricus Maximiliani II. & Rudolphi II. Impp., excellens quoque Philologus & Poeta; cujus extant Icones Medicorum & Philoſophorum. *Adolphus Occo II.* primi cognatus, & ab hoc adoptatus, natus Brixiæ Tyrolis 1494, Med. D. Bononiæ 1519, Phyſicus Auguſtanus 1523, idem medicus Hoſpitalis, †. 1572. ætatis anno 77. Ejus Col. *Johannes Tiefenbach*, *Gerhardus Seyler*, *Wolfgangus Talheuſer*. *Adolphus Occo III.* Secundi filius, Auguſtanus, natus 1524. 17. Octob. †. 1606. Inſpector Pharmacopoliorum reip. patriæ ab a 1564, & Vicarius perpetuus Decani Collegii Medici, qui etiam ejus Pharmacopœiam edidit, præterea que antiquas Inſcriptiones & Numismata. *Oſwaldus Gabelchover*, Gabelcover, Gabelkhover, Tubingenſis, Med. D. circa 1574. Phyſicus Göppingenſis, & quatuor Ducum ordine regnantium Würtembergicorum Archiater, adhæc Bibliothecarius, †. 1616. 31. Decemb. natus annos 78. Ejus filius *Wolfgangus*, Phyſicus Calwenſis 1587, deinde Archiater Würtembergicus, qui Baccium de Gemmis ex Italico in Latinum transtulit, & Curationum ſuarum & Obſervationum medicinalium ipſe centurias 4. edidit 1611. & 1612., quintam vero & ſextam Brunnius 1627. *Chriſtophorus Gabelcoverus*, fuit circa 1578. medicus Provincialis Stiriæ. *Johannes Kielmann*, medicus Stutgardienſis circa 1574. *Ruprecht* ſ. Rupertus *Linſe*, Latine *Lentulus*, Med. D. Dorndorfii.

§. 528. *Joachimus Struppius*, Gelhuſius, qui librum de Mumia eique cognatis, & anchoram Famis, ſitis, ac valetudinis edidit. *Jacobus Oetæus*, Germanis *Schade*, jam inter Ingolſtadienſes relatus. *Zechendorfer* von der Lechnitz, Chirurgiæ ſcriptor Germanicus. *Gerhardus Bontius*, natus Ryswici Geldrorum 1538, Med. D. Patavinus, 1575. Leidæ medicinam e cathedra docuiſſe dicitur, (non tamen in numero Profeſſorum invenitur,) & in ipſo academiæ Rectoratu mortuus 1599. 15. Septemb. cujus filius *Johannes* reip. Roterodamenſis medicus & Quæſtor fuit: Reinerus in Profeſſoribus Leidenſibus dicetur. *Andreas Voſſenhol*, Belga, Poliater Hamburgenſis circa a. 1575. *Cornelius Schylander*, Albisſenſis Belga, qui medicinam Aſtrologicam, & practicam Chirurgiæ brevem & facilem, ſive modum extrahendi olea, publicavit. *Fridericus Petri*, Springenſis. *Thomas Jordanus*, Clauſoburgo-Transſilvanus, natus 1539, Med. D. Vindobonæ creatus, Maximiliani II. Imp. Archiater Caſtrenſis a. 1566, deinde Phyſicus provincialis Moraviæ, de cujus Aquis medicatis edidit commentarium, item Reſponſiones ad quædam Paradoxa Laur. Jouberti, Peſtis phænomena, aliaquè, in quibus eſt Brunno Gallicus, ſeu luis novæ in Moravia exortæ deſcriptio.

§. 529. *Gregorius Mangold*, Helvetius. *Victor Giſelinus*, Sandforto-Flander, natus 1543. 23. Mart., Winocibergæ conductus Phyſicus, Juſto Lipſio perfamiliaris, †. 1591, cujus extat Epiſtola de Hydrargyri uſu. *Jacobus Theodorus*, Tabernæmon-

montanus a patria dictus, primum Pharmacopœus, deinde Med. D. in Gallia creatus, Archiater Electoris Palatini, Epiſcopi Spirenſis, Comitis Naſſovii Saræpontani, & Phyſicus Ordinarius Wormatienſis, †. Heidelbergæ 1590; cujus celeberrimum eſt Herbarium Germanice 36. annis congeſtum, & Theſaurus Aquarum medicatarum eâdem linguâ. Ejus filius *Johannes Jacobus*, Med. D. & Phyſicus Lutreæ, deinde Noſocomii Heidelbergenſis fuit infelici lapſu exanimatus: alter filius *Philippus Jacobus*, Med. D. & Eberhardi Epiſcopi Spirenſis Archiater. *Henricus Fabricius*, natus Tabernis montanis 1547, a Maximiliano II. Imp. lauru Poëtica donatus 1572. in Comitiis Spirenſibus, quum Ordinum Belgii eſſet interpres; 1574. ex Italia redux Baſileæ Philoſophiæ & Med. D. creatus, tum Hornbaci Profeſſor Philoſophiæ, & 1577. Rector, 1600. emeritus, †. 1612. 28. Mart. *Albertus Holzapfel*, Med. D., Profeſſor Phyſicæ Friburgi Brisgojæ. *Franciſcus Nemer*. *Nicolaus Baſelius* aut Bazelius, medicus & Chirurgus Winocibergenſis reip. circa 1578. Eodem a. 1578. Auguſtæ Vindelicorum a Martino Zobelio cive fundatum eſt Xenodochium publicum.

§. 530. *Bartholomaus Wolfhardus*, Med. D., Ulrici filius, medicus Ulmanus, corporis & animi virtutibus præſtans, †. 1579. *Johannes Schwarz*, Med. D. Mag. Samuelis Heilandi privignus, †. Stutgardiæ 1580. 19. Jun. *Benjamin Liebſchütz*, Vindobonæ 1580. clarus medicus. *Gallus Etſchenreuterus*, Ratispolitanus, qui de Balneis ac Fontibus

bus ſalubribus per Germaniam celebribus, jam 1571. ſcripſit, nec non alia. *Joachimus Quertenus*. *Petrus Talpa*, Friſius, cujus extat Empiricus ſive indoctus medicus, dialogus. *Johannes Schenck* a Grafenberg, natus 1530, Med. D. Tubingæ 1554. una cum *Sebaſtiano Mario* medico Monacenſi, deinde Phyſicus Friburgi Brisgoviæ, †. 1598. 12. Novemb celebris ob collectarum Obſervationum medicarum tomos 7. *Georgius Caſpius*, Hannonius, qui adverſus Bonav. Grangerium pro Leonh. Botalli libello de curatione per ſanguinis miſſionem ſcripſit. *Gualterus Bruele*, cujus Praxis medicinæ perfrequenter typis tradita eſt.

§. 531. *Balthaſar Brunnerus*, Halâ Saxo, natus 1533, Jenæ aliquamdiu Profeſſor Poeſeos, Lipſiæ 1574. Profeſſor medicinæ extraordinarius, tum poſt longinquas peregrinationes Baſileæ Med. D. creatus, hinc domeſticus Joh. Cratonis, factus gener *Georgii Laureæ*, Electoris Brandenburgici Archiatri, denique Anhaltinus Archiater, †. 1604; qui quærendo lapide philoſophico multum auri dilapidavit, cæterum reliquit bonæ frugis Conſilia medica, & tractatum de Scorbuto. *Johannes Raſch*, Vindobonenſis. *Cyriacus Lucius de Claſ*, cujus prodierunt Ingolſtadii de ligno Cotoneo libellus; de Lithoſophiſtica, erronea quorundam de lapide philoſophico nunc disceptantium doctrina, religioni Chriſtianæ incommoda: de variis medicorum Sectis nunc in republica vigentibus: de medicina Philoſophica, &c.

§. 532.

§. 532. Poſt a. 1580. *Leonhardus Rauwolf*, Græce *Daſylycus*, Auguſtanus, & ejus civitatis, deinde, quum a. 1588. Senatus omnibus ad Romano-Catholicam fidem reverti nolentibus ſtipendia renunciaſſet, Lincii & Archiducum Auſtriæ medicus, Itinerario Orientali, Botanici ſtudii cauſa potiſſimum inſtituto, clariſſimus. *Adolarius Roth. Sebaſtianus Liborius. Johannes Ewich*, Bremenſis, qui Sagarum proceſſum impugnavit, ſcripſitque de officio magiſtratus tempore Peſtilentiæ remp. a contagio præſervandi liberandique, & Hippocratem de Natura hominis pro novo Gymnaſio Bremenſi edidit. *Johannes Spoeriſch*, ab Ottenbachaw, cujus extat Idea medici, cum tractatu de ſymptomatibus crudeliſſimis, quæ ſcarificationi & cucurbitularum uſui Brunæ incolis in Moravia ſupervenerunt; & de febre Epidemia a. 1580: de ratione curandi in ægris morbos per bonam Diætam libri 6. & alia. *Hieronymus Reusnerus*, Leorinus Sileſius, a quo profecta ſunt, de Scorbuto liber, Urinarum probationes Jod. Willichii illuſtratæ, Curationes, Obſervationes, cæt. *Paulus Conſtantinus Phrygio*, Tubingenſis, Magiſter 1557, deinde medicus Ducalis Würtembergicus, †. 1601. 13. Jul. natus annos 63.

§. 533. *Johannes Bauhinus*, Caſpari frater major, Archiater Monsbelligardenſis, †. 1613. in Botanicis plurimum verſatus, & præcipuus autor Hiſtoriæ plantarum univerſalis, tribus Tomis editæ Ebroduni 1650. ſeq. in raris libris numerandæ: reliqua ejus, pariter magni æſtimata, ſunt, hiſtoria

Fontis Bollenſis ſive de Aquis medicatis libri 4, liber de Plantis a Divis Sanctisque nomen habentibus, & alter de Plantis Abſinthii nomen habentibus: hiſtoria Luporum aliquot rabidorum, additis medicamentis & auxiliis ad animalium rabiem conferentibus: liber Medicamentarius & Balnearius, Germanice. *David Herlicius*, Cizenſis, natus 1557. 28. Decemb. Magiſter Roſtochii creatus, Guſtrovii Conrector 1580, Primislavii Poliater 1582, & Anclami 1583, 1585. Profeſſor Mathematum Gryphiswaldiæ, 1598. Rector academiæ, & eodem anno Poliater Stargardienſis in Pomerania, renunciatusque Med. D., promotore *Chriſtiano Caleno* Med. D., 1606. Phyſicus Lubecenſis, 1614. iterum Stargardiam digreſſus, †. 1636. 15. Aug. qui nonnulla medica, plura autem Calendaria Prognoſticaque mathematica ſcriptaque Phyſica, Hiſtorica, itemque Carmina, & ſimilia compoſuit. *Martinus Everaerts*, Brugenſis, medicus & Mathematicus. *Johannes Fienus*, Turnhouto-Brabantus, Phyſicus Antverpienſis, †. 1585. Dordraci, libro de Flatibus famam adeptus.

§. 534. *Michael Uranius. Nicolaus Buiius*, vernaculâ lingua *Boelensz*, Hornanus, natus 1550. 17. Januar. †. 1615. 26. Febr. Med. D. & Practicus, in Hollandiæ Weſtfriſiæque Ordinum Collegio Aſſeſſor, reip. Hornanæ ultra 34. annos Prætor, rerum Maritimarum in Weſtfriſia Conſiliarius & Fiſci Advocatus, idem quoque Poeta. *Antonius Forneſius. Cornelius a Baersdorp*, Goſenſis Belga, cujus extat Methodus univerſæ Artis medicæ, & alia.

Gallus

Gallus Emmen. *Johannes Mattenburgius*, Mindâ-Weſtphalus, natus 1550. 1576. Caſſellanæ ſcholæ Conrector, 1579. Valentiæ in Delphinatu Med. D., deinde practicus Gothanus, ibi quoque 1594. in Senatum allectus, & Gymnaſii Ducalis Inſpector conſtitutus, †. 1631. *Franco Eſthius*, Gorcomius. *Georgius Bartiſch*, Königsbruckâ-Misnenſis, Dresdæ-Veteris Chirurgus Publicus & Ocularius, cujus prodiit 1583. Ophthalmodulia, de morbis oculorum præclarum opus, noſtris quoque temporibus celebri Woolhouſio curante in linguam Gallicam translatum.

§. 535. *Thaddæus ab Hayck* ſive *Hagecius*, qui ſcripſit Metopoſcopiam, de Cereviſia, Actionem medicam adverſus *Philippum Fanchelium*, Belgam, medicaſtrum & Pſeudo-Paracelſiſtam; aliaque. *Guilielmus Fabius*, vulgo *Boonaerts*, Hilvari-Becanus, Med. Licentiatus, Rector Scholarum Antverpienſium, hinc Profeſſor Linguæ Græcæ Buslidianus, occiſus a ſtudioſis graſſatoribus 1590. 28. Maji. *Carolus Witteſtein* ſive *a Petra Alba*, qui Placentinus vocatur, deditque veram medicinæ Formam, & disceptationem Philoſophicam de Quinta Chemicorum Eſſentia, cui acceſſit *Alexandri Carerii*, Patavini, quæſtio an Metalla artis beneficio permutari queant? quæ jam 1579. Patavii prodierat. (Fuit hic Carerius vel Carrerius Jureconſultus.) *Johannes Marquardus*, Vindobonenſis, jam ante a. 1590. defunctus, cujus edita ſæpius eſt Practica theorica empirica morborum interiorum, & Apologia pro ejus Therapeutica. *Michael von Glau-*

bitz. *Sebaſtianus Bloſſius*, Ulmanus, vel Munſingenſis, Tubingæ Magiſter 1580. 17. Aug. poſthac Med. D. item Profeſſor Tubingenſis, Rector academiæ circa a. 1608, ubi etiam complura ſcripta academica medicinalis argumenti publicavit. *Albertus Tweſtreng*, Hamburgenſis, Med. D. & practicus in patria, †. 1585. 30. Aug. natus annos 35.

§. 536. *Johannes Montanus*, Striga-Sileſius, Med. D. & in patria practicus, †. 1604. 3. Jun. natus annos 73, inventor Terræ Sigillatæ ejus loci, de qua etiam librum emiſit. *Erhardus Hedenecцius*, Villacenſis, qui Aphoriſmos Hippocratis Tabulis comprehenſos edidit. *Johannes Hartmannus Beyerus*, Bajerus, Mœno-Francofurtenſis, Philoſophiæ Magiſter, & 1588. 18. Decemb. Tubingæ Med. D. ubi jam antea medicas propoſuerat Diſputationes. *Matthæus Grabisgad*, Stutgardienſis, jam 1587. Ducalis medicus, ſed non diu poſt mortuus. *Marcus Wolfhard*, Memmingenſis, Med. D. & practicus Ulmanus. *Johannes Juvenis*, vernaculo ſermone *de Jonghe*, medicus Iprenſis, qui Galenum de Theriaca ad Piſones Latine interpretatus eſt & commentario illuſtravit, aliaque dedit. *Henricus Cogmannus*, Harlemus. *Johannes Mollerus*, Martisburgenſis. *Jeremias Sengius*, Nordlingenſis, natus 1552, 1582. Med. D. Tubingæ, tum Phyſicus Ordinarius Rotenburgi ad Tubarim, †. 1618. 20. Novemb. *Henricus Mirulæus*, Antverpienſis, natus 1551. 5. Id. Septemb. Pharmacopœus Publicus Francothalenſis, Poeticis ſimul compoſitionibus oblectatus, †. 1621, 19. Kal. Septemb. *Petrus Monedulatus*, Laſcovius Hungarus.

§. 537.

§. 537. *Johannes Varismannus*, Dantiſcanus. *Chriſtophorus Rumbaum*, Vratislavienſis. *Guilielmus Romanus.* *Laurentius Scholz* a Roſenau, Vratislavienſis, natus 1552. 20. Septemb. Med. D. in Italia creatus, 1579. in patriam redux, practicusque primo Freiſtadii, deinde Vratislaviæ, †. 1599. 22. April. evulgatis Conſiliis medicorum ſui temporis, Epiſtolarum volumine ſimili, Horto proprio, Aphorismis medicinalibus, Cratonis operibus. *Hieronymus Viſcherus*, Wemdingenſis, natus 1556. 9. Febr. Med. D. Tubingæ 1582. 10. Januar. eodem a. 8. Octob. Norimbergæ inter medicos Ordinarios receptus, †. 1596. 18. Aug. cujus filius cognominis, itidem Med. D. & ibidem 1619. 1. Septemb. in Collegium medicorum cooptatus eſt. *Guilielmus Quackelbeen*, Cortracenſis Flander, Busbequium in Legatione Conſtantinopolitana tanquam medicus comitatus, ibique mortuus. (an idem qui ſupra §. 288. Conturnoſius ? ita videtur.) *Johannes Bourgeſius*, Hoplinienſis, Dominus de la Caſerie, medicus & Mathematicus Iprenſis. *Fridericus Fuchs*, Leonhardi Profeſſoris Tubingenſis filius, Philoſ. & Med. D., reip. Ulmanæ medicus Ordinarius. *Laurentius Waltherus Kuechel*, Ulmanus, ibidem Phyſicus, Med. D. Tubingæ 1572. 17. Decemb. *Philippus Schopf*, Pforzhemius, Tubingæ Magiſter 1565, deinde Med. D. & practicus Durlacenſis. *Johannes Morhard*, Med. D. Halæ Suevorum artem exercens. *Godefridus Vereycken*, natus Antverpiæ 1558. Med. D. Toloſæ factus 1586. Idib. Jun., deinde practicus Antverpiæ, †. Mechliniæ 1633. (al. 1635.) 6. Non. Decemb.

cujus extat liber de cognitione & conſervatione ſui.

§. 538. *Johannes Poſthius*, Germershemius, natus 1537. 15. Octob. 1558. Philoſophiæ Magiſter Heidelbergæ creatus, 1563. medicinæ ſtudia amplexus, 1567. Valentiæ Gallicæ Med. D. una cum *Elia Bottigero*, promotore *Jacobo Fabro*, paulo poſt practicus Antverpiæ, aliquamdiu etiam Caſtrenſis medicus, 1568. Archiater Herbipolenſis per 17. annos, 1585. Archiater Palatinus Johannis Caſimiri Adminiſtratoris & Friderici IV. Electoris per 12. annos, †. 1597. 24. Jun. relictis Obſervationibus anatomicis, Mantiſſa ſimili, verſione Latina Iſaaci Judæi de Diætis, cæt. adhæc pluribus elegantibus Carminibus Latinis, nec non hymnis Germanicis, fuitque ab Imp. Rudolpho II. laureâ poetica condecoratus a. 1577. Ejus filius *Eraſmus*, natus 1582, Med. D. gradum conſecutus, †. Heidelbergæ 1618. *Gerhardus Nennius*, Sledanus. *Ægidius Everhartus*, Antverpienſis, cujus eſt de herba Panacea, quam Tabacum vocant, commentariolus. *Thomas Finchius*, vid. inter Danos. *Johannes Gabelius*, Hamburgenſis, Med. D., 1588. Stendaliæ Poliater unaque Veteris Marchiæ Brandenburgicæ Phyſicus provincialis, †. 1596. 14. Mart.

§. 539. *Johannes Thalius*. Northuſanus, cujus laudanda eſt Silva Hercynia, i. e. catalogus Plantarum ibi naſcentium. *Johannes Oswald. Henricus a Bra*, Doccomenſis Friſius, natus 1555.

20. Septemb. poſt itinera Italica Gallicaque, Baſileæ Med. D. 1580, tum praxin ſecutus Leovardiæ per biennium, Campis per octennium, deinde ſedem in patrio loco figens: ſcripſit de Medicamentis facile Parabilibus adverſus plures morbos ſigillatim, item de novo quodam morbo Friſiorum & Weſtphalorum. *Chriſtophorus Hieblinus. Johannes Philippus Lonerus*, qui ſcripſit de Diarrhœa, Lienteria, & Dyſenteria 1588. ſub finem æſtatis Numburgi a ſe obſervatis: nec non de Apoplexia. *Bartholomæus Hübnerus*, Erfurtenſis, qui ſcripſit de morbis Incurabilibus, & contra Paracelſum ejusque ſectatores. *Caſpar Schwenckfelt*, Greiſenbergà-Sileſius, Phyſicus Görlicenſis, †. 1609. menſe Junio, celebris ob vulgatum Theſaurum Pharmaceuticum, Stirpium & Foſſilium Sileſiæ catalogum, Theriotrophium Sileſiæ, deſcriptionem Thermarum Hirſchbergenſium. *Petrus Uffenbach*, Med. D. Phyſicus ordinarius, & denique Primarius Mœno-Francofurtenſis †. 1635, qui plurimos aliorum utiles libros recudendos curavit, ut Theſaurum Chirurgiæ, Diſpenſatorium Galeno-Chemicum, Bartholom. Montagnanæ & Herc. Saxoniæ opera, cæt. multa quoque vel in Germanicam linguam vel in Latinam converſa, ut Parei Chirurgiam, Caſtoris Durantis Herbarium, Caroli Ruini medicinam Equorum, &c.

§. 540. *Bernhardus Unger*, Med. D. & medicus Rotenburgi ad Nicrum, a. 1590. jam ſenex. *Martinus Weinrichius*, Vratislavienſis, ibid. Profeſſor Phyſices & Eloquentiæ, cæterum Med. D. †. 1609.

1609. 25. Decemb. natus annos 61, qui ſcripta Joh. Bapt. Montani & Joh. Cratonis edidit, ipſe autor commentarium de Monſtris, de ludificatione Dæmonum, aliaque. *Michael Bapſt*, Chirurgicus ſcriptor. *Ludovicus Tramenus ex Perotiis*, Tridentinus, qui ſcripſit de vera atque perfecta Medendi methodo. Auguſtæ Vindelicorum hoc tempore celebres Med. DD. *Marcus Wind*, credo de Füſſen: *Johannes Scheurlinus*, Achillis Gaſſari nepos ex filia: *Caſpar Gutmann*, ille, credo, qui a. 1572. Tubingæ creatus Doctor: *Johannes Georgius Jeniſchius*: *Johannes Georgius Brencker*: *Johannes Jacobus Schüßler*: *Johannes Paulus Zangmeiſter*: *Georgius Laub*: *Wirſungus*: *Kneulinus*: *Lotterus*: *Holzapfel.*

§. 541. Poſt a. 1590. *Andreas Lagner*, Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis ab a. 1591. ad 1600. (ſupra omiſſus.) *Johannes Scerbecius*, Scerbekà-Cimber, Med. D. & poſt reditum ex Oriente ab a. 1591. practicus Lubecenſis, †. 1633. 27. Jun. ætatis anno 80. *Michael Meuerus*, natus Oſterodæ in Boruſſia 1566. 6. Aug. 1589. Med. D. Patavii creatus, †. Oſterodæ 1599. cujus frater *Adamus Meuerus*, Med. D., Eques Auratus, & Archiater Regis Poloniarum fuit. *Thomas Mermann*, natus Coloniæ Ubiorum, Piſis Med. D. creatus, hinc medicus Martini a Schaumburg Epiſcopi Eyſtadiani, tum Monachii Cubicularius medicus Ducum Bavarorum Alberti, deinde ſucceſſoris Wilhelmi, denique hujus filii Maximiliani, Bavariæ Galenus appellatus, †. 1612. 25. Decemb. natus annos 63.

relictis Conſiliis a Franc. Ignatio Thiermairio editis. *Andreas Dörerus*, Hennebergicus, natus 1557. 24. Mart. 1587. Lipſiæ Baccalaureus, 1589. Magiſter, tum peragratâ Germaniâ & Italiâ, Baſileæ Med. D. 1590, hinc Profeſſor Lipſienſis, & 1601. Dresdæ Archiater Chriſtiani II. Electoris Saxonici, †. 1622. 26 April. qui a nullo unquam Theologici ordinis viro ſoſtrum accepit, ſicut ſub initium praxeos ſuæ voverat. *Petrus de Spina II*, natus Aquisgrani 1563. 26. Mart. poſt acta ſtudia in pluribus Germaniæ academiis, Lutetiæ Pariſiorum per 4. annos, (ubi inter alios *Hieronymo Dandino* doctore uſus eſt familiariter,) & Patavii, 1586. Baſileæ Doctoris gradum adeptus, tum Aquisgrani medicus publico ſtipendio conductus, cooptatus in Senatum & in Collegium Seniorum Eccleſiaſticorum, hinc 1599. proſcriptionem Aquisgranenſibus irrogatam fugiens, factus medicus intimus Friderici IV. Electoris Palatini, & ſucceſſorum, 1617. Profeſſor medicinæ primarius Heidelbergæ, †. 1622. 7. Octob.

§. 542. *Adrianus Metius*, Alcmarienſis, Med. D., Profeſſor Med. & Mathematum Franekeranus per 38. annos, †. 1635. 15. Kal. Octob. *Philippus de Ghering*, Trudonopolitanus, Erneſti Archiepiſcopi Colonienſis & Epiſcopi Leodienſis Archiater, †. 1604. 3. Id. Novemb. *Dionyſius Triverius*, Lovanienſis, Hieremiæ filius, medicus Ziriczeenſis. *Thomas Ryetius*, Mechlinienſis. *Henricus Garetius*, Lovanienſis, Electoris Moguntini Conſiliarius Status & Archiater, †. 1602. 5. April. editis clarorum ſuæ ætatis medicorum Conſiliis de Ar-

thritidis præſervatione & curatione. *Julius Holderus. Franciſcus Tidicæus*, Dantiſcanus, Med. D. Baſileæ 1583. 5. Decemb. una cum *Emanuele Didymo* Ulmenſi, poſtea medico Campidonenſi; Tidicæus deinde Thorunii Phyſicus Ordinarius & Profeſſor, †. 1617. 29. Mart. cujus extat in Iatromaſtigas libellus, Microcosmus, h. e. deſcriptio hominis & mundi parallela, & alia. *Tobias Coberus*, Gorlicenſis, †. 1625. amicus Jacobi Böhmii, & Poëta, cæterum Obſervationum Caſtrenſium Auſtriacarum atque Hungaricarum decadibus tribus, & libro de Lacte & Pultibus, quibus infantes paſſim ſuſtentantur, laudem conſecutus.

§. 543. *Hieronymus Beslerus*, Norimbergenſis, natus 1566. 29. Septemb. 1592. 29. Septemb. Baſileæ Med. D., 1593. primus in Collegium medicum Norimbergenſe novum receptus, ſepties ejus Decanus, per 36. annos Viſitator Pharmacopoliorum cum ſalario annuo, †. 1632. 22. Novemb. *Jacobus Haſebardus*, ſenior, Lubecenſis, Med. D. Havniæ artem exercens, & ab a. 1593. Regis Danorum Chriſtiani IV. Archiater, †. 1607. 3. Septemb. natus annos 54. *Nicolaus Agerius*, Itenhemio-Alſatus, natus 1568, Med. D., Profeſſor Phyſices Argentorati & Canonicus Thomanus, †. 1634. 26. Jun. *Johannes Gramannus*, Paracelſiſta, qui ſcripſit de pharmaco Purgante, quod Galeni mancipia, pſeudo-medici ac logiatri ſuis catharticis, quum ſint nullo ſpagirices artificio ſeparata, digeſta atque correcta, plurimum obſint, cæt. *Valens Acidalius*, Wittſtockio-Marchicus, eximius Criticus

ticus & Poeta Latinus, factus quoque Med. D., tandem ad Romano-Catholicos transgreſſus, & conſtitutus Scholæ Rector Noveſii (Neus) 1595; ſed eodem a. 25. Maji †., natus 29. annos. *Chriſtophorus Henricus Ayrerus*, cujus extat informatio medici Praxin aggredientis, & alia. *Jacobus Moccius*, Friburgo-Brisgojus, qui ſcripſit de morbis totius fere corporis humani ex Bolari & Sabuloſa ſubſtantia excitatis, ſive de cauſis concretionis & diſſolutionis rerum quarundam tam extra, quam intra corpus humanum: item disquiſitionem Calidi innati & influentis. *Teucer Annæus Privatus.*

§. 544. *Andreas Libavius*, Halâ-Saxo, Med. D. a. 1588. Jenæ Profeſſor Hiſtoriarum & Poeſeos, 1591. Rotenburgi ad Tubarim Poliater & Gymnaſiarcha; 1605. Coburgi Gymnaſii Caſimiriani primus Director, †. 1616; cujus nomen in ſaniore Chemia celeberrimum eſt, extantque complura volumina, quibus tum veram chemiam aſſeruit expoſuitque & cum antiqua medicina conciliavit, tum Paracelſiſtas & affines refutavit, in quibus prima fortaſſe mentio Transfuſionis ſanguinis occurrit: inſuper edidit librum de Criſibus, contemplationem in hiſtoriam Hexaëmeri Moſaici de univerſitate & originibus rerum, & nonnulla alia aliorum libris inſerta: reliqua ſunt Poetica & Theologica. *Georgius Amwald*, ex panacea Amwaldina notus. *Claudius Ancantherus*, medicus & Hiſtoricus Cæſareus, qui Notas in Pſelli Nomenclatorem Gemmarum publicavit. *Georgius Geigerus*, Ulmanus, Med. D. ibidem praxin agitans. *Petrus Henerus*, Lin-

Lindavienſis, Med. D. Wormatiæ artem factitans, Ge. Hambergeri Profeſſoris Tubingenſis gener. *Lucas Bathodius*, Med. D., Aſtronomiæ peritus. *Theobaldus de Hoghelande*, Middelburgenſis, Med. D. *Nicolaus Kleinfeld*, Gedanenſis, qui Pathologiam edidit, aliaque. *Johannes Francus*, cujus de arte Chemica ejusque cultoribus epiſtolæ 4. prodierunt.

§. 545. *Adamus Zaluzanius a Zaluzaniis*, Bohemus, qui ſcripſit methodum Herbariam, & Animadverſionum in Galenum & Avicennam libros 7. *Cunradus Kunrath*, Lipſienſis, Chemiater, Schlesvigæ circa a. 1594. degens, a. 1607. adhuc in vivis. *Henricus Khunrath*, pariter Lipſienſis, Med. D., 1598. practicus Hamburgi, poſtea vero Dresdæ, †. 1605. 9 Septemb., natus annos 45. celebris ob ſuum Amphitheatrum Sapientiæ æternæ ſolius veræ, Chriſtiano-Cabaliſticum, Divino-Magicum, Phyſico-Chemicum, Tertrinum Catholicum; aliaque ſimilis farinæ ſcripta. *Johannes* quoque *Arndtius*, celeberrimus Theologus, primo medicinam excoluit, & chemiæ abſtruſioris arcana in poſtremis de vero Chriſtianismo libris occulte propoſuiſſe dicitur. *Johannes Guilielmus Velſius*, Leovardienſis medicus & Mathematicus, aliquamdiu quoque Conſul. *Abrahamus Schopfius*, Würtembergenſis, qui de Erroribus medicorum in uſu præſidiorum univerſalium & toxicorum ſcripſit. *Bartholomæus Hierovius. Johannes Wittichius*, Vinarienſis, qui diverſos Italorum medicorum libros, & Conſilia, Obſervationes, atque Epiſtolas Germaniæ

maniæ medicorum edidit. *Godofredus Steeghius*, Amorsfortius, primum Archiater Julii Epiſcopi Herbipolenſis, poſtea Rudolphi II. Imp. dedit deſcriptionem Fontis medicati Kiſſingenſis, Artem medicam methodo diviſiva Galeni, aliaque.

§. 546. *Martinus Rulandus* filius, natus Lauingæ 1569. die Martini, 1587. Med. D. Baſileæ, 1594. Phyſicus Ordinarius Ratisbonenſis, 1607. 16. Mart. medicus Cæſareus Pragæ, †. ibid. 1611. 23. April. qui de lue Ungarica, & hiſtoriam Aurei Dentis pueri Sileſii ſcripſit: habuitque quatuor fratres etiam medicos, *Andream*, Med. D., Phyſicum Ratisbonenſem: *Johannem*, Med. D., Poliatrum Poſonienſem: *Valentinum*, Med. D., Profeſſorem Lauingenſem, patris ſucceſſorem: *Ottonem Henricum*, Med. Candidatum Tubingæ. *Johannes Conradus Rhumelius*, Nordlingenſis, natus 1574. 13. Febr. Philoſ. & Med. D. & Poeta Laureatus, Novofori vel Neagoræ (Neumark) in Palatinatu Superiore degens, ſed inde 1628. ob fidem Romano-Catholicæ Eccleſiæ adverſam exul & Wördam ſuburbium Norimbergenſe digreſſus, ubi †. 1630. 23. Januar. cujus extant Arthritis errans, Hiſtoria morbi epidemii Palatinatus Superioris a. 1621. ſeqq. & Prophylace, una cum Apotrope i. e. centuria Curationum, cæt & carminibus expoſita Theologia Vegetabilis, & Philoſophia Animalis. *Jacobus Lebſelter*. *Bernhardus a Kirchen*. *Johannes Neefe*. *Caſpar Strubius*. *Philippus Stephanus Sprengerus*, Heidelbergenſis, qui dedit catalogum Horti Medici ſuæ civitatis.

§. 547.

§. 547. *Hieronymus Fabricius*, natus Auguſtæ Vindelicorum 1567. 19. Januar. 1549. Patavii Nationis Germanicæ Procurator, poſtea Nationis Toſcanæ Conſiliarius, item Univerſitatis Anatomicus, 1595. Bononiæ Nationis Pannonicæ Conſiliarius, & deſignatus Prior Philoſophorum ac Medicorum, quod poſterius munus, quum mox abiret, *Tobiæ Vindio* demandavit: 1595. 24. Jun. Baſileæ Med. D. 15. Aug. Phyſicus ſeu medicus Ordinarius Winshemii, ſucceſſor *Andreæ Rüsleri*, Halâ-Saxonis, qui ante ſex menſes obierat; idem plurium Comitum medicus Ordinarius: 1612. Neoſtadii ad Ayſſum ſe de conſtitutâ multorum Comitum, Baronum, Nobilium factus medicus, & 1619. 1. Jul. Archiater Chriſtiani Marchionis Brandenburgici; ibidem 1618. Pharmaceuticam officinam, privilegio Principis munitam, ſuo ſumtu condidit: 1631. in bellicis tumultibus Winshemium profugus, ibi †. 1632. 27. Jul. *Tobias Fiſcherus*, de Croſtwitz, natus Schwidnicii Sileſiorum 1569. 13. Sept. Med. D. †. 1616. Hiſtoricis & Poeticis ſcriptis clarus. *Michael Zieglerus*, Grüningenſis, Philoſ. Magiſter Tubingæ 1585. 11. Aug. poſtea Profeſſor Phyſices, item Med. D., circa 1612. academiæ Rector, †. 1615. *Heino Lambachius*, Hamburgenſis, Med. D. a. 1597. creatus. *Henricus a Lindhout*, Bruxellenſis, Med. D. & circa 1597. practicus Hamburgi.

§. 548. *Michael Majerus*, Rendsburgenſis, Philoſ. & Med. D., practicus circa 1597. Roſtochii, deinde medicus Cæſareus Rudolphi II. Imp., poſtea

poſtea Mauritii Landgrafii Haſſiæ Archiater circa 1619, circa 1620. Magdeburgenſis medicus, †. 1622. natus annos 54; idem, prout ſe ipſe ſubſcribere conſueverat, Comes Imperialis Conſiſtorii, Nobilis Exemtus, olim Aulicus Cæſareus; qui plurima ſcripſit, inventu rariora, de rebus Chemicis, Chryſopœia, bona cauſa Fratrum Roſeæ Crucis, item de Volucri Arborea, de Inventis Germaniæ, Civitatem corporis humani a tyrannide Arthritica vindicatam cæt. *Matthias Zeiſius*, Marchicus. *Eraſmus Hedenus. Caſpar Bucha. Johannes Pfannerus*, Viennenſis, cujus ſunt diſſertationes de generali morborum Curatione & Curationibus Inſolitis prodigioſis, ipſaque Armorum inunctione, & alia. *Johannes Steinmetz. Petrus Pion. Simon Bergerus*, Auguſtanus, cujus extat Catalogus nobilium medicamentorum Spagirice præparatorum. *Samuel Sattlerus.*

§. 549. *Juſtus Balbianus*, Aloſtanus, qui novam rationem Praxeos medicæ, & de Lapide Philoſophico tractatus 7. vetuſtiſſimos edidit. *Stephanus a Schoneveld*, Hamburgenſis, Med. D., ab a. 1600. ad 1616. Archiater Johannis Adolphi Ducis Holſato-Gottorpienſis, poſtea medicus Hamburgenſis, cujus prodiit Ichthyologia & nomenclatura animalium marinorum, fluviatilium, lacuſtrium, quæ in Ducatibus Slesvici & Holſatiæ, & in emporio Hamburgo occurrunt triviales. *David Vaſmerus*, Med. D. & primum practicus Lubecenſis, deinde circa 1603. Archiater Ruſſicus Moſcoviæ. *Guilielmus Fabricius, Hildanus* a loco natali prope Coloniam

loniam Ubiorum vocatus, natus 1560. 25. Jun. medicus & Chirurgus Georgii Friderici Marchionis Badenſis, Lauſannæ 1586. 27. Jun. ſedem figens, 1615. Bernæ Poliater conſtitutus, †. 1634. 14. Febr. cujus ſunt præſtantiſſimi libri, Chirurgici præſertim argumenti, nominatim Obſervationum & Curationum Centuriæ 6, de Gangræna & Sphacelo, de Lithotomia veſicæ, de Combuſtionibus, cæt. de Conſervanda Valetudine & de Thermis nonnullis, de Dyſenteria, quæ Latine pariter ac Germanice edita ſunt, quædam in alias quoque linguas translata; liber de præſtantia Anatomicæ non niſi Germanice: idem nonnulla compoſuit Theologica Hymnosque.

§. 550. *Johannes Jeſſenius a Jeſſen*, Nobilis Hungarus, natus 1566, Med. D. & Profeſſor Wittebergenſis, ſimul Ducum Saxoniæ medicus, Rector Univerſitatis 1597, poſtea Pragæ Rector Univerſitatis & Cancellarius, Legationibus Ordinum rebellantium functus, hinc 1621. Julio menſe Pragæ ultimo ſupplicio affectus; qui multa bonæ frugis opera edidit, ut Anatomiæ ab ſe Pragæ 1600. adminiſtratæ hiſtoriam, tractatum de Oſſibus, inſtitutiones Chirurgicas, Semioticen, de Sanguine vena ſecta dimiſſo judicium, relationem de ruſtico Bohemo Cultrivorace, cæt. *Johannes Stockerus*, Ulmanus, cujus prodierunt Empirica ſive medicamenta experientiâ diuturna comprobata, item Praxis aurea, ſæpius typis commiſſa. *Tobias Dorncrellius* ab Eberherz, Iglavia-Moravus, Med. D., practicus Luneburgenſis, †. 1605. 30. Jun. edito

Dis-

Diſpenſatorio, tractatu de Purgatione, cæt. *Johannes Oberndorferus*, qui præter alia edidit Apologiam chemico-medicam adverſus illiberales Mart. Rulandi calumnias. *Michael Poll.*

§. 551. *Andreas Poſthumus* a Grafenberg, cujus prodiere ſeptem ad Sarmatas dialogi de nova Pokutienſi lue, quam Cirrorum morbum vocant. *Henricus Carlerius*, Med. D. apud Atrebates. *Johannes Salanus*, Atrebas. *Nicolaus Godinus*, itidem medicus Atrebas, qui de chirurgia Militari Gallice ſcripſit. *Hermes le Clercq*, Tornacenſis, ſui ſæculi protomedicus, qui ſenex ſe recepit in Domum Carthuſianorum prope Tornacum, ubi †. circa a. 1630. *Tobias Roelſius*, Middelburgenſis, cujus extat ad Car. Cluſium Epiſtola de certis quibusdam Plantis. *David Theodorus Plaſeer*, Ziriczeeus, medicus Antverpienſis.

§. 552. Britanni, (ex ſuperiore periodo reſtantes, *Robertus Huyck*, Med. D. & 1534. Principalis Aulæ Albanæ Oxonienſis: *Philippus Rondell*, Med. Baccalaureus, Principalis Hartenſis Aulæ ibid. 1549.) *Henricus Wyngfield*, qui a. 1551. edidit compendioſam præceptorum tuendæ Valetudinis tractationem, Anglice conſcriptam. A. 1554. claruit *Guilielmus Davidſonus*, Med. D. & Pariſiis Profeſſor Philoſophiæ Regius. A. 1554. 9. Maji Medicinæ Doctores Oxoniæ, *Richardus Maſter*, jam ſupra §. 342. commemoratus: *Richardus Caldwell* aut *Chaldwall*: *Thomas Francis*, antea Artium Magiſter & Theologiæ cultor, 1551. (al. 1554.)

Profeſſor medicinæ Regius, fortaſſe Vicario Joh. Warneri munere; 1553. 9. Mart. Baccalaureus medicinæ, 1561. Præpoſitus Collegii Reginæ, deinde Reginæ Eliſabetæ Phyſicus magnæ exiſtimationis: 14. Jul. *Johannes Symings* vel *Symmings*, poſtea Collegii medicorum Londinenſis membrum, celeberrimusque practicus, †. 1588. 7. Jul. A. 1555. 17. Jun. Baccalaureus med. *Thomas Godwyn*, qui vero poſtea ad Theologiæ ſtudium tranſiit, factusque eſt Epiſcopus Bathonienſis & Wellſenſis. 22. Jul. Med. D. *Johannes Howell.*

§. 553. *Thomas Cooper*, vel *Couper*, Oxonienſis, Magiſter Artium, & 1556. Baccalaureus medicinæ, poſtea quoque, ut videtur, Med. D. & practicus, ſed poſt mortem Reginæ Mariæ ad Theologiam reverſus, factusque ejus Doctor, pluraque ordine munera Sacri ordinis, ipſosque Epiſcopatus nactus, inprimis ſuo Theſauro linguæ Romanæ & Britannicæ gratiam Reginæ Eliſabetæ conſecutus. *Robertus Barons* ſeu *Barnes*, Lector Medicinæ ex fundatione Thomæ Linacri 1558. †. 1604. Med. Baccal. & 1566. 27. Aug. Doctor. *Thomas Phaer*, 1558. 6. Febr. Baccalaureus med. 10. Mart. Doctor, idem qui ſupra §. 344. Phayer. *Walterus Baylie*, ſine dubio idem, qui §. 566. *Baley*. *Thomas Holybuſh*. *Johannes Hall*. *Thomas Gibſon*, feliciſſimus practicus, qui ſcripſit Anglice Herbarium, de curatione communium Morborum, it. contra Chemicos. *Thomas Coveney*, Præſes Collegii Magdalenæi usque ad a. 1561. 25. Septemb. Procurator Univerſitatis 1554, Baccalaureus medicinæ 1555. 28. Maji, Med. D. 1559. 27. Novemb. Præbendarius Sariſberienſis

rienſis 1563. menſe Jul. *Jacobus Good*, Med. D. 1560. 26. Jun. deinde Collegii Med. Londinenſis Socius, ob clandeſtinum literarum commercium cum Maria Scotiæ Regina cuſtodiæ publicæ mandatus 1573. *Simon Ludford*, Baccalaureus medicinæ 1553. Med. D. 1560. 26. Jun. qui jam antea licentiam exercendi artem Londini a Collegio Med. Londinenſi obtinuerat.

§. 554. *Henricus Wotton*, filius Eduardi, 1556. Procurator Univerſitatis Oxon., Lector Græcæ linguæ, Med. Baccal. 1562. Doctor 1567. 12. Jul. celeberrimus inde practicus. *Rogerius Giffórd*, Procurator Univ. Oxon. 1562 & 1563. Baccal. Med. 1563. 23. Jun. Med. D. 1566. 30. Aug. poſthac Præſes Collegii Med. Londinenſis, & Reginæ Eliſabetæ Archiater. *Guilielmus Kinder*, Med. Baccal. 1563. 24. Jun. (Sequente proxime ſæculo vixit in Derbienſi Comitatu *Philippus Kinder*, magna de ſua ſcientia Medicinali & Aſtrologica in libris manu exaratis promittens.) *Jacobus Neyland*, Hibernus, circa hæc tempora clarus eruditione fuit medicus, jam 1548. Magiſter Artium. *Guilielmus Butlerus*, Clarenſis Aulæ Cantabrigienſis quondam Socius, medicorum omnium, ut in ſepulchrali monumento legitur, quos præſens ætas vidit, facile princeps; non tamen Doctoris charactere fuit inſignitus, & opinionibus ſuis phantaſticis nimium indulſiſſe perhibetur, †. 1617. 29. Januar. ætatis a. 83. ſepultus Cantabrigiæ. *Thomas Twyne*, Cantuarienſis, Artium Baccalaureus 1564. 18. April. poſtea inſignis medicus Dorceſtrienſis,

charactere etiam Med. Baccalaureus Oxoniæ 1593. 10. Jul. deinde Med. D. Cantabrigiæ creatus, ſimul celebris Aſtronomus & Calendariographus, ac Poeta, qui linguâ patria ſcripſit, in quam plura quoque ſcripta Theologica convertit, †. 1613. 4. Septemb. natus annos 70.

§. 555. *Ruben Sherewood*, Artium Mag. & Socius Collegii Regis Cantabrigiæ, poſtea ejus Univerſitatis Procurator, Scholæ magiſter Eatoniæ, Med. D. Cantabrigienſis, & celebris practicus Bathonienſis, ubi †. 1598. idem incorporatus Univerſitati Oxonienſi 1566. *Robertus Huick*, Mag. Art. Oxonienſis, & aliquamdiu Socius Collegii Mertonenſis, deinde Med. D. Cantabrigiæ, Socius Collegii Med. Londin., & Reginæ Archiater, incorporatus Oxoniæ tanquam Med. D. 1566. 6. Septemb. *Eduardus Atslow*, Oxoniæ Art. Mag. & Socius Novi Collegii, creatus Med. D. 1566. 27. Aug. poſthac celebris practicus inter Romano-Catholicos, propter epiſtolarum commercium cum Maria Scotiæ Regina per aliquot menſes cuſtodiæ publicæ mancipatus. *Eliſa Bomlie*, Med. D. Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1568. menſe Majo. *Thomas Jeſopp*, Med. D. Oxoniæ 1569. 21. Novemb. †. Gillinghomi in Comitatu Dorſetenſi circa principium anni 1616. Beneficio in Collegio Mertonenſi fundato. *Chriſtophorus Johnſon*, Mag. Art. 1561. 23. Januar. Oxoniæ, jam 1560. Magiſter Ludi literarii Wykehamenſis juxta Wintoniam, (Wincheſter,) 1570. 14. Decemb. Med. Baccal. Oxoniæ, Doctor ibid. 1571. 23. Jun. practicus Wintonienſis, deinde Londinenſis, eximius quoque

que Poeta Latinus, qui Anglice ſcripſit Conſilium adverſus Contagioſos morbos, cum diſcuſſione quæſtionis, utrum præſervationis cauſa catharſin facere liceat in diebus canicularibus? †. 1597. ineunte Julio. *Patrick Dun*, Scotus, Med. D. 1570. ſcriptis innoteſcens.

§. 556. *Thomas Doylie*, ex Comitatu Oxonienſi, candidatus gradus Baccalaurei Med. Oxoniæ 1571, poſtea Med. D. Baſileæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1592. 18. Decemb. qui multas ſymbolas contulit ad Bibliothecam Hiſpanicam a Rich. Percyvall publicatam 1591. 4. †. 1603. ineunte, Londini. *Robertus Bellamie*, Med. D. Oxoniæ 1571. 23. Jun. poſtea Magiſter Hoſpitalis Shireburnenſis juxta Durhamum. *Martinus Colepeper*, *Culpeper*, Med. D. Oxoniæ 1571. 26. Jun. Cuſtos Novi Collegii 1573, Vice-Cancellarius Univerſitatis 1578. 15. Jul. Diaconus Chicheſtrienſis 1577, Archidiaconus Berkſenſis 1588. 16. Jun. *Mardochæus Aldem*, Mag. Art. Oxoniæ 1572. 29. Mart. deinde Medicus pariter ac Theologus, Canonicus Windſorienſis 1607. †. 1615. *Richardus Forſter*, Med. Baccal. Oxoniæ 1573. 10. Jun. Doctor 2. Jul. vir doctiſſimus, nobilis Mathematicus, †. Londini 1616. 27. Mart. *Johannes Baniſter*, ad praxin medicam admiſſus Oxoniæ 1573. menſe Julio, quam deinde Nottinghami feliciſſime exercuit, etiam in Chirurgicis, de qua parte & Anatomica multos edidit libros, linguâ patria ſcriptos. (Alius fuit Chirurgiæ Magiſter & medicinæ practicus, *Richardus Baniſter*, circa 1617.

§. 557. *Oliverius Wythyngton*, Diaconus Battellenſis, Med. D. Oxoniæ 1568. 9. Mart. Vice-Cancellarius ſubſtitutus 1581. †. 1590. *Georgius Bulleyn*, qui de Apoſtematis & Vulneribus dialogi in modum ſcripſit. *Timotheus Bright*, Cantabrigienſis, Med. D., Rector Methleyenſis 1591. menſe Julii, qui Hygienen & Therapeuticam edidit. *Guilielmus Clowes*, Chirurgus Regius, qui primus ex Anglorum gente de morbo Venereo ſcripſiſſe dicitur. *Randall Trevor*, Med. D. Oxoniæ 1573. 2. Jul. *Rogerius Marbeck* aut *Merbeck*, Med. D. ibid. eod. die, primus perpetuus Orator Univerſitatis, Procurator 1561 & 1563, Præpoſitus Collegii Orielenſis, Canonicus Eccleſiæ Chriſti, Archiater primarius Reginæ, †. Londini 1605. menſe Julii. *Thomos Wanton*, Med. D. Oxoniæ 1573. 2. Jul. *Thomas Cogan*, ex Somerſetenſi comitatu, Med. Baccal. Oxoniæ 1574. 31. Mart. deinde Scholæ Mancheſtrienſis Magiſter primus, & Med. practicus, †. 1607. ſepultus 10. Jun. edito Portu ſanitatis Anglice, & diſpoſitionibus ſcholaſticis Epiſtolarum & Orationum aliquot Ciceronis. *Johannes Coldwell*, Med. D. Cantabrigienſis, Diaconus Rocheſtrienſis 1585, Epiſcopus Sarisberienſis 1591.

§. 558. *Thomas Williams*, Med. Baccal. Oxoniæ 1575. Collegii Mertonenſis Socius, †. ibid. 1579, laudatus tanquam doctus & peritus medicus, forte idem qui 1573. 19. Jun. Mag. Artium creatus. Alius *Thomas Williams*, ex Wallia, medicinæ practicus in patria ſine gradu, clarus circa

1600,

1600, qui ſcripſit Dictionarium Latino-Britannicum, poſt obitum ipſius a Joh. Davieſio perfectum editumque 1632. *Johannes Watſon*, Mag. Art. 1542, deinde Sacris Ordinibus initiatus, beneficia quoque in his plura adeptus, medicinæ ſtudiis per 20. annos addictus, Med. D. 1575. menſe Jul. poſthac Wintonienſis Epiſcopus, †. 1583. 23. Januar. natus annos 63. *Henricus Buſt*, Oxoniæ Procurator Univerſitatis 1567. Med. D. 1578. 12. Novemb. Lector Med. Linacrianus Superior 1604. 15. Febr. medicinam magna cum laude Oxoniæ factitans, †. 1616. ſepultus 17. Febr.

§. 559. *Fabianus Niphus*, Italus, Med Baccal. Oxoniæ 1581. 15. Januar. *Johannes Barefoot*, Med. D. Oxoniæ 1581. 11. Jul. *Thomas Hall*, Med. D. ibid. eod. *Wilhelmus Donne*, Mag. Art. & Med. Baccal., Med. D. 1582. 21. Jul. *Antonius Aylworth*, Med. Profeſſor Regius Oxoniæ 1582. Archiater Reginæ Eliſabetæ, Med. D. Oxon. 1582. 5. Jul. †. ibid. 1619. 18. April. *Thomas Mouſetus* aut Muffetus, Londinenſis, in itineribus ſuis per exteras regiones factus Med. D., in Chemicis valde verſatus, Londini magnum collegii medicorum decus, celeberrimusque practicus, verſus finem regni Eliſabetæ defunctus, ſepultus Wiltoniæ; cujus laudanda ſunt, Inſectorum theatrum, Noſomantica Hippocratea, de jure & præſtantia Chemicorum medicamentorum dialogus apologeticus, Epiſtolæ 5. medicinales, Anglice Sanitatis perfectio ſeu regulæ Diæteticæ de alimentis, cæt. Ejus contemporaneus *Johannes Securis*, inſignis medi-

cus Sarumenſis. *Thomas Morgan*, cujus prodiit Anglice Portus ſanitatis. *Walterus Carye*, eàdem lingua de Calculo ſcripſit. *Thomas Leyſon*, natus Neathi in comitatu Glamorgano, Socius Novi Collegii Oxonienſis 1569, Procurator Univerſitatis, Med. Baccal. 1583. 8. Jul. hinc Bathoniæ practicus admodum felix, idem inſignis Poeta Vernaculus.

§. 560. *Chriſtophorus Atkinſon*, Med. D. Oxon. 1585. 8. Jul. *Henricus Atkyns*, medicus Londinenſis, florentiſſimus honeſtatis, doctrinæ & praxeos laudibus, †. 1634. 22. Septemb. *Richardus Radcliff*, Principalis Aulæ Albanæ 1581, Med. D. 1585. 8. Jul. †. 1599. 18. Januar. Oxoniæ. *Philemon Holland*, natus Chelmsfordi in Eſſexia, Mag. Artium Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1585. 11. Jul. poſthac Med. D. & Scholæ Coventrienſis Magiſter per multos annos, pro Tranſlatore generali ſui temporis habitus, †. ibid. 1636. 9. Febr. natus annos 85. *Johannes Nowell*, Med. D. Leidæ creatus. *Johannes Osbourne*, Med. D. Facultatis Leidenſis. *Johannes Caſe*, natus Woodſtocki, Socius Collegii S. Johannis Oxoniæ, Mag. Artium, præſtantiſſimus diſputator & philoſophus ejus Collegii, Med. Baccal. & Doctor 1589. 4. Novemb. completus 1590. 13. Jul. †. 1599. 23. Januar. natus circiter 60. annos, relictis multis ſcriptis Philoſophicis. *Johannes Bentley*, vir doctus, Med. D. 1589. 30. Jun. *Guilielmus Clarkſon*, Med. D. Oxon. 1590. 17. Jun. completus 13. Jul. *Robertus Turner*, Scotus, Med. D. ſcriptis inclareſcens a. 1590.

§. 561.

§. 561. *Guilielmus Paddie*, Med. D. Leidæ creatus, incorporatus Oxoniæ 1591. 22. Octob. poſtea Archiater Regis Jacobi I. & Præſes Collegii Med. Londin. †. 1634. menſe Decemb. ſepultus Oxoniæ. *Thomas Dochyn*, Med. D. Oxoniæ 1592. 17. Aug. Lector medicinæ Linacrianus Superior 1604. 4. Novemb. in locum Roberti Barnes, †. 29. Januar. ſequente. *Matthæus Gwinne*, Mag. Art. Collegii S. Johannis Oxonienſis, deinde poſtquam decem annis medicinæ operam dederat, Med. Baccal. & D. 1593. 17. Jul. hinc medicus in comitatu Legati Anglicani in Gallia, poſt reditum medicus Turris Londinenſis, Profeſſor Med. Collegii Greſhamenſis, & in Collegium Med. Londinenſium cooptatus, †. 1627. menſe Octob. aut ineunte Novemb. Poeſi quoque Latina clarus, qui præterea ſcripſit Aurum non aurum, ſive adverſaria in aſſertorem Chemiæ, ſed veræ medicinæ deſertorem, Franciſcum Antonium, Lond. 1611. 4. Hic *Franc. Antonius*, Londinenſis, natus fuit 1550. 16. April. dixit ſe ipſe Doctorem Medicinæ, & inventorem Auri potabilis: quumque Apologiam vernacula lingua edidiſſet a. 1616, reſpondit ipſi eâdem linguâ eodemque anno (licet editio demum a. 1623 facta ſit,) *Johannes Cotta*, Med. D. Cantabrigienſis: mortuus autem eſt Antonius Londini 1623. 26. Maji, relicto filio *Johanne Antonio*, Med. D. qui patri ſucceſſit in praxi Londinenſi: & *Carolo*, Medico Bedfordienſi, circa 1634.

§. 562. *Bartholomæus Warner*, Oxoniæ Med. D. 1593. 1. Jul. Regius Profeſſor med. 1597, Le-

ctor med. Superior Linacrianus 1617. 12. April. †. 1618. ſepultus 26. Januar. *Scipio Balſam*, Mediolanenſis, admiſſus ad praxin med. Oxoniæ 1596. 17. Decemb. *Johannes More*, eodem a. ad praxin admiſſus ibid. *Johannes Sherwood*, Med. D. Rhemis creatus, incorporatus Oxoniæ 1596. 9. Jul., celeberrimus practicus Bathoniæ, maxime inter Romano-Catholicos, ipſe ejus formulæ fidei, †. 1620. *Johannes Gifford*, Med. D. Oxoniæ 1598. 7. Decemb. poſthac Londini practicus & Collegii med. membrum, virtutis & eruditionis laude florentiſſimus, †. 1647. admodum ſenex. *Petrus Turner*, Med. D. Heidelbergæ creatus 1571, deinde incorporatus Cantabrigiæ, & 1599. 1. Jul. Oxoniæ, †. 1614. 27. Maji Londini, natus annos 72. *Eduardus Ratcliff*, Med. D. Cantabrigienſis Facultatis, incorporatus Oxoniæ 1600. 11. Jul.

§. 563. *Edmundus Holling*, ex Eboracenſi comitatu, Ingolſtadii Med. D. creatus, ut videtur, & artem profeſſus; ibi enim plura ſcripta ab a. 1592. usque ad a. 1615. edidit, ut de Chyloſi, de Studioſorum ſalubri victu, Medicamentorum œconomia nova, ad Epiſtolam Mart. Rulandi de lapide Bezoar & fomite luis Ungaricæ reſponſio. *Nicolaus Gyer*. *Simon Kelling*. *Thomas Moreſinus*, Aberdonio-Scotus, cujus prodiit de Metallorum cauſis & transmutatione, contra Chemicos noſtri temporis liber. *Leonhardus Marshall*. *Petrus Lowe*, Glascuenſis, Doctor Chirurgiæ Pariſinus, & per ſex annos primarius Chirurgus Caſtrenſis, apud Gallos, qui de univerſa arte Chirurgica Anglice ſcripſit.

David

David Kynaloch, vel *Kinloch*, Scotus, qui verſibus Latinis de rebus medicis ſcripſit. *Johannes Gerard*, edito Herbario Anglicanâ linguâ clarus.

§. 564. Omiſſi: *Johannes Clemens*, circa 1519. Oxoniæ Profeſſor Rhetoricæ Wolſeyanus, & poſtea Græcæ Linguæ, deinde membrum Collegii Medicorum Londinenſis, & unus illorum, qui ad Cardinalem Wolſeyum curandum 1529. a Rege miſſi ſunt: porro fidei cauſa extorris, peregre Doctoris gradum accepiſſe videtur, hinc ſub Maria Regina reverſus, in Eſſexia felix practicus fuit, ſed ſub Eliſabeta iterum extorris, †. Mechliniæ 1572. 1. Jul. *Humphredus Lhuyd*, natus Denbighi, Baccal. Artium 1547, poſtea ad medicam diſciplinam transgreſſus, quam artem deinde in patrio loco exercuit, ſcripſit Anglice Calendarium cum prognoſticis, Judicium Urinarum ex Latino converſum, Pet. Hiſpani Theſaurum Pauperum pariter ex Latino translatum, additis cauſis & ſignis cujusque morbi, & Aphorismis Hippocratis; †. 1570. circiter, cæterum magnam eloquentiæ, philoſophiæ ſanæ, antiquitatisque, præſertim Britannicæ, notitiæ laudem adeptus. *Johannes Jones*, ex Wallia, Cantabrigiæ gradum aliquem in medicina nactus, quam deinde exercuit cum celebritate, ſcripſitque Anglice de Balneis Bathonienſibus, de Balneis Buckſtonienſibus, discurſum de Naturali ortu omnium rerum creſcentium ac viventium cæt. verſionem Galeni de Elementis. *Petrus Morwyn* aut *Morwyng*, celebris Reformator, Mag. Art. Anglice transtulit Theſaurum Euonymi de ſecretis remediis

diis cæt. 1565. *Johannes Securis*, ex comitatu Wiltoniæ, qui Pariſiis medicinam & Aſtronomiam addidicit, ſeque ſcripſit Magiſtrum Artium & Medicinæ, & publicavit Anglice Prognoſtica aſtrologica, & compendium Diæteticum.

§. 565. *Thomas Heth* vel *Heath*, Mag. Art., Aſtrologicâ Medicâque ſcientia magnam famam conſecutus, editis Prognoſticis aſtronomicis, Hermetis Iatromathematicis Anglice converſis, aliisque. *Edmundus Plowden*, natus Plowdeni, admiſſus ad exercendam Chirurgiam & Medicinam Oxoniæ 1552. menſe Novemb., ſed deinde ad Jurisprudentiam transgreſſus. *Richardus Caldwall* aut *Chaldwell*, ex Comitatu Stafferdienſi, Mag. Art. & Med. D, in Collegium Med. Londinenſe cooptatus, & 1570. ejus Præſes, †. 1585. natus circiter annos 68. qui lectionem Chirurgicam in Collegio dicto fundavit, Angliceque vertit ex Italico *Horatii Mori*, medici Florentini, Tabulas Chirurgicas. *Thomas Brasbridge*, ex comitatu Northamptonienſi, medicinæ pariter ac Theologiæ peritus, edidit Anglice tractatum de Peſtilentia cum expoſitione virtutum Cardui Benedicti. *Guilielmus Bulleyn*, Med. D. & in Collegium Med. Londin. receptus, plurium librorum Anglicanorum, diætetici & practici argumenti, autor. *Georgius Ethryg*, aut *Etheridge*, vel Latine, ut ſe ipſe ſcribit, *Edrycus*, pro peritiſſimo Græcæ linguæ ſuis temporibus habitus, factusque ejus Profeſſor Oxoniæ Regius 1553, poſtea praxin medicam ſumma cum gloria ſecutus, idem inſignis Mathematicus, Muſicus, & Poeta; edidit, præter alia,

alia, hypomnemata quædam in aliquot libros Pauli Æginetæ, ſeu obſervationes medicamentorum, quæ hac ætate in uſu ſunt, 1588. conf. ſupra §. 342.

§. 566. *Petrus Levens* aut *Levins*, ex Eboracenſi ducatu, jam 1557. Baccal. Artium, 1559. 19. Januar. perpetuus Socius Collegii Magdalenæi Oxonienſis, quem tamen locum a. 1560. deſeruit, medicam Praxin ſecutus, ſimul Scholæ Grammaticæ magiſter, cujus prodiit 1587. liber Anglicus de remediis omnium morborum, inſcriptus ſemita ſanitatis, in cujus frontiſpicio appellatur Magiſter Artium Oxonienſis & Studioſus in Medicina & Chirurgia. *Walterus Baley* aut *Bailey*, natus Portshami in comitatu Dorſetenſi, 1550. perpetuus Socius Novi Collegii Oxonienſis, deinde Mag. Art., Procurator Univerſitatis a. 1558, eodem admiſſus ad Praxin med. circa idem tempus Præbendarius Dultingcotenſis in Eccleſia Wellſenſi, quod beneficium reſignavit 1579, 1561. Profeſſor med. Regius Oxoniæ, 1563. Med. D., poſtea Reginæ Eliſabetæ Archiater, †. 1592. 3. Mart. natus annos 63. qui Anglice edidit diſſertationem de tribus generibus Piperis, librum de conſervatione Viſus, directiones ſanitatis, Latine vero manu exaratam reliquit explicationem Galeni de Potu convaleſcentium & ſenum, & præcipue de Anglicanæ Alæ & Biriæ paratione. *Henricus Saliſbury*, membrum Collegii Aulæ S. Albani Oxonienſis 1581. natus tunc 20. annos, poſtea promotus in Artibus, hinc medicinæ cultor, & in patrio comitatu Denbighenſi Practicus inſignis, qui idem de lingua Cambro-Britan-

tannica explicanda præclare meritus eſt. *Johannes Thorius*, Med. D., Balliolenus Flander: (niſi corrigendum eſt, Franciſcus Thorius.)

§. 567. *Eduardus Cradock*, ex Staffordienſi comitatu, natus 1536, Mag. Art. 1559. 10. Febr. deinde Sacris Ordinibus initiatus, Profeſſor Theologiæ Margaretanus 1565. 24. Octob. (al. 1567.) mox eodem a. Theol. Baccal. & D. qui tamen officium illud academicum a. 1594. abdicavit, cæterum Roſæcrucianus habitus, & Chryſopoeiæ ſtudioſus, de quo argumento plura quoque manu ſcripta reliquit. *Eduardus Kelley*, Kellæus, alias quoque *Talbot* dictus, natus 1555. 1. Aug. Worceſtriæ, longe famoſiſſimus ſuorum temporum Chryſopoeiæ cultor, cujus ſcriptorum hujus generis etiam nonnulla publicam lucem adſpexerunt, †. 1595. menſe Octob. quum Pragæ ex carcere, cui mancipatus erat, fugâ tentatâ, cecidiſſet ab alto. *Richardus Haydock*, natus Grewelæ in comitatu Hamptonienſi, in Artibus & Medicina promotus Oxoniæ, & ab a. 1605. practicus Salesburienſis, †. Londini paulo ante exortam magnam Rebellionem. *Guilielmus Gilbertus*, apud exteros creatus Med. D., hinc in Collegium Med. Londinenſe cooptatus, Medicusque Ordinarius Eliſabetæ Reginæ, magnâ apud hanc gratiâ florens, in Coſmographicis Chemicisque valde verſatus, †. 1603. in æſtate; edito opere de Magnete magneticisque corporibus & de magno magnete tellure, relicto manuſcripto codice de mundo noſtro ſublunari, qui poſtea quoque lucem adſpexit. *Eduardus Dyer* etiam Chemicis

micis laboribus addictus fuit, & pro Roſæcruciano habitus, †. paucis annis poſtquam Jacobus I. in Regnum Angliæ ſucceſſerat. *Johannes Chamber*, ex Eboracenſi ducatu, Mag. Art. Oxoniæ 1573, tum ſtudioſus Medicinæ & Aſtronomiæ, etiam Sacrorum Ordinum particeps, Canonicus Windſorienſis cæt. †. 1604. 1. Aug. qui contra Aſtrologiam Judiciariam, & Dæmoniacam ſcripſit linguâ vernacula.

§. 568. *Walter Lacy*, Art. Mag., Med. D., Socius Domus Petrinæ Cantabrigienſis, ejusque benefactor, clarus circa a. 1522. *Guilielmus Butcher*, *Bocher*, de Ipswich, Æſculapius Anglicus dictus, primarius Archiater Regius, Præſes honorarius Aulæ Clarenſis Cantabrigiæ, hujusque benefactor ſummus, †. 1585. ſepultus 1. Novemb. *Thomas Wendy*, Suffolcienſis, Med. D., Præſes Collegii Gonevilliani vel Caji Cantabrigienſis, ejusdemque benefactor, Archiater Regum Henrici VIII, Eduardi VI, Mariæ, & Eliſabetæ. *Stephanus Perſe*, Norfolcienſis, ejusdem Collegii Socius ultra 40. annos, & benefactor, Med. D., †. 1615.

§. 569. Dani: *Johannes Monaſterienſis*, Artium Magiſter Hafniæ 1545, eodem anno Profeſſor (ſcil. Philoſophici Ordinis,) ſed a. 1549, ob contractum matrimonium indignum, excluſus, tamen iterum 1554. ad mandatum Regium, in Profeſſionem Græcæ Linguæ receptus, 1557. Profeſſor Phyſicæ, 1556. Decanus ſui Ordinis, deinde Med. D. & deſignatus Profeſſor, ſed †. 1564. *Hilarius Johannis*, Malmogienſis, Medicinæ ſtudiis ex conſilio

ſilio Profeſſorum a. 1544. addictus, 1545. Art. Mag., tum primo Pædagogicus, poſtea Mathematum Profeſſor, ſed †. phreniticus 1567. 28. Octob. *Janus Skelderupius*, 1544. Baccal. Philoſophiæ, deinde Mag. Art., & 1551. Profeſſor Phyſicæ, Med. Baccal. 1553. 9. Mart., poſthac Med. D. & 1557. Epiſcopus Bergenſis, †. 1582. *Jacobus Haſebardus*, Lubecenſis, Chirurgus Regius Chriſtiani III, jam ante 1578. defunctus. *Jacobus Bordingus*, vid. inter Roſtochienſes.

§. 570. *Johannes Franciſci*, Ripenſis, natus 1532, in Germania Galliaque ſtudiis operatus, hinc Med. D. & 1561. Profeſſor ejus Facultatis Hafniæ conſtitutus, 1562. Inſpector Scholæ Trivialis, Rector Univerſitatis 1565, 1573, 1574, †. 1584. 4. Jul. poſtquam ab ipſo edita erant, præter diſputationes, Galeni liber de Oſſibus Latine verſus, ejusdem de Conſtitutione artis medicæ, ejusdem liber primus de ratione medendi ad Glauconem, Hippocrates de natura humana, item Carmen de Oculorum fabrica, aliusque liber Carminum ad Regem Fridericum II. cæt. vir non tantum perdoctus, ſed pariter prudens, candidus, facilis: *Elias Reimpoldus*, Swollenſis, Med. D., Lector Medicinæ Hafniæ 1561, †. 1563. *Nicolaus Hammerus*, Coronenſis, Mag. Art. Profeſſor Pædagogicus 1562, Græcæ Linguæ 1567, Dialecticæ 1573, tum in Germaniam profectus, Med. D. Marpurgi creatus, redux iterum Profeſſor Græcæ Linguæ, Decanus Philoſophicæ Facultatis 1577, Rector Academiæ 1580, poſtquam a. 1570. id muneris recuſaverat, ætatis excu-

excuſatione uſus; natus nimirum non niſi 28. annos, †. 1585. 16. Maji prolapſus in puteum. *Petrus Severini*, vel Severinus, Ripenſis, natus 1540, ante annum ætatis 20. Hafniæ Profeſſor Poetices, 1563. Mag. Artium, eodem a. in Galliam profectus, 1565. redux doctrinam de Meteoris publice magna cum laude docuit, poſthac Phyſices & Medicinæ ſtudia in Italia agitavit, indeque reverſus, denuo illam repetiit praxeos potiſſimum exercendæ gratia, quod & inprimis Venetiis & in celeberrimis Germaniæ urbibus fecit, revocatus autem a. 1570. in patriam, in itinere per Galliam Med. D. a. 1571. creatus, eod. a. Archiater Regis Friderici II. ejusque poſtea ſucceſſoris Chriſtiani IV, idem Canonicus Roëskildenſis, & in ſenectute deſtinatus Profeſſor, vir a virtnte quoque & probitate laudatiſſimus, †. 1602. 29. Jul. natus annos 62. editâ Idea medicinæ philoſophicæ, fundamenta continente totius doctrinæ Paracelſicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ: & Epiſtolâ pro Theophraſto Paracelſo, in qua ratio ordinis & nominum, adeoque totius Philoſophiæ Adeptæ methodus oſtenditur. Ejus filia una nupta fuit *Jonæ Chariſio*, Medicinæ Doctori & 1603. 30. Jun. etiam Juris Utriusque, Regi Chriſtiano IV. a Conſiliis, & Canonico Roeskildenſi: filius *Fridericus* fuit Med. D. & practicus Hafnienſis.

§. 561. *Hadrianus Junius*, inter Leidenſes commemoratus, etiam Regius in Dania medicus fuit, & a. 1564. Hafniæ ad annum unum Profeſſor medicinæ conſtitutus. *Johannes Philippus Pratenſis*,

Arhuſiâ Cimber, natus 1543, Philoſophiæ Baccal. & Mag. 1563, deinde apud exteros Med. D., ejus artis Profeſſor Hafniæ 1571, †. repentina hæmoptyſi inter docendum 1576. 1. Jul. natus annos 32. menſes 6. dies 3, quum evulgaſſet diverſa Poemata, prognoſticon Aſtrologicum a. 1566, & diſſertationem de ortu, progreſſu, ſubjectis & partibus artis medicæ. *Andreas Lymvicus*, Jani Andreæ filius, natus Lymvici Cimbrorum a. 1538. 18. Octob., 1563. Philoſophiæ Baccal. Hafniæ, 1575. Regio ſtipendio miſſus ad exteros, 1568. Vittebergæ Magiſter, tum ſtudio medico addictus, 1576. redux Hafniæ Profeſſionem med. adiit die 6. Maji, Rector academiæ 1578, 1579, 1586, 1587, & 1597; aliis quoque officiis academicis functus, †. 1603. 3. Maji; edito tantum Poetico ſcripto. *Andreas Chriſtiani*, Ripenſis, per decennium apud exteros, potiſſimum in Germania, ſtipendio Regio verſatus, Vittebergæ Magiſter, Baſileæ Med. D., Profeſſor med. Hafniæ ab a. 1584. per 17. annos, Rector academiæ 1590 & 1591. per biennium, iterumque 1600, Præfectus Cœnobii ac Scholæ Sorenſis 1692. 1. Maji, †. 1606. 27. Novemb. vir etiam in Anatomicis exercitiis verſatiſſimus, quas tamen intermittere neceſſum habuit, ne in praxi a conviviis honeſtiorum excluderetur: extat ejus, præter disputationes, Enchiridion medicum de cognoſcendis curandisque tam externis quam internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavelli prælectionibus concinnatum.

§. 562.

§. 562. *Andreas Kragius*, Ripenſis, natus 1558, Vitebergæ Magiſter creatus, poſtea ſumtibus Regiis ſtudia philoſophica medicaque apud exteros proſecutus, & Monspelii Philoſophiæ & Med. D. a. 1585. 1. Aug. renunciatus, a. 1587. Hafniæ Profeſſor Pædagogicus, 1589. Mathematum, 1590. Phyſicæ, Decanus ordinis Philoſophorum 1592 & 1598, Rector Univerſitatis 1595, cæt. Chemicis quoque medicamentis elaborandis occupatus, †. 1600. 8. Jun. *Thomas Finckius*, Finchius, Flensburgenſis, natus 1561. 6. Januar. in academiis Germaniæ, deinde etiam Italiæ, ſtudiis imbutus, Patavii Nationis Germanicæ Procurator & Conſiliarius, Henrico Ranzovio jam ob inſignem Mathematicarum rerum ſcientiam valde charus, Baſileæ 1587. die Bartholomæi Med. D. creatus, 1589. Philippi Ducis Holſato-Gottorpienſis Archiater, 1590. Hafniæ Profeſſor Matheſeos, (quod munus 1591. menſe Jul. adiit,) 1602. Eloquentiæ, 1603. Medicinæ primarius, Decanus Philoſophorum 1593 & 1599, Rector Univerſitatis 1598, 1606, 1615, 1624, 1633, Canonicus Roeskildenſis, Regiæ Communitatis ab a. 1602. Præfectus, a Rege Chriſtiano IV. Regiaque Domo ſæpius ad medendum adhibitus, †. 1656. 24. April. magnâ pecuniæ ſummâ pro Med. & Philoſ. ſtudioſis, proque pauperibus legatâ, editisque pluribus libris Mathematicis, disputationibusque medicis. *Gellius Sascerides*, Hafnienſis, natus 1562. 3. Mart. Mathematicis primum artibus excultus, deinde diſciplina medicinali, Regio ſtipendio adjutus, in Germania potiſſimum & Italia, Baſileæ 1593. Med. D., 1598. Canonicus in

Scania Lundenſis & medicus ejus provinciæ ordinarius, 1603. Hafniæ Profeſſor med. 1609. Rector Univerſitatis, †. 1612. 9. Novemb. editis pluribus diſſertationibus academicis.

§. 563. *Johannes Laurentius*, ſenior, Ripenſis, Med. D., in patria urbe practicus atque Canonicus. *Petrus Olai*, Aarhuſienſis, cujus de febribus Peſtilentibus Oratio prodiit Herbornæ 1594. *Johannes Chriſtierni*, Ripenſis, Chirurgus celebris circa 1596. *Matthias Jacobi*, v. §. 364. Matthiæ Velleji filius, Med. D. Chriſtiani IV. Regis Archiater, & Prælatus Aarhuſienſis: cujus frater *Olaus*, pariter Med. D. *Æſchylus Chriſtiani*, Med. D. practicus Fyonienſis, & Vicarius Roeskildenſis.

§. 564. Poloni & finitimi: *Nicolaus Buccella*, jam inter Italos commemoratus. *Sebaſtianus Petricius*, Pilsnenſis, Cracoviæ a *Martino Pilsnenſi*, celebri medico & Philoſopho eruditus, Baccalaureus ibid. 1574, Magiſter 1583, deinde in Belgio & Italia ſtudia perſecutus, Patavii Med. D. creatus, hinc Archiater Cardinalis Maciejovii, & poſtea Demetrii Principis Moscoviæ, adhæc Profeſſor Cracovienſis, qui quædam medica ſcripſit, Ariſtotelis Politicam & Oeconomicam Horatiumque in Polonicam traduxit linguam, nec non Pſalterium, compoſuit Epigrammata & Hiſtoriam ſui temporis. Ejus filius *Johannes Innocentius* itidem medicus fuit, & Cracovienſis univerſitatis Hiſtoriographus. *Johannes Chrosczieyoiosky*, qui edidit Hieron. Mercurialis libros 3. de morbis puerorum. *Johannes Urſinus*, Leopolienſis, Cracoviæ Philo-

ſophiæ

ſophiæ Baccal. & Mag., tum Rector Gymnaſii Leopolienſis, deinde Patavii per quinquennium medicinæ ſtudiis excultus, ibidemque creatus Doctor, hinc in Univerſitate Zamoſciana Med. Profeſſor, Græcæ idem linguæ & Aſtronomiæ peritiſſimus; tandem Sacris Ordinibus initiatus & Canonicus, †. 1613. quinquagenario major, relictis de Oſſibus humani corporis tractatibus tribus, præter Grammatica Dialecticaque. *Georgius Blandrata*, Salutienſis Italus, ex Romano-Catholico Reformatus Genevæ factus, ſed opinione divinam Chriſti ſervatoris naturam oppugnantium infectus, quibus deinde in Polonia ſe aſſociavit, factusque eſt Archiater Principis Transſilvanorum, tandem a fratris filio per ſomnum ſuffocatus.

§. 565. Judæi, præter ſuperius dictos: *Abraham de Balmis*, Leccâ-Neapolitanus, qui Venetiis & Patavii medicinam docuit. *Vitalis Alatinus*, circa 1550. *David de Pomis*, qui ſcripſit de Senum affectibus præcavendis atque curandis, & Apologiam pro medicis Hebræis; †. 1578. natus annos 62: *Abraham Nehemia*, Luſitanus, exeunte ſæculo clarus. Arabs vel Mahometanus affertur *Abuil Miamen Moſthafa*, †. 1606.

Sæculum XVII. poſt Chriſtum Natum, ante medium.

§. 566. Univerſitates vel Academiæ conditæ, vel reformatæ, aut renovatæ: Anno 1603. *Aquis Sextiis* renovata. 1604. *Salmurii.* 1607. *Gieſſæ*, 1608. *Pampelonæ.* 1614. *Groningæ.* 1616. *Pa-*

 der-

derbornæ. 1617. *Salisburgi.* 1618. *Molshemii* in Alſatia. 1621. *Rintelii* : *Limæ* in America : renovata *Argentinæ.* 1623. *Soræ* in Selandia Daniæ. 1624. *Upſaliæ* renovata. 1627. *Altdorſii* perfecta. 1630. *Osnabrugæ.* 1632. *Dorpati* in Livonia. 1635. *Tyrnaviæ* in Hungaria. 1636. *Trajecti ad Rhenum*, Ultrajecti. 1640. *Aboæ* in Finlandia. 1648. *Harderovici* in Geldria. 1650. *Gieſſæ*, & *Marpurgi*, renovata.

§. 567. Itali, primoque Summorum Pontificum Archiatri : LEONIS XI. *Innocentius Balduccius*, jam in Innocentio IX. PP. dictus. PAULI V. *Cinthius Clemens*, Corinaltenſis, Canonicus quoque Lateranenſis baſilicæ. *Pompejus Caimus*, Nobilis Utinenſis, natus 1568, Philoſ. & Med. D. Patavinæ Facultatis, tum in patria medicus ſtipendio conductus, hinc Romæ Profeſſor Philoſophiæ primus, a Paulo V. tantum expetitus Archiater, ſed a Gregorio XV. demum acceptus, ab Urbano VIII. creatus Comes Palatinus & Eques Auratus, 1624. pridie Non. Jun. Patavii Profeſſor med. Theoricæ Ordinariæ primus, 1625. poſtridie Non. Decemb. etiam Anatomes Profeſſor, 1638. ob peſtilentiam Patavii graſſantem digreſſus in patriam, ſed eo ipſo anno †. 30. Novemb. editis, præter Philoſophica, partim vernaculo ſermone conſcripta, de Calido innato libris tribus, de febrium Putridarum indicationibus juxta Galeni methodum colligendis & adimplendis libris duobus. *Victorius Merolli*, etiam Protonotarius Apoſtolicus. GREGORII XV. *Pompejus Caimus* modo dictus. *Bernardinus*

nardinus Caſtellanus ex Carcariis, Romana quoque civitate donatus: cujus frater major, *Laurentius*, inſignis Romæ fuit Anatomicus & Chirurgus. *Vincentius Alſarius a Cruce*, ſeu *Crucius*, Genuenſis, natus circiter a. 1576. medicus primum Bononiæ, tum Ravennæ primarius, deinde circa 1612. Profeſſor Romæ, in hujus quoque Civium numerum relatus, etiam Urbani VIII. PP. Cubicularius, adhuc a. 1633. ſuperſtes; multum laudatus ob beneficentiam erga pauperes; qui multa ſcripſit inde ab a. 1595. potiſſimum practici argumenti, in quibus ſunt de morbis Capitis frequentioribus libri 7, de Epilepſia lectionum Bononienſium libri 3, de Verme admirando per nares egreſſo commentariolum ad *Fulvium Angelinum*, Cæſenatenſem, cum hujus de eodem brevi discurſu, de Quæſitis per Epiſtolam in arte medica centuriæ 4, Ephemeridum, i. e. diuturnarum Obſervationum libri 2. priores & poſteriores, cæt. Urbani VIII. *Johannes Jacobus Baldinus*, Apirenſis ex Piceno, etiam Innocentii X. & Alexandri VII. archiater, †. 1656. natus annos 72. *Julius Mancinus*, Senenſis, primum medicus Noſocomii S. Spiritus in Saxia, idem Canonicus Vaticanus, in Prognoſi excellens, qui magnam vim auri ſtudioſis Senenſibus pro ſtipendio legavit. *Silveſter Collicola*, ex oppido Montis Sancti Spoletanæ ditionis, aliquando etiam Profeſſor in Romano Sapientiæ Archigymnaſio. *Thaddæus Collicola*, Silveſtri patruus, ex Jureconſulto medicus, idemque Canonicus Vaticanus, & Profeſſor in Archigymnaſio. Innocentii X. *Baldus Baldius*, Florentinus, Profeſſor in Romano Archigymnaſio, Canonicus

Liberianæ Baſilicæ, Civitate Romana donatus, cujus prodierunt prælectio de Contagione peſtifera, disquiſitio iatrophyſica ad textum 23. libri Hippocratis de Aëre, aquis & locis, num in eo legi debeat χολωδέςαʅον an θολωδέςαʅον, in qua de Calculorum cauſis ac de aquæ Tiberis bonitate diſſeritur: de loco affecto in Pleuritide disceptationes. *Gabriel de Fonſeca*, Luſitanus Lameceníis, Roderici patruelis, primo Piſis Profeſſor Philoſophiæ, deinde Romæ Profeſſor Med., qui evulgavit Oeconomiam medici, Conſultationes, Convivia medicinalia, †. 1668. *Johannes Tiracorda*, Firmanus. *Julius Cæſar Marſella*, Iſolâ-Neapolitanus, *Pancratii Marſellæ*, Phyſici ſeu medici clariſſimi filius, Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe Canonicus. *Paulus Zacchias*, Romanus, totius Status Eccleſiaſtici Protomedicus Generalis, idem ſimul in Philoſophia, Jurisprudentia, Theologia, Muſica, Pictura, Poeſi multum verſatus, †. 1659. natus annos 75, clarus libris de Quiete ſervanda in curandis morbis, de ſubitis & inſperatis Mortis eventibus, de affectionibus Hypochondriacis, quod quidem opus Italico idiomate ab autore conſcriptum & ab *Alphonſo Khonn* Latine translatum eſt 1671, præcipueque Quæſtionibus medico-legalibus.

§ 568. Patavii Profeſſores: A. 1601. Horatio Augenio auctore, inſtituta eſt Schola ad ſecundam Fen primi Canonis Avicennæ, de morbis, de morborum cauſis & ſymptomatibus, de pulſibus & urinis, ejusque Profeſſor conſtitutus *Antonius Niger*, 13. Kal. Novemb., ſed a. 1629. mortuo Nigro iterum

iteruiu abolita, ſervata duntaxat Pulſuum & Urinarum expoſitione in Noſocomio, quæ 1619. Nigri officio addita fuerat. A. 1602. 3. Non. Decemb., cœpit Schola Theoricæ medicinæ Extraordinaria dierum vacantium, ad exercendos docendi ſtudioſos & majoribus exedris præparandos, primusque Profeſſor *Benedictus Silvaticus*, Patavinus, 1607. 3. Kal. Novemb. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, 1612. 7. Id. Decemb. Primus, 1620. medicinæ Practicæ Ordinariæ Profeſſor Secundus, 1632. Primus, lege ſolutus, qua Patavini locis primis excluſi erant; idem Eques, Comes Palatinus, & Poloniæ Regis Archiatrus honorarius, quumque Germanorum eſſet Protector, tota petente natione immunitates omnes ad domeſticum uſum obtinuit, quæ exteris Profeſſoribus conceduntur. 1650. Supraordinarii jura titulumque conſecutus, ut ſuo ipſe arbitrio legeret, toto ſtipendio ſalvo: †. 1658; cnjus laudanda, de Lithotomia conſultatio, methodus Conſultandi, Conſiliorum & Reſponſionum centuriæ 4.

§. 569. A. 1607. 3. Kal. Novemb. medicinæ Theoricæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, *Johannes Dominicus Sala*, Patavinus, 1613. 4. Kal. April. Primus; 1633. 4. Id. Jul. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Secundus, †. 1644. Kal. Mart. natus annos 65, cujus ſunt de Natura medicinæ libellus, Ars medica, de Alimentis & eorum recta adminiſtratione liber, cæt. 7. Kal. Decemb. Profeſſor Theoricæ medicinæ Extraordinariæ tertius, *Aloyſius Strà*, Patavinus. 1608. 6. Id. Febr. Profeſſor

Theoricæ medicinæ Ordinarius primus conductus *Bernardinus Gajus*, de quo tamen non conſtat, utrum profeſſionem adierit, neque cujas fuerit. 1609. 8. Kal. Septemb. Profeſſor Chirurgiæ, primus ab anatomico munere liber, *Julius Caſſerius*, Placentinus, Med. & Chirurgiæ Doctor, antehac ſervus & alumnus Hieron. Fabricii ab Aquapendente, †. 1616. natus annos 60, cujus egregii ſunt libri, de Vocis Auditusque organis hiſtoria anatomica, Pentæſtheſeion, & Tabulæ ſive Icones anatomicæ 78. poſt mortem autoris a Daniele Bucretio vulgatæ.

§. 570. A. 1611. prid. Non. Octob. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Profeſſor primarius conſtitutus *Sanctorius Sanctorii*, vel *de Sanctoriis*, Juſtinopolitanus, Venetiis evocatus, ubi poſt factas plures peregrinationes, medicam praxin ſumma cum laude exercuerat, librosque præclaros ediderat, 1616. inſtituto Patavii Collegio Medico, a quo gradus Doctoris auctoritate Senatus Veneti conferretur, primus Præſes datus; quum annos 13. Profeſſoris munus obiiſſet, vacandi veniam conſecutus, integro ſervato ſalario, tum Venetias reverſus, ibique †. 1636. 6. Kal. Mart. legatis Veneto medicorum Collegio argenteis annuis quinquagenis, hoc beneficio encomiaſticam orationem quotannis habendam promeritus: celeberrimus idem ex ſua Medicina Statica, aliisque ſcriptis, quæ ſunt methodi vitandorum Errorum, qui in arte medica contingunt, libri 15: commentaria in Artem medicinalem Galeni, in primam fen primi libri Canonis Avicennæ, in primam ſectionem Aphoriſmorum Hippocratis, liber de Remediorum inventione. A. 1613. 5. Kal. April.

April. Profeſſor Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium, ſive ad tertium Avicennæ librum, Secundus, *Johannes Prævotius*, vel Prevotius, Rauracus, i. e. Dilspergâ-Helvetius, natus 1585, ex Theologiæ cultore medicus, 1616. Profeſſor Botanices Hortique Præfectus, retento priore munere: 1617. ſervato munere Botanico, Profeſſor medicinæ Practicæ Extraordinariæ Secundus poſtridie Id. Januar., 1620. prid. Non. Maji Primus, cum officio Botanico; †. 1631. Idib. Aug. ex peſte, relictis pluribus induſtriæ fœtibus, maximam partem ad materiam medicinalem pertinentibus, ut ſunt de Remediorum materia, medicina Pauperum, de Venenis & Alexipharmacis, de Compoſitione medicamentorum, Selectiora remedia ſive Secreta, Hortulus medicus, Semeiotice, de Urinis liber, item de morboſis Uteri paſſionibus, varia Conſilia, cæt. A. 1613. Idib. April. Profeſſor medicinæ Practicæ Extraordinarius tertius *Bartholomæus Ridolphi* aut *Rodulfi* vel *Rodulfus Sfortia*, Patavinus, 1617. poſtridie Id. Januar. Secundus dierum vacantium, ſive ad tertium Avicennæ librum, 1620. 13. Kal. Novemb. Secundus Extraordinarius medicinæ Practicæ, †. 1630. Eloquentiæ quoque laudem conſecutus, cæterum ſcripſit de Morbis a capite ad cor, & a corde infra, de Febri, de Calido innato.

§. 571. A. 1616. 11. Kal. Januar. Profeſſor Anatomes & Chirurgiæ, *Adrianus Spiegelius*, Bruxellenſis, natus 1578. †. 1625. 6. Id. April. elatus ingenti pompa, idem Eques D. Marci; ſcriptis pariter inclytus, quæ ſunt, Iſagoge in rem Herbariam,

riam, de Semitertiana libri 4, liber de Lumbrico lato, alius de formato Fœtu, de humani corporis Fabrica libri 10. A. 1617. Profeſſor medicinæ Practicæ Extraordinariæ Tertius, *Jacobus Zabarella* junior, Patavinus, 1618. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor Tertius, *Franciſcus Rocca*, Patavinus: 1620. Tertius medicinæ Practicæ Extraordinariæ: eodem a. 13. Kal. Novemb. Secundus Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium; †. 1623. menſe Octobri. A. 1618. 6. Id. Mart. Profeſſor Anatomes & Chirurgiæ Secundus, Spiegelii Collega, *Franciſcus Plazzonus*, Patavinus, †. 1622. cujus extant boni libri de Vulneribus Sclopetorum, & de partibus Generationi inſervientibus. 1619. pridie Kal. Jul. Profeſſor Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Tertius, *Johannes Franciſcus Bonardus*, vel *de Bonardis*, Patavinus, 1621. prid. Kal. Febr. Tertius medicinæ Practicæ Extraordinariæ, 1624. 16. Kal. Novemb. Primus Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium, ſive ad tertium Avicennæ librum, alias Lecturæ Univerſitatis, 1632. prid. Non. Febr. Profeſſor Theoricæ medicinæ Extraordinariæ, 1634. 9. Kal. Secundus medicinæ Practicæ Extraordinariæ, 1636. Secundus medicinæ Practicæ Ordinariæ, †. 1665.

§. 572. A. 1620. 13. Kal. Novemb. Profeſſor Avicennæus ſive Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium, ad tertium Avicennæ librum, Primus, *Julius Sala*, Patavinus, 1624. 15. Kal. Octob. Profeſſor Theoricæ medicinæ Extraordinariæ dierum vacantium, 1631. 4. Non. Mart. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, 1634.

9. Kal.

9. Kal. Jul. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Primus, impoſito quoque 1637. onere diſſerendi de Pulſibus & Urinis in Noſocomio, quod ipſe ſibi jam ab a. 1629. depopoſcerat, †. 1643. A. 1621. 6. Kal. Mart. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Tertius Profeſſor *Guido Antonius Albaneſius* aut *Albanenſis*, Patavinus, 1632. 16. Kal. Febr. Secundus, 1644. 11. Kal. Novemb. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Secundus, 1657. 6. Kal. Jun. interfectus a diſcipulo; qui edidit Aphoriſmorum Hippocratis expoſitionem paripateticam. A. 1622. medicinæ Practicæ Ordinariæ Profeſſor primarius, *Johannes a Colle*, Bellunenſis, natus 1558, Philoſ. & Med. D. Patavii 1584. 8. Maji, deinde practicus Venetiis per 12. annos,. 1600. Ducis Urbinatis Archiatrus ſive Protomedicus & Nobilis a Cubiculo, †. ex peſte 1631. 1. Jul. cujus prodierunt de idea & theatro Imitatricium & Imitabilium ad omnes intellectus facultates, ſcientias, & artes libri Aulici: medicina Practica, ſive methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum Malignorum & Peſtilentium, ſive de morbis Malignis: Elucidarium Anatomicum & Chirurgicum: Coſmitor medicus triplex, in quo exercitatio totius artis medicæ: de cognitu difficilibus in praxi, ex libello Hippocratis de Inſomniis & ex libris Avenzoaris; methodus facile parandi jucunda, tuta, & nova Medicamenta, & ejus applicatio adverſus Chemicos; multis inſuper relictis manuſcriptis. A. 1624. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Tertius Profeſſor, *Merius de Meriis*, Patavinus.

§. 573. A. 1626. Nonis Januar. conductus per modum proviſionis ad Anatomiam & Chirurgiam *Hieronymus Sabionus* ex Monteſilice, proſectorque Pomp. Caimi fuit, †. 1631. A. 1628. pridie Non. April. Profeſſor Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium Secundus, *Antonius Gambarus*, Patavinus, 1632. 4. Non. Januar. Primus, 1644. 13. Kal. Decemb. medicinæ Theoricæ Extraordinariæ Secundus, †. 1655. A. 1631. Profeſſor Simplicium, *Johannes Rhodius*, Havniâ-Danus, qui tamen propter rationes domeſticas excuſatione uſus eſt, cæterum Patavii vixit docuitque, †. 1659. 14. Febr. natus annos 72; clariſſimus edito Scribonio Largo cum eruditiſſimis annotationibus, diſſertatione de Acia Corn. Celſi, Obſervationum medicinalium centuriis 3, mantiſſa Anatomica, Analectis & notis in Ludov. Septalii Animadverſiones & Cautiones medicas, aliisque nonnullis. A. 1632. 16. Kal. Febr. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, *Jacobus Hartigius*, Germanus ex Luſatia, qui vero 1634. 9. Kal. Jul. abdicavit. 1632. 15. Kal. Febr. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Tertius, *Paulus Giacomettus*: & hoc mortuo, eodem anno 4. Kal. Maj. ſuffectus *Marcus Antonius Peregrinus*, Patavinus, 1636. 16. Kal. Decemb. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor.

§. 574. A. 1632. 3. Kal. Januar. Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor, *Johannes Veslingius*, Mindâ-Weſtphalus, Eques, in Ægypto aliquamdiu verſatus, 1638. 3. Id. Mart. onere profeſſionis Chirurgicæ

gicæ levatus, ſed retento Anatomico munere factus Profeſſor Simplicium Hortique Præfectus, 1644. adjutorem in Anatomicis nactus, †. 1649. ſenex, præſtantiſſimorum librorum autor, etiam ſtili elegantiâ commendabilium, ut ſunt ſyntagma Anatomicum, de Plantis Ægypti, de Opobalſamo, parænefis ad rem Herbariam, catalogus Plantarum Horti Patavini, & alia quædam. A. 1633. Profeſſor Simplicium & Horti Præfectus, *Alpinus Alpinus*, Proſperi filius, qui antea per aliquot annos medicinam Venetiis exercuerat, †. 1637. 12. Decemb. A. 1634. 8. Kal. Jul. Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium Profeſſor Secundus, *Bernardinus Blanchinus*. Eodem a. 9. Kal. Jul. *Johannes Baptiſta Soncinus*, Brixianus, factus medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, qui 1645. ad Piſanum Gymnaſium abiit. Eodem a. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ dierum vacantium Profeſſor, *Hieronymus Frigimelica Roberti*, Patavinus, 1636. 16. Kal. Decemb. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, 1642. addito munere explicandi de Pulſibus & Urinis in Noſocomio, 1646. 19. Kal. Octob. Primus, 1665. Practicæ Ordinariæ Secundus, 1676. 7. Kal. April. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Primus, †. 1683. 5. Id. Octob. idem Comes & Eques. A. 1635. poſtridie Id. Januar. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor Tertius, *Johannes a S. Cruce*, Patavinus.

§. 575. A. 1636. Kal. Mart. Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium Secundus Profeſſor *Sebaſtianus Scarabicius*, Patavinus, 1644. 13. Kal. Mart.

Pri-

Primus, †. 1686, cujus extat opus de ortu ignis Febriferi. Eodem a. 3. Id. Jul. Chirurgiæ & Anatomes Profeſſor Secundus, *Bonaventura Ferrarius*, Utinenſis, qui vero poſt biennium abdicavit. A. 1637. 3. Non. Septemb. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Tertius Profeſſor, *Angelus Montagnana*, Patavinus, 1647. poſtridie Non. Septemb. Secundus, deinde liberatus onere docendi in Noſocomio, †. 1678. A. 1640. 10. Kal. Septemb. Profeſſor Anatomes & Chirurgiæ Secundus, *Petrus Marchettus*, vel *de Marchettis*, Patavinus, 1649. Adjutorem indeptus, 1662. a Chirurgia liberatus, 1667. vicarium in Anatomicis nactus filium Antonium, 1669. 10. Kal. Decemb. jam octogenarius vacationem conſecutus; cujus extant pulcherrimæ Obſervationes medico-chirurgicæ.

§. 576. A. 1643. 18. Kal. Febr. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, *Hieronymus Colzadius*, vulgo *Colzè*, Vicetinus, medicus non incelebris, †. 1652. 6. Kal. Novemb. A. 1644. 9. Kal. Novemb. *Johannes Leonius*, Ateſtinus, diſcipulus Veslingii, huic Adjutor datus eſt in Anatomica profeſſione, †. 1649. Eodem a. 13. Kal. Decemb. Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium Secundus Profeſſor, *Johannes Pompilius Scotus*, Patavinus, 1676. 13. Kal. Octob. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, 1679. 4. Kal. Octob. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Secundus, †. 1697. Eodem a. 10. Kal. Januar. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Tertius Profeſſor, *Hieronymus Sancta Sophia* junior, Patavinus, 1656.

4. Kal.

4. Kal. Octob. Secundus, mox Primus. A. 1645. 17. Kal. Febr. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, *Johannes Baptiſta Spontonus*, Mantuanus, addito Collegii jure, qui nihilo tamen minus anno poſt in patriam rediit. Eodem a. 14. Kal. Octob. Theoricæ medicinæ Ordinariæ Profeſſor Primus, *Fortunius Licetus*, Rapallo-Genuenſis, natus 1577. 3. Octob. ſeptimo graviditatis menſe, †. Patavii 1657. idem primo Profeſſor Philoſophiæ Piſanus, 1609. 8. Kal. Septemb. Patavii Philoſophiæ Extraordinariæ Profeſſor primus, 1622. 10. Kal. Maj. Philoſophiæ Ordinariæ Secundus, 1636. Profeſſor Bononienſis, unde 1645. revocatus Patavium; vir admodum multiplicis eruditionis, & polygraphus, ſecta Ariſtotelicus, cujus inter opera hic laudanda ſunt, illud de Vita, de Mundi & hominis analogia, de ſpontaneo Viventium ortu, de Monſtris, de perfecta conſtitutione hominis in Utero, de ortu Animæ humanæ, de Animarum coextenſione corpori, de Anima ſubjecto corpori nil tribuente deque Seminis vita & efficientia primaria in formatione fœtus, de Anima ad corpus phyſice non propenſa, de rationalis Animæ varia propenſione ad corpus, de feriis Altricis Animæ, de his quæ diu vivunt ſine Alimento, de duplici Calore corporum naturalium, de Quæſitis per Epiſtolas, cæt.

§. 577. A. 1647. vacare cœpit Tertius medicinæ Practicæ Extraordinariæ locus usque ad a. 1653. 11. Kal. Novemb. Eodem a. 10. Kal. Jul. Chirurgiæ Profeſſor, *Petrus Franzanus*, Vicetinus, 1649.

9. Kal. Januar. Profeſſor Logicæ Primus, 1663. 18. Kal. Januar. Philoſophiæ Extraordinariæ Primus, †. 1681. A. 1649. Horti Botanici Præfectus & Profeſſor Simplicium, *Georgius a Turre*, Patavinus, 1666. 5. Kal. Septemb. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Primus, ſervata Horti cura, 1680. medicinæ Practicæ Ordinariæ Secundus, adhuc retento Horto, 1683. jura, honores, titulosque Primarii Profeſſoris conſecutus, 1687. reapſe Primarius, dimiſſo Horto, †. 1688. qui catalogum Plantarum iſtius horti publicavit, & alia. Eodem a. 5. Kal. Januar. Profeſſor Anatomes & Chirurgiæ, *Antonius Molinettus*, Venetus, 1652. Adjutorem ſeu Proſectorem anatomicum nactus, 1661. 7. Id. Decemb. Chirurgico officio liberatus, ſed factus Profeſſor Primus Theoricæ medicinæ Ordinariæ, 1667. filium quoque adjutorem in Anatome nactus, †. 1675. in aula Parmenſi, quo medicinæ faciendæ cauſa vocatus erat, quandoquidem eam ad rem a Principibus ſæpe expetebatur; ejus magnopere laudandæ diſſertationes Anatomicæ & Pathologicæ de ſenſibus & eorum organis, itemque Anatomico-Pathologicæ, quibus humani corporis partes accuratiſſime deſcribuntur.

§. 578. A. 1616. Venetiis cœperunt Anatomicæ exercitationes publicæ ex decreto Senatus, ad præſcriptum Medici ejus urbis Collegii habendæ; cui rei quoque a. 1628. exeunte Profeſſor certus & Proſector cum ſalario conſtituti ſunt. Eodem a. 1616, quia jamdiu conſueverant candidati Germani Pontificium Collegium conferendorum graduum academicorum de-

deſerere eosque potius a Comitibus Palatinis accipere, abrogata hac Comitibus iſtis, ſive Cæſareis ſive Lateranenſibus, poteſtate, novum Collegium Gymnaſticum Patavii conditum a Senatu Veneto eſt, in quo Artium ac Medicinæ Doctores autoritate Veneta crearentur: quod Collegium conſtat ex quatuor primariis & quatuor ſecundariis Philoſophiæ & Medicinæ Profeſſoribus, quorum unus Præſes ad triennium a Triumviris eligitur: ab eoque Collegio petere honores iſtos licet Judæis, exterisque omnibus, item ex Veneta ditione, Transmarinis & Illyricis, interdum vero etiam aliis a Magiſtratu petentibus, juſtamque habentibus petendi cauſam.

§. 579. A. 1624. menſe Febr. ſtudioſi Anatomes cadaver Judæi, quod Venetias efferebatur, cymba extraxerunt & in theatrum ad ſecandum attulerunt: ſed de vi poſtulati damnatique & dux eorum Conſiliarius Anatomicus carceri per aliquot menſes incluſus eſt. A. 1625. 9. Kal. Novemb. vetus decretum a Senatu Veneto renovatum eſt, ne Medici ſuarum ditionum ex alienis Gymnaſiis titulos peterent. A. 1636. ſtatutum eſt, ut, qui Cisalpinorum Veneti imperii probari in Artibus cuperent & lauream conſequi, per annos quinque Patavii ſtuderent; quod ſpacium tamen aliquanto poſt annum 1674. ad quatuor annos contractum eſt. A. 1638. 4. Non. Mart. Chirurgis, qui Licentiati vocantur, contendentibus a Senatu Veneto indultum eſt, ut non quidem promiſcue omnibus, ſed illis duntaxat, qui in Veneto Collegio Latino

ſermone examinati, ſatisque idonei Profeſſorum ſuffragiis judicati eſſent, liceret etiam aliquando ex medica facultate nonnihil delibare, & medicamenta ægris præſcribere.

§. 580. A. 1650. 5. Id. Septemb. quum Magiſtratus edixiſſet, ut, deficiente Syndico, Nationis Germanicæ Conſiliarius pro Syndico eſſet; hinc poſthac locus illi quoque in Medicorum Collegio conceſſus eſt, quamdiu pro Syndico ageret, & laurea ſine ſumtu more nobilium obtinenda. Eodem a. XI. Kal. Octob., Senatus Venetus decrevit, dignitatem præcedendi in titulis academicis & laurea tribuenda, de quo loci honore controverſia orta erat, ex ſcholarum dignitate petendam eſſe; itaque primum Theoricæ Medicinæ Ordinariæ Profeſſorem reliquis præire, proxime ſequi primum ſcholæ Practicæ, tum primum Philoſophum, poſt hunc autem primum Anatomicum; qui quatuor Promotores perpetui ſunt: reliqui autem bini, quum ſex oporteat eſſe cujuslibet candidati Promotores, ſingulis vicibus ex locis ſecundis ordinariis aſſumuntur, deinde ex reliquis pro ſcholæ cujusque præſtantia. cæt.

§. 581. Bononienſes: *Franciſcus Muratorius*, jam ſupra §. 404. commemoratus, fuit Philoſophiæ & Med. D. & Anatomicus Bononiæ, 1602. clarus. A. 1604. *Johannes Fantuccius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Philoſ. Ord. Profeſſor, qui edidit Univerſi orbis ſtructuram & partium ejus motus, ex Peripateticis principiis, contra pravam

quo-

quorundam Aſtronomorum opinionem. A. 1607. *Johannes Antonius Roſſenus*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, qui ſcripſit de laudibus veræ Aſtrologiæ, item pro Gal. Galilei ſidereo nuncio, aliaque aſtrologica. A. 1608. *Johannes Capponius*, Philoſ. & Med. D., Senatus Bononienſis Aſtrologus, idem Poeta, Socius Academiæ Humoriſtarum & Selvagiorum, †. 1629. 18. Aug. cujus prodierunt Aſtrologici excurſus, & multorum annorum prædictiones, item Poetica ſimiliaque. A. 1610. *Bartholomæus Ambroſinus*, Philoſ. & Med. D., qui publicavit Panaceam de Herbis a Sanctis denominatis, cum hiſtoria Capſicorum, Theoricam medicinam in tabulas digeſtam, cum aliquot Conſultationibus, librum de Pulſibus, opuſculum de Externis malis, item de Urinis, cæt. denique, aliquot tomos Hiſtoriæ Animalium Aldrovandi; fuit autem Bononiæ Profeſſor Logicæ, medicinæ Theoricæ, Practicæ & Simplicium; item Præfectus Muſei Inſtituti ſeu Societatis Bononienſis; adhuc 1656. in vivis.

§. 582. A. 1612. Frater *Michael Pancottus*, Ordinis S. Salvatoris Aromatarius, hujus argumenti nonnulla ſcripſit ſermone Italico. A. 1613. *Matthæus Gondus*, Philoſ. & Med. D. & in Archigymnaſio Bononienſi Ordinarius Philoſophus. A. 1614. *Fabritius Bartolettus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Logicæ, Anatomiæ, & Medicinæ, primum Piſis, deinde Bononiæ, poſtremo Mantuæ in nova Academia (1625. condita) primus & primarius Practicæ Med. Profeſſor, Archiater trium Ducum, †. 1630. menſe Aug. Lendinariæ, natus annos 42. cujus

 extant

extant Anatomica humani microcosmi deſcriptio per theſes diſpoſita, ſeu Concluſiones Anatomicæ Piſis propoſitæ, Prælectio Anatomica habita Bononiæ 1620, Encyclopædia hermetico-dogmatica, ſive orbis doctrinarum medicarum, Methodus in Dyspnœam ſeu de Reſpirationibus, de Hydrope Pulmonum, cæt. *Johannes Albanus*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. 1614. 30. Jun., deinde in Collegium Medicum Bononienſe cooptatus, ibidem primo Profeſſor Logicæ, deinde medicinæ Theoricæ Extraordinarius, tum Practicæ Extraordinarius, cujus prodiit, præter Philoſophica Poeticaque, de Convaleſcentibus tractatus. *Hercules Zecchius*, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, nepos Johannis Zecchii, cujus nonnulla opera publicavit, prætereaque complura Carmina Italica, ſocius nimirum Academiæ Selvaggiorum.

§. 583. A. 1618. *Andreas Marianus*, Philoſ. & Med. D., Bononiæ Profeſſor Philoſophiæ, Mantuæ vero & Piſis Medicinæ, ſcripſit de Peſte anni 1630. item ruinarum Romæ Epigrammata. *Hyacinthus Lodius*, Philoſ. & Med. D., Academiæ Noctis Sodalis, qui italica Carmina & Declamationes pro inſtituto ejus academiæ compoſuit. *Bartholomæus Bonaccurſius*, Philoſ. & Med. D. in Collegium Medicum cooptatus, cui a Bumaldo tribuitur Theorica medicina in tabulas digeſta, cum aliquot Conſultationibus, quod opus a Comite Joh. Maria Mazzuchello adſcribitur Bartholom. Ambroſino: item Præſidiorum deſcriptiones, quæ in peſtilentia a. 1630. profecerunt, cui ſimilis liber, Italico ſermone ſcriptus, a Mazzuchello refertur ad eundem

Am-

Ambroſinum. A. 1621. *Daniel Carmenius*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. cujus ſunt de Methodo medendi libri 6. A. 1622. *Hippolytus Poggiolus*, Philoſophiæ & Med. D. Collegiatus, & ex Schola Confortatorum Magiſter, cujus habetur de Calido innato prælectio; præter alia non medica. *Ovidius Montalbanus*, qui etiam ficto nomine ſe appellavit *Johannem Antonium Bumaldum*, Bononienſis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, ibidemque Profeſſor primum Philoſophiæ, deinde Mathematum, Ordinarius, ſimulque Medicinæ, in omnibus fere ſcientiis verſatus, idem Academiæ Noctis, & Academicorum Indomitorum Sodalis, nec non Scholæ Confortatorum Duodecimvir Magiſter, cujus extant multa Mathematica, inque his Aſtrologici excurſus Italice multorum annorum cum annexis tractatibus Phyſiologicis, Diæteticis, ſimilibusque: Antidotarii Bononienſis Prodromus, Bibliotheca Botanica, Epiſtolæ de Novis & admirabilibus rebus, Elogia & Cenotaphia præcipuorum Doctorum Bononienſium, Catalogus omnium Doctorum Collegiatorum Bononienſium in Artibus liberalibus & Facultate Medica, Minervalia Bononienſium civium anademata ſeu Bibliotheca Bononienſis, præter ea quæ in Societatibus ſuis academicis Italice ſcripſit, pluraque Botanica.

§. 584. A. 1624. *Gabriel Beatus*, Honorii filius, Philoſ. & Med. D., in Philoſophia Collegiatus, qui Carmina quædam ſacri argumenti edidit. A. 1625. *Bartholomæus Maſſarius*, Philoſ. & Med. D. Collegio aggregatus. A. 1630. *Hyacinthus Ambroſinus*, frater ſupra dicti, pariterque medicus

Bononienſis, Præfectus Horti botanici & Profeſſor Simplicium, †. paulo poſt a. 1666. cujus prodierunt Iatrobotanicæ theſes, Hortus ſtudioſorum ſive Catalogus plantarum, quæ anno 1657. in horto publico Bononiæ coluntur, Phytologiæ partis primæ tomus primus. Frater *Cornelius Ghirardellus*, Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Provinciæ Bononienſis Pater, qui conſcripſit Italice Cephalologiam Phyſiognomicam, & discurſus Aſtrologicos multorum annorum. *Antonius Petruccius*, dedit Italicum Discurſum de Bononia a Contagio liberata, a. 1631.

§. 585. Mediolanenſes, *Jacobus Antonius Clerici*, Mediolanenſis, medicus excellens, †. 1622. 27. Octob. *Balthaſar Capra*, Nobilis Mediolanenſis, Comes Palatinus natus, bonus Philoſophus, medicus, & Aſtronomus, cujus poſtremi generis libros varios publicavit, †. 1626. 8. Maji. *Jacobus Antonius Phrygius*, *Friggio*, Ticini Med. D. creatus a Cæſare Rovidio, autor egregiæ Explanationis in Hippocratis Prognoſtica. *Franciſcus Geroſa*, Mediolanenſis, Phyſicus Lecci, qui Italice compoſuit Magiam transformatricem hominis in meliorem ſtatum. *Johannes Baptiſta Vertua*, Mediolanenſis, cujus ſunt de Morte retardanda libri 3. ipſe †. 1630. ex peſte.

§. 586. Poſt a. 1610. *Johannes Abbiatus Forrerius*, a. 1615. unus Decurionum Mediolanenſium. *Senator Septalius*, Ludovici filius, in Collegium Mediolanenſium medicorum receptus a. 1616, unus ex Conſervatoribus Sanitatis, qui aliqua

qua parentis publicavit, ipſeque Italico ſermone ſcripſit compendium de virtutibus Theriacæ Andromachi & Mithridatii Damocratis. *Johannes Baptiſta Applanus*, *Appiano*, Mediolanenſis, Profeſſor Logicæ Canobianus, a quo peſtilentia, quæ a. 1629. Italiam invaſit, diligenter deſcripta eſt. *Petrus Maria Caſtilionius*, Caſtiglione, (filius *Franciſci*, medici Mediolanenſis Collegiati, & Protomedici Exercitus Regis Hiſpaniæ in Statu Mediolanenſi,) pariter Protomedicus Exercitus Hiſpanici, †. 1629. 27. Octob. natus annos 35., cujus habentur Reſponſio ad Lud. Septalii Judicium de Margaritis, Admiranda naturalia ad Renum Calculos curandos, de Sale ejusque viribus, cæt. *Petrus Paulus Orlandus*, Ticini medicus Collegiatus & Profeſſor primarius.

§. 587. Poſt a. 1620. *Caſpar Aſellius*, Cremonenſis, civitate Mediolanenſi donatus, Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor Ticini & Regii Exercitus Protochirurgus, †. 1626. epitaphio poſito 24. April. natus annos 45, celeberrimus libro de Lactibus ſeu Lacteis venis, quas poſt longam oblivionem primus iterum demonſtravit 1622. 23. Jul. *Paulus Æmilius Blancus*, Mediolanenſis, Profeſſor Philoſophiæ Papienſis. *Branda Burrus*, Burrhus, Borro, Mediolanenſis, ibidem in Collegium medicorum cooptatus 1621. 6. Decemb. in Prognoſticis peritiſſimus, †. 1660. 18. Aug. edito opere de re Medica; cujus filius celeberrimus ille Franc. Joſephus Burrus. *Sigismundus Boldonus*, Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D. Patavii creatus, hinc in aula Ducis Urbi-

ni verſatus, deinde Romæ, ibi in academiam Humoriſtarum adoptatus, tum receptus in Collegium Medicum Mediol. 1623. 5. Januar. deinde Profeſſor Philoſophiæ Ticini, & deſignatus Patavii, ſed †. 1630. 3. Jul. natus annos 33. qui ſcripſit plura Carmina, Orationes, & Epiſtolas tam Italicâ quam Latinâ linguâ, item Larium lacum jam a. 1617. pulchre deſcriptum edidit.

§. 588. *Alexander Tadinus*, Mediolanenſis, cooptatus in Collegium Medicorum 1603. 16. Jul. †. 1661. 16. Novemb. medicus eloquentiſſimus, ingenii fœcundi, bonus idem Philoſophus & Aſtronomus, Præfectus Archivi Collegii Medici, unus ex Conſervatoribus Sanitatis, Protomedici Lud. Septalii Locumtenens, qui ſcripſit Italice Animadverſiones & cautiones de compoſitione Medicamentorum, ex nono Septalii libro Animadverſionum translatas, Compendium curandi omnis generis Tumores externos, collectum ex ejusdem Septalii obſervationibus medico-chirurgicis ultimorum annorum, Relationem de magna Peſte Italiæ a. 1629, 1630, & 1631. Latine vero Compendium de Venerandi Collegii Phyſicorum Mediolanenſium antiquitate, privilegiis, ſtatutis, ordinationibus. *Johannes Baptiſta Sitonus*, origine Scotus, natus Mediolani 1605. 7. Jun. Philoſ. & Med. D. Ticini 1628. 19. Jun. tum ad praxin duce Lud. Septalio uſus, †. 1681. 8. Octob. cujus ſunt Iatroſophiæ miſcellanea, tribus partibus: Partus Sexto menſe natus & abſolute quicunque ante ſeptimum menſem naſcitur, diutius vivens: Ticinus: nocturna Veneris appa-

apparitio, cæt. *Johannes Antonius Gagliardus*, Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D., cujus extat nova ratio univerſalis medendi Febribus humoralibus: ejus pater *Ubertus*, pariter fuit Mediolanenſis medicus.

§. 589. Poſt a. 1630. *Johannes Honoratus Caſtilionius* a Monterutio, Mediolanenſis, Comes Palatinus natus, & Eques Cæſareus, Philoſ. & Med. D. Ticinenſis, in Collegium Medicum Mediolanenſe admiſſus 1633. 31. Januar. deinde Regio-Ducalis Protophyſicus, item ex 12. Proviſoribus Urbis, †. 1679. edito Proſpectu Pharmaceutico, ſub quo Antidotarium Mediolanenſe ſpectandum proponitur. *Johannes Baptiſta Gluſſianus*, Mediolanenſis, a. 1635. Regio-Ducalis Protophyſicus, 1644. ex Conſilio Generali 60. Decurionum, †. 1665. *Johannis*, antea in ſæculo *Franciſci*, *Boni de Bonitatibus*, monachi, etiam medicinæ gnari, nati Mediolani 1632. †. 1716, pater fuit medicus ex Calabria oriundus. *Sebaſtianus Peſſina*, Mediolanenſis, circa 1634. clarus. *Theodatus Hoſius*, Mediolanenſis, clarus circa a. 1637. *Petrus Paulus Gilettius*, Mediolanenſis, Med. D. Ticini creatus, ad Collegium Phyſicorum Mediolanenſium aggregatus 1636, a. 1669. carminibus Italicis inclareſcens, in praxi tamen parum ſe exercens.

§. 590. *Georgius Serpontus*, Mediolanenſis, in hujus urbis Collegium Phyſicorum cooptatus 1636, factus Protomedicus in Exercitu Italico Regis Catholici, †. 1663. *Johannes Baptiſta Dardanonus*,

nonus, Mediolanenſis, clarus a. 1636. & 1661: cujus pater *Marcus* etiam medicus fuit. *Franciſcus Gradignanus*, Mediolanenſis, ab a. 1639. usque ad a. 1671. circiter claruit. *Joſephus Gallaratus*, Patricius Novarenſis, cujus prodiit Syſtema renovatum Phyſiologiæ medicæ, Aporemata autem ad opinionem Joh. Alph. Borelli de Febribus, ob reverentiam adverſarii non publicata: ejus pater *Marcus Antonius*, & frater *Franciſcus*, pariter laudatiſſimi fuere medici.

§. 591. Poſt a. 1640. *Galeacius Tenca*, Mediolanenſis, natus 1614, Med. D. Bononiæ 1638. 27. Jul. †. Mediolani 1692. 21. Decemb. *Hieronymus Cardanus* junior, Mediolanenſis, ibi in Collegium medicorum receptus 1645. 30. Jul. quater unus ex 12. viris Tribunalis Proviſionum ab a. 1653. usque ad a. 1672. †. 1679. 9. Febr. *Petrus Aloyſius Origonus*, Mediolanenſis, circa 1643. inclareſcens. *Petrus Franciſcus Phrygius*, *Friggio*, Ticinenſis, inclytus ob Commentarios in Epidemicas hiſtorias Hippocratis. *Bartholomæus Canalis*, Modoetiâ-Mediolanenſis, natus 1605, Clericus Regularis D. Pauli 1627, †. 1684. 23. Januar. etiam inter medicos connumeratur. *Johannes Andreas Crucejus*, *Croci*, Mediolanenſis, natus 1619. Med. D. creatus Bononiæ 1651. 30. Januar. in Palatinis Scholis Mediolanenſibus Profeſſor Linguæ Græcæ & Aſtronomiæ, †. 1655. 13. Decemb. relictis multis egregiis manuſcriptis medicinalibus. *Antonius Maria Monza*, Phyſicus Cremenſis, origine Mediolanenſis.

§. 592.

§. 592. Varii: *Maximilianus de Monte Viridi*, Cremonenſis. *Hieronymus Parolus*, Cremonenſis, etiam Poeta. *Octavius Ala*, Cremonenſis, e Nobilium Phyſicorum ejus urbis Collegio. *Johannes Baptiſta de Auguſtis*, Cremonenſis, Med. ac Philoſ. D. *Chriſtophorus Guarinonius*, Veronenſis, primum Franciſci Mariæ Feltrii Ducis Urbini Archiater, deinde Pragæ Rudolphi II. Imp. Conſiliarius & medicus Aulicus, ubi etiam domi ſuæ Academiam medicam, ſub titulo Unionis eruditorum virorum, inſtituit, ibidem †. ſenex, ante Imperatorem; cujus extant bonæ notæ Conſilia, item Commentaria in primum librum Ariſtotelis de Hiſtoria Animalium, tractatus de Generatione viventium, alius de principio Venarum, alius de Methodo doctrinarum, ſermones 4. de Natura humana, cæt.

§. 593. *Federicus Bonaventura*, Nobilis Urbinas, non quidem medicus fuit, ſcripſit tamen hoc ſæculo nonnulla ad medicam doctrinam pertinentia, ut de natura Partus Octimeſtris libros 10, utrum homo affici Rabie poſſit, affectus interire? ex Ariſtotelis ſententia, &c. *Fabritius Paduanus*, Forolivienſis, cujus eſt liber de Morbis in quibus præſentaneis uti convenit remediis, tractatus de Ventis, & alter de Terræmotu. *Antonius Berthiolus*, cujus prodiit Idea Theriacæ & Mithridatii. *Johannes Baptiſta Cavallarius*, Neapolitanus, qui ſcripſit de morbo Epidemiali, qui Nolam & Campaniam univerſam vexavit, 1602. *Johannes Baptiſta Imperialis*, Vicetinus, natus 1569. †. 1623. 7. Kal. Jun.

Jun. quum vixiſſet annos 53. menſes 9. dies 15, Phyſicus in patria, cujus reſpectu noluit munus academicum Meſſanæ & Patavii oblatum accipere; idem Poeta & Orator; edidit Exotericarum Exercitationum libros 2, & adhuc juvenis 22. annorum defenſionem Alex. Maſſariæ, ſui præceptoris, adverſus Horat. Augenium, & Philoſophiæ principia ad medicinam applicata; in Galenum quoque commentatus.

§. 594. *Johannes de Vito*, Neapolitanus, qui ſcripſit de morbis Epidemicis regni Neapolitani a. 1600. *Sylvius Lanceanus*, Montecœlianus, cujus ſunt libri de Molæ generatione & cura, deque Hydrope quod non ſemper fiat ab hepate, cum multis aliis adjectis, & præſertim expoſitionibus plurium locorum Hippocratis & Galeni. *Johannes Baptiſta Perſona*, Albinenſis, cujus extant, Commentarius in Galeni librum quod Animi mores Temperamentum corporis ſequantur, Scholia in ejusdem tres libros de Venæſectione, Discurſuum medicinalium liber, Noctes ſolitariæ ſive de iis quæ ſcientifice ſcripta ſunt ab Homero in Odyſſea. *Marius Zuccarus*, Neapolitanus, cujus prodiere de Morbis Complicatis liber, de Morbis Puerorum, de Morbis partis Animalis pars prima ſcribente *Johanne Franciſco Palumbo*, Montarvino Hydruntino, diſcipulo: Hippocratis Epidemialium obſervationum pars prima, methodus occurrendi Venenatis corporibus.

§. 595. *Julius Cæſar Baricellus*, a Sancto Marco, Neapolitanus, a quo edita ſunt, de Lactis, Seri & Butyri facultatibus & uſu opuſcula, de Hidronoſa natura ſive Sudore humani corporis libri 4, Hortulus genialis ſive arcanorum valde admirabilium tam in arte medica quam reliqua Philoſophia compendium. *Franciſcus Bonamicus*, Florentinus, qui de Alimento quinque libros præclaros edidit. *Joſephus Pomius*, Siculus, Philoſ. & Med. D., natus 1565. †. Panormi 1620, Matheſi ſimul & Poëſi excultus, qui ſcripſit de curandis Febribus putridis, & quando in iis medicandum ſit? Artem medicam, aliaque. *Thomas Cornacchinus*, Aretinus, cujus Tabulæ medicæ a filiis Marco & Horatio a. 1605. editæ ſunt: quapropter jam exacto ſæculo floruiſſe videtur. *Zoroaſter Tinellus*, Senenſis, cujus prodiit medicarum Conſultationum juxta magni Hippocratis doctrinam tomus primus. *Johannes Antonius Caſalenus*, Hydruntinus a Francavilla, qui ſcripſit diſputationem de ſecanda Vena in Pleuritide revulſionis gratia, adverſus medicos Francavillenſes.

§. 596. *Bartholomæus Turrianus*, Genuenſis, cujus ſunt de medica Conſultatione libri 4. *Johannes Talentonius*, Profeſſor Parmenſis, cujus extant epiſtolæ ſub titulo, variarum & reconditarum rerum Theſaurus. *Hippolytus Obicius*, Ferrarienſis, a quo vulgata ſunt, dialogus tripartitus de Nobilitate medici, contra illius obtrectatores: Staticomaſtix, ſive Staticæ medicinæ (Sanctorii) demolitio: Iatraſtronomicon, varios tractatus pro aſtro-

logia

logia ejusque uſu in medicina complectens; quibus additus eſt de multiplici Abuſu in medicina tractatus, aliaque opuſcula, (ut adverſus Veſicantia reprobantes, ad Bernhardinum Cajum, additâ epiſtolâ ad Sanctorium Sanctorium contra quædam errata in ſua Methodo vitandorum Errorum, cæt.) *Cechinus Martinellus*, cujus eſt diſcurſus de Amomo & Calamo Aromatico Italorum. *Aurelius Anſelmus*, Mantuanus, cujus Gerocomica ſive de ſenum regimine libri 3. laudantur.

§. 597. *Ferdinandus Salandus*, Salodienſis, cujus extat tractatus de Purgatione, aliaque. *Franciſcus Turcus*, qui edidit Controverſias medicas & Philoſophicas. *Dominicus Terillus*, Venetus, qui ſcripſit de Veſicantium recto uſu, & de cauſis Mortis repentinæ. *Johannes Antonius Maginus*, Patavinus, natus 1555, Profeſſor Mathematum Bononienſis, †. 1617. 3. Id. Febr. quum vixiſſet annos 61. menſes 7. dies 28. horam 1. cujus ad medicinam pertinens opus eſt de Aſtrologica ratione & uſu dierum Criticorum, ac præterea cognoſcendis & medendis morbis ex corporum cæleſtium cognitione. *Latinus Tancredus*, Camerotanus, Liber Baro & Profeſſor Neapolitanus, Comesque Palatinus, cujus ſunt de Fame & Siti libri 3, & liber de Antiperiſtaſi omnigena ſive de naturæ miraculis. *Johannes Nicolaus Euſtachius*, Gambateſà - Neapolitanus, cui attribuitur liber de aere ſituque Beneventanæ civitatis. *Polydorus Seraphinus* a Surrone, cujus extat collectio de manifeſtis quibusdam Erroribus in uſu medendi.

§. 598. *Fabius Paulinus*, Utinenſis, bonus ſimul Philologus, cujus extant Prælectiones Marciæ ſive commentaria in Thucydidis hiſtoriam de Peſte Athenienſium: de Viperis in trochiſcorum apparatu pro Theriaca adhibendis diſputatio: in libros Artis medicinalis Galeni Oeconomia per tabulas, &c. *Franciſcus Antonius Caſerta*, Neapolitanus, cujus prodiere tractationes in medicinæ Theoriam, 2. partibus, item de natura & ſymptomatis Motus Animalis, inſuper de natura & uſu Vinorum. *Johannes Franciſcus Arquatus*, Tarviſinus, per decem annos Protomedicus Portunnone, qui publicavit medicum Reformatum ob varios in medicina abuſus, 2. partibus. *Marcus Cornacchinus*, Thomæ filius, qui edidit plures prælectiones Hieron. Mercurialis, ſui præceptoris, addito tractatu de hominis Generatione, Vino & Aqua, Balneisque Piſanis: inprimis celebris ob Pulverem ſuum purgantem, cujus vires utendique modum deſcripſit in Methodo, qua omnes corporis humani affectiones, ab humoribus copia vel qualitate peccantibus genitæ, tuto, cito, & jucunde curantur. *Petrus Andreas Canonherius*, Canoniero, Genuenſis, a patre medicinam edoctus, deinde Parmæ Juris ſtudio addictus, hinc in Hiſpania Militiam ſecutus; denique Antverpiæ in Jure pariter ac Medicina practicus, ſcripſitque de Curioſa doctrina libros 5, in ſeptem Aphorismorum Hippocratis libros Medicas, Politicas, Morales, ac Theologicas interpretationes: de admirandis Vini virtutibus libros 3, præter aliarum profeſſionum ſcripta. *Valerius Baldutius*, Mondulfenſis, cujus

extant, de Putredine libri 2., Tumorum omnium præternaturalium curandorum methodus, nec non Febrium putridarum curandarum ratio.

§. 599. *Petrus Matthæus Roſſius*, cujus de Conſultandi ſive Collegiandi arte in morbis tractatus, vel Conſultationes & Obſervationes ſelectæ pro morbis ad facultatem Chirurgicam & Phyſicam ſpectantibus, rite & ordine curandis, a. 1608. primum a filio *Victorio* editæ ſunt. *Hippolytus Parma*, Vicetinus, cujus prodiit Praxis Chirurgica, in qua operationes ad Caput ſpectantes, ad mentem Hippocratis deſcribuntur, nec non ejusdem Hippocratis libellus de Capitis vulneribus commentariis illuſtratur: item Introductionis ad Chirurgiam libri 2. *Jacobus Lavellius* a Caſtro Novo, qui ſcripſit de Pulſibus, adjectis commentariis in primum librum Prognoſticorum Hippocratis, item Compendium medicinæ. *Sebaſtianus Piſſinius*, Lucenſis, cujus ſunt de cordis Palpitatione libri 2, & tractatus de Diabete & Polypo cordis. *Theodorus Baronius*, Cremonenſis, cujus extat de operationis Mejendi triplici læſione & curatione libri 2. *Alexander Sanmaphæus*, Cremonenſis. *Æmilius Vezzoſus*, Philoſophus & medicus Arretinus.

§. 600. *Julius Guaſtavinus*, Genuenſis Patricius, Profeſſor Piſanus, qui evulgavit commentarios in priores 10. Ariſtotelis Problematum ſectiones, & Locorum de medicina ſelectorum librum unum, & alterum. *Mundinus Mundinius*, Vicetinus, cujus extat diſputatio, in qua ea, quæ de Semine

mine ſunt controverſa inter Peripateticos, veteres Medicos, & Neotericos, discutiuntur: de Genitura pro Galenicis adverſus Peripateticos & noſtræ ætatis Philoſophos ac Medicos disputatio, & ad hanc Additamentum apologeticum, in quo Æmilii Pariſani opinionem de Seminis a toto proventu, cæt. ab omni probabilitate alienam eſſe ſuſtinetur: Annotationes in Conſultationes & Reſponſa Hieron. Mercurialis. *Tarquinius Carpinetus*, Patavinus, cujus prodiit de Gutta ſive juncturarum dolore, quem arthritin dicunt, tractatus. *Angelus Sala*, Vicetinus, qui primus inter Chemicos nugari deſiit, circa a. 1609. Vitoduri in Helvetia artem factitans, 1613 & 1617. Hagæ Comitum, poſthæc Antonii Guntheri, Comitis Oldenburgenſis, Archiater, 1620 & 1625 Hamburgi degens, circa a. 1632. Guſtrovii Megapolitanus Archiater, adhuc 1639. ſuperſtes; qui permulta, pleraque omnia Chemici argumenti, compoſuit, perfrequenter ſeparate & conjuncte, variis etiam in linguis, edita.

§. 601. *Nicolaus Clavenna*, Bellunenſis, cujus extat hiſtoria Abſinthii umbelliferi, & Scorzoneræ Italicæ; cui *Pompejus Sprecchius* oppoſuit Antabſinthium Clavennæ. *Fulvius Angelinus*, Cæſenatenſis, qui de Verme admirando per nares egreſſo commentatus eſt. *Franciſcus Nola*, Parthenopæus, præcipuus autor de Angina Epidemia ſui temporis: de qua pariter ſcripſerunt, *Petrus Macaranus*, Siculus: & *Johannes Andreas Sgambalus*. *Petrus Foliata*, Cremonenſis, Philoſ. & Med. D. Collegiatus, Comes & Eques, qui 1611. 4. Febr.

beneficium fundavit pro nobilibus Cremonenſibus Medicinæ aut Juris ſtudioſis. *Alexius de Alexiis*, Med. D. & Romæ per multos annos artem exercens ac docens, †. anno ætatis 42, relictis pluribus manuſcriptis; ex cujus diſcipulis Petrus Servius Spoletanus & *Benedictus Aquilanus*: ipſe diſcipulus Marſ. Cagnati. *Maximi Aquilani*, medici & Philoſophi Piſani ſæculi XVI, liber de origine, qualitatibus, & ſpeciebus Peponum, ex Latina lingua in Italicam translatus a *Philippo Valorio* prodiit 1602. *Thomas Gianninus*, Iatrophyſicus Ferrarienſis, natus a. 1556. †. anno ætatis 82.

§. 602. Poſt a. 1610. *Epiphanius Ferdinandus*, Meſſapius, cujus ſunt Theoremata medica & Philoſophica tribus libris: celebres Centum Hiſtoriæ ſeu obſervationes & caſus medici: opus de Vita proroganda, juventute conſervanda, & ſenectute retardanda: de Peſte libellus. *Eugenius Petrellus. Ambroſius Floridus*, Patavinus, qui de annis Climactericis & diebus Criticis tractatum dedit. *Zacharias a Puteo*, Feltrenſis, a quo profecta, Officina Chemica, Clavis Medica rationalis Spagyrica, & Chirurgica, hiſtoria de Gumma Indica antaſthmatica, anthydropica & antipodagrica, &c. *Angelus Victorius*, Balneo-Regienſis, cujus Conſultationes poſt obitum ipſius a *Vincentio Manuncio*, Peruſino, in lucem editæ ſunt a. 1640. *Hieronymus Perlinus*, Romanus, cujus prodiit Declamatio adverſus morborum Contagionem hujusque autores & fautores, imo ſæculum in parte, ſeu præludium in ejusdem tres de Contagionibus ac morbis Contagioſis libros: Prælectiones Urbanæ, habitæ in Academia & cœ-

tu

tu medicorum ſparſim & alternatim ſuper variis locis Prorrheticorum Hippocratis: binæ Hiſtoriæ ſeu inſtructiones medicæ, phyſiologicæ, pathologicæ, & therapeuticæ, de binarum Mulierum curationibus, quibus loco præfationis adjuncta eſt Methodus ſcribendi hujusmodi hiſtorias, cum aliis nonnullis.

§. 603. *Joſephus Pandolphinus*, a Monte Marſtiano, cujus eſt præclarus liber de Ventoſitate Spinæ. *Johannes Contarenus*, Venetus, cujus extat liber de purgandis Enixis, & recto Bezaharticorum uſu. *Curtius Marinellus*, Venetus, libris ſuis de Morbis nobiliores Animæ facultates obſidentibus, & de Pharmacopœia multum laudis promeritus. *Bartholomæus Paſchettus*, Veronenſis, cujus prodiere de Deſtillatione, Catarrho vulgo dicta, libri 3. *Johannes Siſinius Amabilis*, qui de natura Fœtus ſcripſit. *Antonius Baldeſius*, Florentinus, cujus de Gangrænæ & Sphaceli diverſa curatione Quæſtionem collegit & recognovit a. 1616. *Johannes Caſtellanus*, Romanus, qui etiam ſcripſit phylacterion Phlebotomiæ & Arteriotomiæ. *Angelus Buſtus*, Venetus, qui ſcripſit de Mellis decenti quantitate pro Theriaca: quocum ſimul prodiit *Fabius Ulmus* de eadem materia. *Franciſcus Peccettius*, Cortonenſis, cujus laudanda eſt Chirurgia.

§. 604. *Cæſar Magatus*, Scandianenſis, †. 1647. cujus eſt inſigne opus de rara medicatione Vulnerum. *Thomas Groſſius*, Sipontinus, qui ſcripſit de ſex rebus Nonnaturalibus ita dictis, Lectiones de Febribus, cum quæſtione de Vino exhibendo in febribus a principio: Lectiones de

de morbis Capitis & Thoracis, cum quæſtione an vinum Nive refrigeratum propinari debeat? item de morbis infimi Ventris: inſuper Quæſtionem an morbi, qui in Italia, & præſertim in Gallia Ciſalpina hoc anno (1631.) evagantur, ſub nomine Peſtis, an vero inter Febres Peſtilentiales connumerari debeant? *Thomas Campanella*, Stilenſis Calaber, qui quidem non fuit medicus, ſed monachus Ordinis S. Dominici, attamen pro ſui ingenii amplitudine varia ſcripſit ad medicinam pertinentia, maxime Medicinalium juxta propria principia libros 7, item de Senſu rerum & magia, cæt. natus 1568. †. Pariſiis 1639. *Victorinus Mannius. Hieronymus Pinellus. Calliſtus Procaccinus*, de Monte Sancto Vito. *Albertus Quatrocchus*, qui ſcripſit de officinæ Pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum Ponderibus, in qua probatur, pondera monetaria Veneta reſpondere iis, quibus ætate Galeni utebatur antiquitas.

§ 605. *Antonius Cælius*, Meſſanenſis, cui debetur Introductio univerſalis ad medicam facultatem, cum commentario in primum librum Aphoriſmorum Hippocratis. *Hieronymus Dagronettus*, Siculus. *Johannes Jacobus Lazarus*, Siculus, qui de ſectione Venarum Cubiti in Puerperis ſcripſit. *Sebaſtianus Travus*, Taurinenſis. *Antonius Toſius* a Serra S. Quirici, cujus extat de Anthrace ſeu Carbunculo tractatus. *Hannibal Albertinius*, Cæſenas, autor trium eximiorum librorum de Cordis affectionibus. *Hieronymus Franzoſius*, Veronenſis. *Johannes Manelphus*, Eretanus, Sabinus,

nus, vel de Monterotundo, Profeſſor Med. in Romano Sapientiæ Archigymnaſio, qui bonos edidit libros de Fletu & Lachrymis, de Helleboro, de Febribus, Reſponſionem ad Annotationes Proſperi Martiani in commentationem Marſilii Cagnati ſuper Aphoriſmo Concocta Lib. I. Aphor. 22., de parte affecta Pleuritidis, Menſam Romanam ſive Urbanam victus rationem, &c.

§. 606. *Petrus Maria Caneparius*, Cremenſis, clarus ex libro de Atramentis. *Petrus Caſtellus*, Romanus, & poſtea Meſſanenſis Profeſſor, cujus multa ſunt pereximia volumina, nominatim Epiſtolæ medicinales, Epiſtola una & altera de Helleboro, ſcilicet ſub ejus nomine ſimpliciter prolato apud veteres intelligendum eſſe album: Hortus Meſſanenſis: de Smilace aſpera: de qualitatibus Frumenti Meſſanenſis: Opobalſamum examinatum: Hyæna odorifera: Chalcanthinum dodecaporion, ſive duodecim dubitationes in uſu olei Vitrioli, cum defenſione veterum in Arſenici atque Sandarachæ potu: de abuſu Phlebotomiæ: de venæ Seilem phlebotome: de abuſu circa dierum Criticorum enumerationem: Emetica, ſive de vomitu & vomitoriis libri 10: de Efferveſcentia: de Viſitatione ægrotantium: de Febre Tritæophya: in Hippocratis Aphoriſmos primi libri critica doctrina: Optimus medicus; &c. *Octavianus Caſtellus*, Spoletinus, Romæ Profeſſor Med., †. 1642; idem clarus Poeta & Comœdiarum ſcriptor. *Michael Zanardus*, Bergomenſis, natus 1570. †. 1642., a

 quo

quo luci publicæ datæ diſputationes de Univerſo Elementari, & de Univerſo Parvo, mixto homine, usque in ſenium conſervando. *Franciſcus Collutius*, Veliternus, qui ſcripſit de querelis Nephriticis ex renum calculo libros 3. *Johannes Baptiſta Carneváls*, Stilenſis Calaber, cujus prodiit liber de Epidemico Strangulatorio affectu. *Aëtius Cletus*, Signinus, cujus extant, Dodecaporion Chalcanthinum, (eadem inſcriptione cum opere Petri Caſtelli:) Dilucidatio in Aphorismum 22. primæ ſectionis, pro defenſione interpretationis Marſilii Cagnati: de morbo Strangulatorio opus.

§. 607. Poſt a. 1620: *Prothus Caſulanus*, Senenſis, qui de Lingua ut ſigno egregie ſcripſit. *Valentinus Junior*, cujus extat Obſervatio admiranda de ejectione Membranarum ſanguinolentarum per ſeceſſum formam Viperæ referentium. *Franciſcus Spinæus*, qui de hominis Procreatione librum edidit. *Franciſcus Scacchus*, Fabrianenſis, qui ſcripſit de ſalubri Potu. *Alexander Peccana*, Veronenſis, cujus extant de Chondro & Alica libri 2. *Franciſcus Rubeus*, Genuenſis, cujus perbonæ ſunt Nocturnæ Exercitationes in medicas Hiſtorias, quæ plurimum conducunt ad artem prædicendi in morbis acutis. *Proſper Martianus*, Saxolenſis, cujus Notationes in opera Hippocratis a nonnullis pro præſtantiſſimis omnium habentur. *Franciſcus Martianus*, cujus prodiit Antiparalogismus ad ea, quæ Aëtius Cletus & Johannes Manelphus ſcripſere contra annotationem Proſperi Martiani,

tiani, ad Marſilium Cagnatum, in quo recentiorum medicorum abuſus notantur circa Venæſectionem potiſſimum in Pleuritidis curatione.

§. 608. *Antonius Santorellus*, Nolanus, Profeſſor Neapolitanus, †. 1653. 1. Octob. natus annos 72, a quo conſcripta eſt Antepraxis medica, i. e. quæ praxin medicinæ aggreſſuris prænoſcere eſt neceſſarium, libris 21: Poſtpraxis medica, ſeu de medicando defuncto liber unus: de Sanitatis natura libri 24. *Bartholomæus Accurſinus*, Corſignanenſis, cujus prodiit in lucem Tractatuum & Conſultationum medicinalium tomus prior. *Franciſcus Pona*, Veronenſis Patricius, Med. D. Patavii creatus anno ætatis 20, hinc Collegio Med. Veronenſi adſcriptus, a quo evulgata, Antidotus bezoartica adverſus omnia venena: medicinæ Anima, ſive rationalis praxis epitome: Prudentia medica: academico-medica Saturnalia: de Lycanthropis: Conſultationes; cæt. idem quoque Poeta. *Thomas Broncorus*, Neapolitanus, cujus extat de populari & peſtilenti Gutturis affectione (Neapolitani regni.)

§. 609. *Franciſcus Bruſchius*, Mantuanus, a quo conſcripta Promachomachia Iatrochemica, in quo Chemiatricæ præſtantia adverſus miſochemicum pugnando propugnatur. *Philippus Benitius*, Florentinus, tandem Generalis Præfectus ſodalitii Servitarum B. Mariæ Virginis. *Æmilius Pariſanus*, Profeſſor Romanus, cujus extat ingens opus, ſed non ideo melius, Nobilium Exercitationum de Subtilitate, 3.

 par-

partibus. *Jacobus Caranta*, Cuneas, a quo luci publicæ expoſiti Decadum medico-phyſicarum liber primus de natura Auri arte facti, & num ſit pharmacum cordiale: & liber unicus de natura Viſionis, in quo demonſtratur, viſionem fieri extramiſſione, & difficillimorum morborum oculos afficientium facillima traditur cognitio & curatio. *Stephanus Calander*, cujus prodiit Chirurgicæ facultatis Compendiaria. *Philippus Savona*, Panormitanus, a quo ſcriptæ Deciſiones medicinales quoad diagnoſin & prognoſin, novo ſcribendi modo primum invento. *Julius Philippellus*. *Petrus Piernus*.

§. 610. *Johannes Stephanus*, Bellunenſis, cujus Opera univerſa, poſt ſeparatas editiones conjuncte excuſa, ſunt commentarii in diverſos libros Hippocratis, paraphraſis in unam & alteram Fen Avicennæ, commentarius in Ariſtotelis libellum de Conſervatione ſanitatis, de Hippocratis Theologia dialogus, diagoge ad Sanitatem diu ſervandam, liber de Vertigine, de Contagionis natura, Cosmetice qua ſingulis fœditatibus & nævis, qui faciem maculant, probata apponuntur remedia, Conſiliorum 10. decades, Symmixis ſeu Miſcellanea phyſicarum iatricarumque quæſtionum, Carminum libri tres. *Caſpar Marcucius*, Lucenſis, cujus eſt de Jejunio & eſu Piſcium in vere diſputatio adverſus Leonh. Fuchſium, & Quadripartitum Melancholicum. *Joſephus de Aromatariis*, Aſſiſias, cujus pater *Phavorinus*, etiam medicus, avunculus paternus & educator *Reinerius*, medicus

dicus & Chirurgus; natus circa a. 1588, Philoſ. & Med. D. Patavii anno ætatis 18, poſthac medicinam Venetiis per 50. annos continuos exercens, †. 1660. 6. Jul. clarus ob librum de Rabie contagioſa, & præfixam epiſtolam de generatione Plantarum ex Seminibus, ubi primus generationem animalium omnium ex ovo docuiſſe dicitur; inſuper ſcripſit Italice vitam Joh. Baptiſtæ de Fabris, variaque ad Philologiam & Eloquentiam pertinentia. *Tobias Aldinus*, Cæſenas, Botanicus Pontificius & medicus Odoardi Cardinalis Farneſii, Præfectus Horti Farneſiani, cujus nomine prodiit Deſcriptio rariorum quarundam Plantarum iſtius horti, ad quam tamen perficiendam opera *Petri Caſtelli*, amici ſui, uſus eſt, unde hic a quibusdam pro vero autore habetur.

§. 611. *Marcus Antonius Zimara*, Neapolitanus, cujus celebre eſt Antrum Magico-Medicum, 2. partibus, præter quod edidit Ariſtotelis atque Averrhois opera cum annotationibus, aliaque ad Philoſophiam naturalem ſpectantia. *Johannes Hieronymus Bronzerius*, Rhodiginus, natus 1577. 17. April. Patavii 1597. 12. Febr. Philoſ. & Med. D., hinc medicus ſtipendiatus Coloniæ Venetorum, deinde urbis patriæ, denique Protomedicus Belluni, †. 1630. idem Aſtrologiæ addictus, cæterum, præter inedita, autor librorum de innato Calido & naturali ſpiritu, adjecta dubitatione de principatu Jecoris ex anatome lampetræ: & de principio effectivo Semini inſito. *Alexander Alexius*, Patavinus,

vinus, practicus Ateſtinus celebris, cujus extant Conſilia, cum epitoma Pulſuum: de Syrupo Roſato ſolutivo libellus: Cratylus morborum. *Hieronymus Monteclarius.* *Aloyſius Albertus*, Patavinus, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, ejusque Provincialis, Profeſſor S. Scripturæ Patavii, †. 1628. natus annos 68, qui propter Disputationes de Nutritione, Augmento, & Generatione, inter ſcriptores medicos annumeratur.

§. 612. *Galeatius Landrinus*, Ferrarienſis, cujus prodiere Problemata ad Sanitatem & Ægritudinem, Vitæ brevitatem ac longitudinem, nec non hominis vitam ipſam & Mortem ſpectantia. *Petrus Valerius*, qui ſcripſit de Incolumitate diu ſervanda & de humanæ mentis immortalitate. *Hyacinthus Alferius* aut *de Alpherio*, Ilicetanus, Phyſicus Foggianus, cujus extant, opus de Peſte & vera diſtinctione inter febrem Peſtilentem & Malignam, cum accedente tractatu de Variolis & Morbillis; & opus de præſervatione a Calculis atque cunctis fere morbis deque Renalium medulla. *Victor Cardelinus*, Baſſanenſis, cujus ſunt de origine Fœtus libri 2. *Valerius Martinius*, Venetus, a quo edita, totius medicinæ Practicæ collectio, cui acceſſit Certitudinis medicinæ conſtitutio: de veneno Peſtilenti ac de peſtilentia tractatio: Enchiridion, in quo de univerſa Febrium, earumque ſymptomatum, natura, cognitione, & curatione agitur: Opuscula, in quibus de Veſicantium, Sinapismorum, Cucurbitularum ſiccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictio-

ctionum, Lotionumque crurum ac pedum recta adminiſtratione, cæt. Subtilitatum veriloquia, Magia phyſica 3. partibus, cæt.

§. 613. *Maxentius Picinus*, Lycienſis, cujus prodiit Antitheſis veteris & recentis medicinæ, ſeu de uſu medicamenti Expurgantis in Febribus, item Apologia pro Jacobo Bonaventura, Clementis VIII. PP. medico, adverſus Marium Zuccarum de victu Parthenopæo. *Johannes Baptiſta Sorus. Horatius Lymbiſanus*, Corigliano-Calaber, Med. Profeſſor Extraordinarius Neapoli, cujus extant Conciliationes & Deciſiones medicæ ſuper finitiones Actionis depravatæ, diminutæ, morbi & Symptomatum, Excretorum & Retentorum Anton. Santorelli, in quibus carpitur a Franciſco Roſſello: de Febribus libri 3, de Peſte libri 4, de Terræmotu, prout peſtis cauſa eſt, disputatio. *Marcus Aurelius Severinus*, Crathigena-Tharſienſis, natus 1580. †. 1656. 15. Jul. ex Jurisconſulto medicus, & Neapoli Profeſſor Anatomiæ, fama meritisque longe celeberrimus, & plurimorum voluminum præſtantiſſimorum autor, in quibus eminent, de recondita Abſceſſuum natura libri 8, de Efficaci medicina libri 3, Zootomia Democritea, trimembris Chirurgia, Seilo-phlebotome caſtigata, ſive de venæ Salvatellæ uſu & abuſu cenſura, &c. *Mauritius Tirellus*, qui ſcripſit de hiſtoria Vini & Febrium libris 2, & de febre Maligna. *Johannes Vigantus.*

§. 614.

§. 614. Poſt a. 1630: *Johannes Imperialis*, Vicetinus, applauſum meritus Muſæo hiſtorico & phyſico, quorum altero illuſtrium literis virorum imagines ad vivum expreſſæ, additis elogiis, altero animorum imagines continentur: item Deſcriptione hiſtorico-medica Peſtis anni 1630. *Johannes Dominicus Magliocca*, Parthenopolitanus, cujus prodierunt diſputationum medicarum Phyſiologicarum, Ætiologicarum, Semeioticarum, Therapeuticarum partes 3. tomi primi: & de internis Capitis affectibus volumen. *Hippolytus Antonellus* junior, Foroſempronianus; a quo typis mandata, Apparatus animadverſionum in autoritates & rationes, quibus Hippol. Obicius vinum exhibet ægrotis omni tempore in omni febre: & de Cucurbitula libellus. *Antonius Donatus*. *Johannes Ronconius de Mutiliana*, Florentinus, cujus eſt tractatus medico-philoſophicus de Seri lactis natura, uſu, & præparatione. *Franciſcus Maria Riparius*, Cremonenſis, Phyſicus ibidem Collegiatus, Comes & Eques. *Marcus Antonius Alaymus*, aut Alaymo, Racalbutenſis Siculus, natus 1590, Med. D. Meſſanæ. 1610, Panormi ſedem conſtituens 1616, laudem fugatæ peſtis Siculæ 1624. promeritus, dictus in ſepulchrali elogio Nob. Salutaris Academiæ Panormitanæ Inſtitutor & Princeps (quaternis vicibus,) Perilluſtris Deputationis Sanitatis Deputatus, Perilluſtris Præt. pluries Conſultor, Sacræ Congregationis Eccleſiæ S. Mariæ Agonizantium Fundator, †. 29. Aug. 1662; eique funebrem laudationem habuit *Andreas Vetranus*, medicus Panormitanus; ſcriptorum vero ejus prodierunt, diſſertatio

tatio de præſervatione morbi Contagioſi & peſtiferi, qui nunc (1625.) regnat Panormi & in aliis urbibus locisque Siciliæ, Italice: item Italice, Conſilia medico-politica occaſione peſtis conſcripta juſſu Senatus Panormitani: Latine vero conſultatio pro Ulceris Syriaci nunc vagantis curatione, ad *Thomam*, & *Johannem Vincentium*, ejus fratres, etiam Medicinæ Doctores: & de Succedaneis medicamentis opusculum.

§. 615. *Petrus Servius*, Spoletinus, Romæ Profeſſor medicinæ Theoricæ, idem quoque bonus Philologus, †. 1648, cujus extant multi egregii libri, ut, Proluſio an Juvenis eſſe poſſit abſolutus medicus, & ad faciendam medicinam plane idoneus? de Facultatibus medico neceſſariis, utilibus, commodis: Inſtitutionum, quibus tirones ad medicinam informantur, libri 3: ad librum de Sero lactis Steph. Roderici Caſtrenſis declamationes ſeu privatæ quædam ac domeſticæ exercitationes ſub nomine *Perſii Trevi*: de Odoribus: de Unguento Armario, &c. *Sebaſtianus Naſius*, qui edidit Speculum methodi medendi. *Vivianus Viviani*, cujus prodiit de Peſte apologia. *Alexander Righius*, Florentinus, qui dedit hiſtoriam Contagioſi morbi, qui Florentiam 1630. populatus fuit. *Michael Angelus Rota*, Venetus, Philoſ. & Med. D. natus 1589. †. 1662, in patria urbe artem faciens, Pauperum pater dictus, cujus prodiit Apologeticum ſive Quæſtiones disputatæ de Peſte Veneta a. 1630, Commentarii ſuper Hippocratis varios libros, Conſiliorum centuriæ 3, cæt. *Alexander*

de

de Vicentinis, qui ſcripſit de Calore per motum excitato atque de Cœli influxu in ſublunaria, cum annexis aliis.

§. 616. *Johannes Nardius*, Florentinus, cujus ſunt eruditi libri, Lactis phyſica analyſis, de Igne ſubterraneo, de Rore, de duplici Calore vel Apologeticon in Fort. Liceti Mulctram, Noctium Genialium phyſicarum annus primus, in Lucretium commentarius cum figuris, cæt. *Alphonſus de Donnolis*, vel Donnolus. *Philippus Juſtus*, Utinenſis, cujus extat diſputatio adverſus Galenum de fomite Putredinis in febribus putridis continuis: & inquiſitio de Peſte. *Julius Cæſar Benedictus* a Guelfalione, Aquilanus, Profeſſor Romanus, †. 1656, cujus laudandi ſunt Epiſtolarum libri 10, Conſultationum opus, de Pepasmo ſeu coctione, de loco in Pleuritide. *Vincentius Baronius*, Meldulenſis, qui 2. præclaros libros edidit de Pleuripneumonia. *Hyacinthus Trabona*, Siculus, qui ſcripſit de medicamento Purgante quarta die.

§. 617. *Johannes Baptiſta Magatus*, Cæſaris frater, cujus quoque raram Vulnerum curationem ſingulari tractatu contra Dan. Sennertum defendit: præterea extat ejus tomus primus Conſiderationum medicarum, quibus potiores difficultates in praxi contingentes expenduntur. *Franciſcus Arcellinus*, Siculus. *Liberatus de Liberatis*, qui ſcripſit Podagram Politicam ſeu tractatum podagricum civili compoſitum doctrina, varia lectione & politicis ſententiis refertum; adjectis Conſiliis 4. ſimilis argumen-

gumenti. *Julius Recalchus*, cujus eſt liber de febre Typhode. *Andreas Argolus* a Tagliacozzo, natus 1570, medicus, Mathematicus, maximeque Aſtronomus celeberrimus, circa 1621. Neapoli degens, deinde Profeſſor Mathematum in Romano Sapientiæ Archigymnaſio, inde, quum propter Aſtrologicas prædictiones aut liberiorem linguam aliasve rationes in varia pericula incurriſſet, Venetias digreſſus poſt annum 1632, mox eodem a. 23. April. Patavii Mathematum Profeſſor conſtitutus, nec multo poſt Eques S. Marci, †. 1657. (Facciolat. 1658.) 27. Septemb. cujus, præter plurima Aſtronomica, prodierunt de diebus Criticis & de Ægrotorum decubitu libri 2, valde nonnullis laudati, item Iſagoge ad opus de diebus Criticis. *Vincentius Riſica*, Siculus.

§. 618. *Cæcilius Folius*, Fananenſis, cujus extat Sanguinis a dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum defluentis facilis reperta Via, & in Lactis nuper repertas venas animadverſio: item Auris internæ nova delineatio; ſed pro juvene arrogante reique anatomicæ imperito habitus. *Joſephus Donzellius*, Neapolitanus medicus, qui de Opobalſamo ſcripſit. *Stephanus de Gaſparis*, cujus prodiit Opobalſami Romæ in Theriaca adhibitæ oppugnatio. *Peregrinus Pitorius*, cujus pariter edita eſt Opobalſami Romani cenſura. *Trivultius Giaquintius*. *Samuel Chabibus*. *Severus Albertonus*, Cremonenſis, Jureconſultus, Medicus, & Philoſophus, †. 1646. annos natus 36.

§. 619. Poſt annum 1640: *Facundinus Angelinus*, Ariminenſis, cujus extat methodus pro Venæſectione eligenda. *Johannes Benedictus Sinibaldus*, Leoniſſius, Protomedicus & Profeſſor Romanus, †. 1658; cujus laudanda Geneanthropia, ſive de hominis generatione decateuchon: & Hippocratis Antiphωnῶn libri 5. *Petrus Corteſius*, Siculus, qui de diebus Decretoriis ſcripſit. *Simon Acampus* junior, Neapolitanus, Phyſiatrus & Sacerdos, qui edidit avi ſui cognominis, celebris vergente ſæculo XVI. medici Neapolitani, Commentaria in diverſos Galeni libros. *Ezechiel de Caſtro*, cujus extat Ignis lambens, rarum pulchreſcentis naturæ ſpecimen: & Amphitheatrum medicum, in quo morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab Animalibus, debellantur, liber primus. *Johannes Baptiſta Spuntonus*, cujus prodiit Conechidnelogia, hoc eſt, pulveris Viperini diſcurſus. *Hyacinthus Jordanus*, de S. Agatha Apuliæ, monachus Ordinis Prædicatorum, idemque Med. D., Rector Collegii ſui Ordinis Neapoli, qui ſcripſit Theoricam medicinam S. Thomæ aliorumque SS. Patrum.

§. 620. *Dominicus Panarolus*, Romanus, cujus extant Polycarponia ſeu variorum fructuum labores, inprimisque magni æſtimatæ Iatrologiſmorum ſeu medicinalium Obſervationum pentecoſtæ quinque. *Matthias Naldius*, Senenſis, ibidem, poſteaque Piſis, denique Romæ Profeſſor Med., & Alexandri VII. PP. Archiater, †. 1682. provecta admodum ætate; inclytus edito libro de Pamphilia

ſeu

ſeu mundi univerſi amicitia, annotationibus in Aphoriſmos Hippocratis, regulis pro curanda Contagione Italice, rei medicæ Prodromo; cui immortuus. *Lælius Zaccagninus*, Romanus, cujus ſunt Notabilium medicinæ libri 2, Quæſtiones medicæ, Conſultationes, cæt. *Guilielmus Lupus*, Cremonenſis. *Antonius Vincentius de Petrone* aut *de Petrogone*, ſive Petronus, Salernitanus, medicus Neapolitanus, Academicus Ocioſus, Salerni Profeſſor Philoſophiæ primarius, deinde Piſis Profeſſor Med. Ordinarius, †. 1655. 18. Jun. natus annos 41; qui ſcripſit literarium Duellum inter Salernitanos & Neapolitanos medicos de Inteſtinorum Phlegmone, unà cum *Michaelis Roſcii* Apologia: aliud Duellum de Hepatis Inflammatione: de Vermiculis quibusdam Cucurbitini ſeminis referentibus ſpeciem, in cervorum & aprorum hepate inventis; & alia.

§. 621. *Florius Bernhardus*, cujus prodiit exercitatio de ultimo corporis Alimento, cum aliquot digreſſiunculis. *Benedictus a Caſtro. Matthias Moronus*, primum practicus Caſale, deinde Protophyſicus Ducatus Montisferratenſis, ſimul Ludovici XIII. Galliarum Regis Conſiliarius & Archiater, †. 1650. natus annos 53, cujus eſt perutile Directorium Medico-Practicum. *Thomas Cornelius*, *Conſentinus* a patria dictus, ſimul acutus Philoſophus & Mathematicus, Neapoli docens, cujus edita ſunt Progymnasmata Phyſica, aut alio nomine Phyſiologia. *Jacobus Antonius Clavenna*, cujus extat liber ſub titulo, Clavis Clavennæ, aperiens naturæ theſaurum ejusque gemmas depromens, vi-

res ſcilicet Plantarum, in generali earundem Hiſtoria ex Dalechampio potiſſimum ſumta a Guil. Rouillio, ſparſim deſcriptas, cæt. *Joſephus Galeanus*, qui etiam *Brunonis Cibaldi* nomen aſſumſit, Siculus. *Laurentius Rodomontes*. *Ludovicus Locatellus*, Bergomenſis, practicus Mediolani, & Genuæ, ubi †. 1657. nondum ſenex, Chemiæ deditus, cujus prodiit Theatrum Arcanorum chemicorum.

§. 622. *Carolus Avantius*, Rhodiginus, Philoſ. & Med. D., rei Herbariæ inprimis peritus, qui Annotationes edidit in Bapt. Fieræ Cœnam. *Petrus a Caſtro*, e Collegio Phyſicorum Veronenſium, & Archiater Ducis Mantuani, Socius Academiæ Naturæ Curioſorum, †. 1663. 14. Septemb. cujus ſunt boni libri, Febris maligna Puncticularis aphoriſtica methodo delineata, Peſtis Neapolitana, Romana, & Genuenſis annorum 1656 & 1657. fideli narratione delineata & commentariis illuſtrata, Imber aureus ſeu Chilias Aphoriſmorum ex libris Epidemion Hippocratis eorumque Franc. Valleſii Commentariis extracta, ſcheda de Oleo ſuo antipleuritico, obſervatio de Loquela mutis & Auditu ſurdis reſtituto, Bibliotheca medici eruditi, &c. *Bartholomæus Bonaccurſus*, inter Bononienſes jam commemoratus, cujus tamen adhuc annotandi libri de humano Sero ſeu de Urinis, & de malis Externis. *Joſephus Mancuſius*, Siculus. *Conſtantinus Granitus*. *Hieronymus Ochus*, Rizetus, cujus ſunt de Peſtilentibus & Venenoſis morbis libri 4, & de febribus Malignis Vulgaribus Auſtrinis tractatus: de Febribus libri 3, cum 3. Paradoxis

&

& libro de Humoribus. *Felix Calvus*, Bergomenſis, Chirurgiæ Doctor Patavii creatus, in arte ſua feliciſſimus, quam exercuit Mediolani & in patria urbe, ubi †. 1661. 21. Jun. natus annos 73; ſcripſitque de Aneurismate, de ulceribus Cancroſis, de vulneribus Capitis, de Scirrho. Ejus filius *Johannes Antonius*, Med. D.

§. 623. Galli; Monſpelienſes: *Jacobus Pradilles*, Monſpelienſis, Profeſſor 1603, Decanus 1617, †. 1619. *Balthaſar Gariel*, Demonſtrator Anatomicus 1604, †. 1626. *Michael Morel*, Monſpelienſis, Demonſtrator Anatomiæ 1605, †. 1623. *Franciſcus Ranchinus*, Monſpelienſis, Profeſſor 1605, Cancellarius 1609, †. 1641; cujus Opuſcula, ab Henr. Gras a. 1627. edita, comprehendunt Apollinare ſacrum de Monſpelienſis univerſitatis origine, progreſſu, adminiſtratione, cæt. commentarium in Hippocratis Jusjurandum, tractatum de morbis Subitaneis, aliosque de diverſis morborum generibus, alium de Conſultandi ratione, cæt. poſthumi autem prodierunt 2. tractatus, de morbis ante Partum, in partu, & poſt partum; de Purificatione rerum infectarum poſt Peſtilentiam: denique Quæſtiones in Chirurgiam Guid. de Cauliaco Gallice. *Jacobus de Tellier*, Ambianenſis, Doctor Aggregatus Monſpelienſis Facultatis 1605; quo anno Aggregatio, qua Doctores alii emolumenta Facultatis participant, ad duos tantum reducta eſt. *Johannes Delort*, Arvernus, Profeſſor 1610, Decanus 1632, †. 1638.

§. 624. *Laurentius Coudin*, Carcaſſonnenſis, Profeſſor 1619 poſt longam cauſæ in judicio actionem †. 1620. *Georgius Scharpe*, Scotus, Profeſſor 1619, Bononiam digreſſus 1634, †. 1638, quo anno ipſius Inſtitutiones medicæ a filio *Claudio* editæ ſunt. *Lazarus Riverius*, Monſpeſſulanus, Profeſſor 1622, †. 1655, in Practicis magnam famam conſecutus, cujus Opera, integrum velut medicinæ ſyſtema comprehendentia, ſæpius excuſa ſunt. *Simon Courtaud*, Monſpeſſulanus, Profeſſor 1622, Decanus 1639, †. 1664. *Martinus Richer de Belleval*, Blæſenſis, Profeſſor 1623, Cancellarius 1641, †. 1664. *Jacobus Duranc*, Monſpelienſis, Doctor Aggregatus 1623, Profeſſor 1639, †. 1652. *Rudolphus Ranchinus*, de Uſez, Demonſtrator Anat. 1623, quo munere ſe abdicavit 1630.

§. 625. *Theodoricus Haguenot*, Demonſtrator Anat. 1627, †. 1649. *Ludovicus de Solignac*, Burdigalenſis, gener Joh. Delorti, Profeſſor 1639, Decanus 1665, †. 1676. *Petrus Sanche*, pater, Monſpelienſis, Aggregatus Doctor 1639, Profeſſor 1641, †. 1668. *Franciſcus Niſſolus*, Monſpelienſis, Demonſtrator Anatom. 1639, Doctor Aggregatus 1642, † 1647. *Antonius Ribot*, Bormenſis ex Provincia, Demonſtrator Anatomiæ 1642, usque ad 1649. *Franciſcus Auziére*, Doctor Aggregatus 1647, †. 1659. *Thibaut Gente*, de Bagnols, Demonſtrator Anatom. 1649, †. 1659.

§. 626. Doctores Monſpelii creati: *Johannes de Lorme*, de Moulins, vid. ſupra §. 427. *Johannes*

nes Heroard, Monspelienſis, Archiater Regis Ludovici XIII. 1610, †. 1627. *Carolus de Lorme*, de Moulins, primarius medicus Ordinarius Regis Ludovici XIII. 1611, Archiater Gaſtonis de Francia, Ducis Aurelianenſis, †. 1678, natus annos 91. *Franciſcus Vautier*, Arelatenſis, Archiater Regis Ludovici XIV. 1647, †. 1652. *Antonius Valot*, Archiater ejusdem Regis 1652, †. 1671. *Franciſcus Curæus* (Cureau) *de la Chambre*, Cenomanus, primarius medicus Ordinarius Regis Ludovici XIV, & Archiater Reginæ Mariæ Thereſiæ Auſtriacæ 1660. *Marinus Curæus de la Chambre*, Cenomanus, primarius medicus Ordinarius & Conſiliarius Regis Ludovici XIV, unus ex quadraginta Membris Academiæ Francicæ, Socius Academiæ Regiæ Scientiarum, †. Cenomani 1669, menſe Novembri, natus annos 75; etiam in Theologicis ac Philoſophicis apprime verſatus, multorum librorum Gallicorum, philoſophici potiſſimum argumenti, autor, medicæ vero claſſis eſt ille, ſimiliter Gallice conſcriptus, Conjecturarum ſuper Digeſtione, item alius Latine compoſitus, inſcriptus Novæ methodi pro explanandis Hippocrate & Ariſtotele Specimen. *Paulus de Boisgautier*, Blæſenſis, medicus Margaritæ Lotharingæ conjugis Gaſtonis de Francia, fratris Regis Ludovici XIII. *Franciſcus Sanchez*, *Johannes Queirats*, *Franciſcus Citeſius*, cæt. poſtea referentur.

§. 627. Varii: *Johannes Nicolai*, Pariſienſis, qui univerſæ medicinæ Compendium edidit. *Johannes Robinus*, cujus prodiit enchiridion Iſagogicum ad facilem notitiam Stirpium quæ coluntur in

ejus Horto. *Petrus Robinus*, cujus obſervatio rara de Linguæ ulcere inter illas Hildani reperitur. *Franciſcus Citeſius*, (Citois,) natus Auguſtoriti Pictonum 1572, anno ætatis 26. Med. D. Facultatis Monspelienſis ſecundum Joh. Aſtruc, ſed Facultatis Pictavienſis ſecundum Dreux du Radier, deinde Profeſſor Pictavienſis, medicus Cardinalis Richelii, & poſtea quoque Regius, 1630. Decanus ſuæ Facultatis, †. 1652; plurimum laudis promeritus pluribus opusculis, ut ſunt diſſertatio de tempeſtivo Phlebotomiæ ac Purgationis uſu, Abſtinens Confolentanea, eadem Abſtinentia puellæ Confolentaneæ ab Iſr. Harveti confutatione vindicata, de novo & populari apud Pictones dolore Colico bilioſo diatriba, &c. omnia deinde conjuncte recuſa. *Theodorus Turquet de Mayerne*, Liber Baro Albonæ, natus Genevæ circa 1572, Med. D. Facultatis Monspelienſis, Henrici IV. Regis medicus Ordinarius, ſed quum propter uſum Chemicorum medicamentorum a Facultate Pariſienſi premeretur, in Angliam digreſſus factusque Archiater Regum Jacobi I. & Caroli I. †. 1654, aut 1655, inter cujus plura volumina practici generis, (conjuncte etiam edita,) eſt Apologia, in qua videre eſt, inviolatis Hippocratis & Galeni legibus, remedia Chemice præparata tuto uſurpari poſſe: de Gonorrhoeæ inveteratæ & Carunculæ ac Ulceris in meatu urinario curatione epiſtola una & altera inter Obſervationes Fabricii Hildani; &c.

§. 628. *Nicolaus de Pontoux*, Med. D. Facultatis Monspeſſulanæ, natus 1574. †. 1620. 9. Septemb.

ptemb. ſimul Poeta. *Clemens Cyriacus Demangin,* de Gigny-ſur-Sône, Philoſophus, Mathematicus, & Theologus, Med. D. Bononiæ 1600. gratis renunciatus, †. 1642. 24. Octob. prope 72. annorum. *Johannes Taxil.* *Iſrael Harvetus,* Aurelianenſis, cujus prodiit Defenſio Chemiæ adverſus apologiam & cenſuram Scholæ Medicorum Pariſienſium, & in easdem *Guilielmi Baucyneti*, medici Aurelianenſis, notationes: Demonſtratio veritatis doctrinæ Chemicæ adverſus Joh. Riolani Comparationem veteris medicinæ cum nova, cæt. *Johannes Riolanus,* filius, natus Pariſiis 1577. †. 1657. Profeſſor ibidem Anatomes & Botanicæ, Collegii Decanus, tandemque Reginæ Mariæ Mediceæ medicus Primarius, dexterrimus mundiſſimusque anatomicus, idemque eruditiſſimus, ſed qui in reliquos omnes quaſi dictaturam affectavit: a quo profecta ſunt, aliquot opuscula contra Chemicos, nominatim contra Joſeph. Quercetanum, & Iſr. Harvetum, etiam ſub nomine *Johannis Antharveti*: Schola Anatomica, Anatome, Oſteologia, Anthropographia, Anthropographia & Oſteologia triplo auctiores, Opera Anatomica vetera auctiora & quam plura nova, Opuscula Anatomica nova, Opuscula Anatomica varia & nova, Enchiridion Anatomicum & Pathologicum, cæt.

§. 629. *Philippus Odet*, Nancejanus, Nobilium Ordini adſcriptus a. 1605. 16. Mart. *Thomas Montſaint.* *Paulus Renealmus*, Blæſenſis, qui ſcripſit ex Curationibus Obſervationes, quibus videre eſt, morbos tuto, cito, & jucunde poſſe de-

bellari, ſi præcipue Galenicis præceptis Chemica remedia veniant ſubſidio: item ſpecimen hiſtoriæ Plantarum. *Petrus Palmarius*, cujus prodiit Lapis Philoſophicus dogmaticorum, quo Paracelſiſta Libavius reſtituitur, Scholæ medicæ Pariſienſis judicium de Chemicis declaratur, Cenſura in adulteria & fraudes parachemicorum defenditur, aſſerto vero alchemiæ honore: item Laurus Palmaria, fugans ventaneum fulmen cyclopum aliquot, falſo Scholæ Pariſienſis nomine evulgatum in librum Petri Palmarii. *Caſpar Triſtan*, qui ſcripſit de Clerico medico. *Ludovicus Savot*, natus à Saulieu in diœceſi Auguſtodunenſi circa 1579, †. Pariſiis circa 1640, Medicinæ Baccalaureus 1604, Licentiatus 1610, idem Pariſiis Profeſſor Med. & medicus Regius, qui ſcripſit de Tetragoni Hippocratici ſignificatione contra Chemicos, aliaque.

§. 630. *Guilielmus Ballonius*, (de Baillou) Pariſinus, ibidemque Facultatis medicæ Decanus. Delphini Galliarum medicus, natus 1538, †. 1616, (ad ſuperius ſæculum referendus,) ob Hippocraticam Obſervandi methodum inprimis magni faciendus, multorum voluminum, maxime practicorum, autor, quæ demum poſt ipſius obitum lucem aſpexerunt publicam, ut ſunt Conſiliorum tomi 3, Epidemiorum & Ephemeridum libri 2, Adverſaria, Definitiones medicæ, in Theophraſtum de Vertigine, liber de Rheumatiſmo & Pleuritide dorſali, de Convulſionibus, de Virginum & Mulierum morbis, opuſcula de Arthritide, Calculo, & Urinarum hypoſtaſi; in quibus Galeni & veterum autoritas

con-

contra J. Fernelium defenditur. *Franciſcus Sanchez*; vid. inter Luſitanos. *Jacobus Contant*, (Contentus,) ejusque filius *Paulus*, ambo Pharmacopœi Pictavienſes, quorum prodiere Gallice diverſæ Exercitationes ad illuſtranda ac ſolvenda complura dubia, quæ in nonnullis capitibus Dioſcoridis occurrunt, cæt. *Pauli*, †. 1632, etiam Hortus, & ſecundus Eden, verſibus Gallicis. Eorum amici, *Franciſcus Carré*, gener Pauli, Med. D. & Facultatis Pictavienſis Decanus, †. 1630. *Beroaldus de Verville*, Med. D.: *Antonius Rabaud* aut Rabault, Decanus Facultatis poſt Citeſium: *Johannes de Raſſou*, ſucceſſor Rabaudi: *Jacobus de Mairé*, qui Raſſoui ſucceſſor fuiſſe videtur: *Franciſcus Arnaudet*, Chirurgus: *Samuel Veyrel*, Pharmacopœus de Saintes. Alii medici Facultatis Pictavienſis circa hæc tempora, præter alibi dictos, *Antonius Jaquet*, *Johannes Engaine*, *Petrus de Lugré*, *Henricus Garçonet* vel Garſonnet.

§. 631. *Johannes Beguinus*, celebris ob ſuum Tirocinium Chemicum, ſæpiſſime editum, & Novum Lumen Chemicum. *Johannes Renodæus*, Pariſienſis, cujus Diſpenſatorium Galenico-Chemicum perſæpe typis excuſum eſt. *Johannes Tardinus*, Turonus, qui ſcripſit Diſquiſitionem de Pilis. *Franciſcus Fogerolæus*, cujus extat de Senum affectibus præcavendis nonnullisque curandis enarratio, & Methodus in ſeptem Aphorismorum libros ab Hippocrate obſervata, omnibus tamen retro ſæculis inaudita. *Nicolaus Habicot*, Rothomagenſis, bonus Anatomicus & Chirurgus, †. 1624. 17. Jun.

17. Jun. *Caſpar Pilleterius*, Monspelienſis, Phyſicus Middelburgi in Zeelandia, qui dedit Plantarum tum patriarum tum exoticarum in Walachria Zeelandiæ inſula naſcentium ſynonyma. *Johannes Jacobus Chifletius*, Veſontinus, natus 1588. 21. Januar. †. admodum ſenex, in patria urbe Poliater & Conſul, tum Gubernatricis Belgii Cubicularius medicus, tandem Regis Hiſpaniarum Archiater; cujus ſunt, Aſitiæ in puella Helvetica exetaſis, Acia Corn. Celſi propriæ ſignificationi reſtituta & Alphonſus Nunnez Regius Archiater defenſus, Pulvis Febrifugus orbis Americani cæt. ſed Hiſtoricis maxime ſcriptis inclaruit. *Nicolaus Ellain*, Pariſinus, †. 1621. natus annos 87; cujus liber de Peſte in Medico officioſo Phil. Guiberti continetur.

§. 632. Poſt a. 1610: *Conſtantius Albinius*, Villanovenſis; cujus prodiit Magia Aſtrologica, h. e. clavis ſympathiæ ſeptem metallorum & ſeptem ſelectorum lapidum ad planetas. *Johannes Piconius*, Virdunenſis, Med. Baccalaureus, Profeſſor Eloquentiæ Monspelienſis. *David Lagneus*, *L'Agneau*. *Tanequinus Guillaumet*. *Chriſtophorus Cachetus*, Lotharingus, Ducum Archiater, †. Nanceji 1624. 30. Septemb. natus annos 52, ſimul Jureconſultus; qui ſcripſit Controverſias theoricas practicasque in primam Aphoriſmorum Hippocratis ſectionem. *Jacobus Cahagneſius*, Cadomenſis, cujus extant, Aquæ Fontis Hebecrevonii Prælectio, habita in Scholis Academiæ Cadomenſis, Methodus curandarum Febrium, methodus curandorum Capitis affectuum. *Johannes Mouſin*, Nancejanus, no-

nobilitatus a. 1608, ſuperſtes adhuc 1665. *Guilielmus Duvallius*, Ponteſianus, cujus editæ 2. Oratiunculæ, altera habita 2. Jun. 1612. pro medicorum Pariſienſium ſolenni & publica panegyri, cæt. Præfatio parænetica in Phytologiam. Phytologia poſthuma 1647. cæt. *Johannes Piſtorius*, Nemauſenſis, qui dedit Microcosmum de proportione utriusque mundi.

§. 633. *Rudolphus Le Maitre* ſive *Magiſter*, medicus Gaſtonis fratris Ludovici XIII, a quo edita, Doctrina Hippocratis & Aphorismi nova interpretatione ac methodo exornati, aliaque adjecta. *Antonius Conſtantinus*, cujus extat bonum opus medicæ Prognoſeos. *Johannes Emanuel Labadie*. *Gratianus Bauderonus*, Bricii filius, Med. D. †. 1615. ætatis anno 32, jam ſcriptis inclareſcens. *Dominicus Berthemin*, Dominus de Pont-ſur-Madon, Conſiliarius & medicus Ordinarius Henrici Ducis Lotharingiæ: cujus coætanei medici Lotharingi, *Remigius Pichard* aut *Picart*, Lotharingus, Ecuyer, Med. D., medicus Ducalis Ordinarius: & *Le Fevre*. *Bouvard*, Archiater Ludovici XIII. Regis, a. 1657. adhuc in vivis, tunc natus annos 83.

§. 634. *Franciſcus Pidoxius*, *Pidoux*, Johannis filius, natus Pictavii 1586, Med. D. ibidem 1609, Prætor urbanus (Maire) 1631, †. 1662; cujus prodiit in actiones Juliodunenſium Virginum exercitatio 1635, hujusque Defenſio, item de febre Purpurea, quæ 1651. Pictavium afflixit. Ejus collegæ medici Pictavienſes, adhuc 1656. in vivis,

Fran-

Franciſcus Carré, *Franciſcus Umeau*, (poſthac referendus,) *Petrus Bardon*, *Ludovicus Fontenettes*, (deinde pluribus commemorandus,) *Petrus Fouqueteau*, *R. Cothereau*, *L. Nivard*, *Carolus Fauveau*, *Joſephus de Lugré*, *Andreas Mauduit*, *Johannes Buſſeau.*

§. 635. *Petrus Poterius*, Andegavenſis, clariſſimus Chemicorum medicamentorum artifex, eo genere potiſſimum in praxi ſua uſus; cujus extant, inſignium Curationum & ſingularium Obſervationum centuriæ 3, de Febribus libri 2, Pharmacopœia Spagirica. *Theodorus Collado*, Biturix, cujus prodierunt Adverſaria ſeu commentarii medicinales critici, dialectici, epanorthotici, exegematici, ac didactici, ſive alio titulo, Sphalmata medica tam in theoria quam in praxi adnotata & correcta, ubi Neotericorum errores aperiuntur, ac priſtina Antiquorum doctrina reſtituitur, 2 tomis. *Ludovicus Guyon*. *Johannes Duvallius*, Ponteſianus, qui ſcripſit Ariſtocratiam humani corporis. *Guilielmus Loſellus*, *Loiſeau*, ſcriptor practicus. *Antonius Merindolus*, Aquis Sextiis oriundus, †. 1624; cujus prodiere libri, de Calido innato & Humido primigenio, ſelectæ Exercitationes 8, & demum 1633. Ars medica, cæt. *Melchior Carterius*, cujus habentur Exercitationes in Epilepſiam. *Franciſcus de Franciſcis*, a quo typis traditus Prælectionum ſuarum Monſpelienſium tomus primus, in quo commentarius in Hippocratis Jusjurandum, &c.

§. 636. *Carolus Piſo*, Nancejanus, natus 1563, Archiater Ducis Lotharingiæ, & primus Profeſſor Facultatis Medicæ Muſſipontanæ, una cum *Touſſaint Fournier*, 1598; clarus ob eximium opus de morbis a Seroſa colluvie & diluvie ortis. *Petrus de Vege*, Gratianopolitanus, cujus prodiit Pax fidiſſima Methodicorum ſeu Galenicorum cum Spagiricis de medicinæ pura veritate: Gemmula de Epilepſiæ, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione: Peſtis præcavendæ & curandæ methodus. *Gulielmus Ader*, qui ſcripſit de Ægrotis & morbis in Evangelio laudatum opus, itemque de Peſtis cognitione, præviſione, & remediis. *Johannes Lamperiere. David Jouiſe. Gabriel de Mongeot*, Lotharingus, medicus Ducum Caroli III, Henrici II, & Caroli IV.

§. 637. Poſt a. 1620. *Renatus Moræus*, Moreau, Andegavus, Med. D. Facultatis Pariſienſis, Med. & Chirurgiæ Profeſſor Regius, †. 1656. natus annos 69, & ſuis ipſius & aliorum libris editis multum laudis adeptus, ut ſunt, de miſſione ſanguinis in Pleuritide, ubi demonſtratur, qua corporis parte ille detractus fuerit a duobus annorum millibus, cum Pet. Briſſoti ejusdem argumenti libro: Epiſtola exegetica ad *Baldum Baldum* de affecto Loco in Pleuritide: Epiſtola de Laryngotomia: Animadverſiones in Scholam Salernitanam, cum ipſa hac Schola, &c. Dominus *de la Chasſaingne* de Chaſteaudun, Med. D. Facultatis Monſpeſſulanæ. *Vincentius Robin*, Divionenſis, medicus Regius. *Antonius Jodon*, medicus Autiſſioderen-

dorenſis, cujus obſervatio de Hydrope Ventriculi cum Obſervationibus Laz. Riverii prodiit. *Michael Boutheroue*, Carnutus, qui ſcripſit Pyretologiam, cui in eorum gratiam, qui rei Chemicæ ſtudio tenentur, Chemica remedia unicuique Febrium ſpeciei curandæ accommoda, fuere addita. *Johannes Carolus Amatus*, Moniſtrolenſis, a quo vulgati ſunt Fructus medicinæ ex variis Galeni locis decerpti. *Nicolaus Epiphanius*, cujus extat ſuccincta medicinalis Practica, nec non aliquot Medicamentorum compoſitiones. *Henricus du Four.*

§. 638. *Johannes Vigierus*, Vigerius, Caſſeronenſis, cujus habentur Opera medico-Chirurgica ex Gallico Latine converſa, & tractatus de Catarrho, Rheumatismo, vitiis Dentium, ſimilibusque. *Johannes Simon de Saint Hillier*, Virdunenſis, ibidem medicinam exercens, & ſcriptis quoque exponens: *Theophraſtus Renaudotus*, natus Julioduni 1584, a. 1606. Pariſiis Chirurgus miniſter, eodem anno Monspelii Doctor, poſthac Julioduni Scholæ magiſter, 1612. Pariſios reverſus, eodem anno ornatus titulo Medici Regii, poſtea quoque Conſiliarii, chèmicis & Antimonialibus medicamentis addictus, creatus deinde Commiſſarius generalis Pauperum validorum æque ac Invalidorum regni, Inſpector & Magiſter generalis Tablinorum de rebus communibus cognitu utilibus, (Bureaux d' Addreſſe,) nihilo tamen minus Facultate Medica, maxime Guid. Patino agente, 1643. 9. Decemb. & 1644. 1. Mart. juſſus a medicina exercenda Pariſiis abſtinere, interim tamen clanculum praxin

praxin proſecutus, ſimul Gallicis Novellis publicandis, quarum privilegium a. 1631. obtinuerat, occupatus, †. 1653; editis, præter relationes publicas inde ab a. 1631. usque ad ſupremum diem continuatas, pluribus libellis hiſtoricis patriâ linguâ, oratione Gallica in funere Scæv. Sammarthani, carminibus minutis Latinis pariter ac Gallicis, cæt. item a. 1623. tractatu Gallico de gerenda cura Pauperum. Ejus duo filii pariter Medici fuerunt & in hujus artis Facultatem Pariſienſem cooptati a. 1646. vel 1647; alter, *Euſebius*, factus Archiater Delphini Franciæ, defunctus 1679: alter, *Iſaac*, †. 1680; qui ambo quoque Novellas publicas ex privilegio dicto continuarunt usque ad mortem.

§. 639. *Petrus Johannes Faber*, Caſtrinovidarenſis, Doctor Monspeſſulanus, inſignis Chemicus, qui hanc artem in Operibus ſuis, conjunctim ſæpius & Latine & Germanice excuſis, per omnem medicinam deduxit. *Henricus Gras*, de libris operibusve aliorum medicorum ſuæ ætatis edendis bene meritus. *Carolus Romatetus*, Bajonenſis, cujus meruere applauſum Criſiologiæ libelli 2, & tractatus de Peſte. *Caſparus Bachoy*. *Hieronymus Germanus*. *Antonius le Gendre*, Arvernus, qui de febre Epidemica in Montisalbani obſidione graſſata diſſertationem edidit. *Johannes de Lamoniere*, Lugdunenſis, cujus prodiit obſervatio fluxus Dyſenterici Lugduni Gallorum populariter graſſantis a. 1625. *Claudius Ginet*, Nancejanus, medicus ſimul & Poeta, qui ſcriptis quoque innotuit.

§. 640. *Petrus Morellus*, cujus Syſtema paraſceuaſticum ad praxin, materiæ medicæ ſilvam complectens, & rationem præſcribendi ipſam in Formulas ſecundum leges pharmaciæ & normam practicandi Monſpelii uſitatam, ſeu breviore inſcriptione, Methodus præſcribendi Formulas remediorum, ſæpiſſime typis mandata eſt: inſuper ſcripſit de Febre Purpurata, Epidemia, Peſtilenti. *Guilielmus de l' Eriſſe*. *Theophilus Gelée*, qui ſcripſit Anatomen Gallicam. *Philibertus Guibertus*, cujus Medicus Domeſticus, aut Officioſus, ſeu Medicina Charitativa, facilem minimeque ſumtuoſam ad pleroſque omnes morbos remediorum confectionem docens, Gallice creberrime typos exercuit, deinde etiam Latine.

§. 641. *Gabriel Naudæus*, Pariſinus, natus 1600. †. 1653. medicus Regius, Canonicus Virdunenſis, Prior Artigienſis, diverſorum quoque Cardinalium & in his Julii Mazarini, denique Reginæ Sueciæ Chriſtinæ Bibliothecarius longe eruditiſſimus, cujus extant de antiquitate & dignitate Scholæ Medicæ Pariſienſis panegyris, Quæſtiones iatrophilologicæ, ut, an Matutina ſtudia veſpertinis ſalubriora? an liceat medico Fallere ægrotum? cæt. Hieron. Cardani vita, quidam aliorum libri ipſius opera typis excuſi, plurima vero ipſius ad rem Bibliothecariam Literariamve pertinentia. *Guido de la Broſſe*, primus Botanicus Regius Pariſiis publicusque herbarum demonſtrator, & ab a. 1640. medicus Regius Ordinarius. *Ludovica Bourgeois*, dicta *Bourſier*, obſtetrix Regia celeberrima, cujus com-

commentarii de ſua arte variis in linguis extant. *Johannes Gombault*, Ecuyer, Med. D., Divione degens. *Victor Pallu*, Turonenſis, Med. D. Facultatis Pariſienſis, cujus quædam prodiere Academica.

§. 642. Poſt a. 1630: *Petrus Paſchalis*, cujus eſt Praxis de Febribus. *Fabius Violet.* *Jacobus Cornutus*, Pariſinus, qui dedit Canadenſium Plantarum aliarumque nondum editarum hiſtoriam, unaque Enchiridion Botanicum Pariſienſe. *Nicolaus Pietre.* *Jacobus Gregorius.* *Robertus Lyonnet*, Anicienſis, qui ſcripſit Loimographiam ſeu reconditarum Peſtis & Contagii cauſarum disquiſitionem & curationem, itemque, quum ſuſpicio foret puerum Regem Ludovicum XIV. labem hereditariam a patre traxiſſe, diſſertationem de morbis Hereditariis, iſto metu liberantem. *Lazarus Meyſſonnerius*, Matisconenſis, a quo luci publicæ expoſita, Pentagonum Philoſophico-Medicum ſive ars nova Reminiſcentiæ, de abditis Epidemiωn cauſis, nova & arcana doctrina Febrium, Idea medicinæ veræ fidei cum ſenſibus per rationem reſtitutæ, corpus medicinæ Gallicum, cæt. *Johannes Forget*, Lotharingus de Eſſey, medicus Primarius Ducis Caroli IV, ab eoque Nobilibus adſcriptus 1630; cujus extat artis Signatæ deſignata fallacia ſive de vanitate Signaturarum in plantis. *Jacobus Regnier*, de Beaune, natus 1589. 6. Januar. Med. D. Cadurci 1624. 3. Decemb. †. 1653. 16. Jun.

§. 643. *Carolus Sponius*, Lugdunenſis, natus 1609. 15. Decemb. †. 1684. 21. Febr. in Collegium Medicorum Lugdunenſium cooptatus 1635, qui Hippocratis Aphorismos & Prognoſtica verſibus Latinis reddidit, appendicem Chemicum ad Peredæ Praxin, Pharmacopœiam Lugdunenſem Gallice compoſuit, Cardani Opera, multaque aliorum edidit. *Renatus Charterius*, Vindocinenſis, medicus Regius, Doctor Regens Facultatis Pariſienſis ſeu Profeſſor Ordinarius, editione Græco-Latinâ Operum omnium Hippocratis ſimul & Galeni clarum nomen conſecutus. *Guilielmus Granger* aut *Grangier*, Divionenſis, Med. D. & medicus Regis Ludovici XIII. ejusque Fratris. *Johannes Morel*, Cabillonenſis, natus 1593. †. 1668. menſe Septemb. Med. D. Facultatis Monspelienſis, qui ſcripſit a. 1641. de febre Purpurata, Epidemia & Peſtilente, quæ ab aliquot annis in Burgundiam & omnes fere Galliæ provincias miſere debacchatur. *Petrus Formius*, Monspelienſis. *Ozias Aimar*, Gratianopolitanus, cujus Obſervationes medicæ illis Laz. Riverii adjectæ ſunt: quemadmodum & *Samuelis Formii*, Monspelienſis.

§. 644. Dominus *Isnard*, Gratianopolitanus, circa 1631. clarus. Circa 1632. *Petrus Blondeau*, Blondellus, Med. D. Facultatis Monspelienſis, practicus in oppido Paray-le-Monial. 1633. *Petrus Quarré*, Carolienſis, (Charolois,) Med. D. 1634. *Johannes* & *Petrus Bourdelotius*. Dominus *Merlet*. Magiſter *Jacobus Thevart*, Med. D. Pariſienſis, Guil. Ballonii pronepos, qui ejus opera in lucem

pro-

protraxit publicam, †. 1670. 8. Septemb. natus annos 72. *Franciſcus Pijart*, Doctor Medicus Pariſienſis, cujus prodiit Protrepticon ad artis medicæ epoptas, pro Veſperiis in Scholis medicorum a. 1634. 28. Novemb. *Franciſcus Umeau*, *Ulmus*, Franciſci nepos, natus Auguſtoriti Pictonum 1608, ibidem Med. D. 1628, inſignis practicus, Decanus ſuæ Facultatis †. 1683, legatis plusquam 40000. libris argenti Hoſpitali Dei Pictavienſis; cujus prodiit in Circulationem ſanguinis Harvejanam exercitatio anatomica 1659, qua illam refellere contendit. *Ludovicus Fontenettes*, aut de Fontenettes, natus patre medico in oppido Blanc in finibus Pictonum 1612, Med. D. Monspelii 1631, aggregatus Collegio medicorum Pictavienſium 1636, vir ſtupendæ memoriæ, qui verſionem paraphraſticam Aphorismorum Hippocratis verſibus Gallicis evulgavit, †. 1661. menſe Octobri. *Hippolytus Julius Pilet de la Mesnardiére*, Juliodunenſis, Med. D. Nanneti creatus, deinde factus medicus Ordinarius Gaſtonis Ducis Aurelianenſis fratris Regis, poſtea tamen literarum elegantiorum ſtudiis deditus, Regius Conſiliarius, Magiſter Aulæ & Lector ordinarius Cubiculi Regii, in Academiam Francicam receptus, †. 1663. 4. Jun. qui adhuc juvenis libro contra Marcum Duncanum ſcripto contendit ſymptomata Monialium Juliodunenſium non poſſe naſci ex phantaſia per melancholiam depravata.

§. 645. Poſt a. 1640: *Jacobus Mentelius*, Pariſienſis medicus inprimis eruditus. *Joſephus Couillard.*

lard. *Antonius de Corbie.* *Guido Patinus*, Bellovacus, natus 1602. Houdani, †. 1672. Pariſiis, Med. D. Facultatis Pariſienſis, & Profeſſor Regius, celeberrimus idem Practicus, acer Chemicorum & Pharmacopolarum adverſarius, & antiquæ medicinæ tenax; cujus quædam continentur in recentioribus Medici Officioſi Phil. Guiberti edd., præterea extat ejus Quæſtio an totus homo natura ſit Morbus? cæt. eminent vero multa Epiſtolarum Gallicarum volumina, omnigenæ eruditionis plena. Ex ejus filiis *Robertus*, jam Med. D., uno ante patrem anno obiit: *Carolus* deinde referetur. *Johannes Gabriel Pavé*, Nancejanus, Med. D., circa 1645. clarus. *Robertus Nicander*, cujus prodiit hiſtoria memorabilis Fæminæ Monteluttanæ, bis triennio Hypochondriis laborantis. *Claudius Bartholomæus Moriſotus*, Divionenſis, non quidem medicus, qui tamen ſcripſit nonnulla huc pertinentia, natus 1592. 12. April. †. 1661. 22. Octob.

§. 646. *Nicolaus Papinius*, Blæſenſis, qui ſcripſit de pulvere Sympathetico, de aurium Ceruminibus, Cordis diaſtolen adverſus Harvejanam innovationem defenſam. *Johannes Chryſoſtomus Magnenus*, Luxovio-Burgundus, Profeſſor Ticinenſis in Italia, qui cum laude ſcripſit Democritum reviviſcentem, de Manna, de Tabaco. *Jacobus Duval.* *Johannes Claudius de la Courvée*, Veſulanus, cujus prodiit Oſtentum de Ferramentis Dorſi, & de Nutritione Fœtus in Utero paradoxa, cæt. *Petrus Vatterius*, Gaſtonis Ducis Aurelianenſis Conſiliarius & Archiater, Arabicæ linguæ peritiſſimus,

mus, qui & Avicennam ex ea Latine tranſtulit. *Johannes Pecquetus*, Dieppæus, Med. D. Pariſienſis, illuſtris ob inventum Chyli receptaculum Duſtumque Thoracicum 1650, qua de re edidit Experimenta nova anatomica, eorumque defenſionem, ſeu diſſertationem, in qua Joh. Riolani Reſponſio ad eadem Experimenta refutatur; adjungitur brevis Deſtructio ſeu Litura Reſponſionis Riolani per *Hyginum Thalaſſium*. *Dominicus Chabræus*, cujus prodierunt, Augmentum Hiſtoriæ Plantarum univerſalis Joh. Bauhini 1650, & Stirpium icones & ſciagraphiæ.

§. 647. Chirurgi, poſt a. 1600: Magiſter *Petrus Pigræus*, Pariſiis Chirurgus Regius, †. 1613. 15. Novemb. cujus extat Chirurgia cum aliis Medicinæ partibus juncta, & Epitome præceptorum Medicinæ Chirurgicæ. Magiſter *Philibertus Pineau*, Matisconenſis, Chirurgus Regius, †. 1614 10. April. Mag. *Simon Pietre*, Pariſinus, †. 1614. 4. Jul. Mag. *Ludovicus Hubert* filius, Henrici Magni Conſiliarius & Chirurgus Primarius, †. 1618. 18. Novemb. Mag. *Jacobus de Marque*, Pariſienſis collegii membrum, †. 1622. 22. Maji, qui primus refutavit opinionem receptam de nutritione Oſſium per medullam. A. 1610. Rex *Ludovicus XIII.* Sodalitati Chirurgorum Pariſienſium adſcribi voluit die ſua natali 27. Septemb. Sanctis Coſmæ & Damiano ſacra.

§. 648. Poſt a. 1610: Mag. *Stephanus Binet*, San-Quintinianus, Chirurgus Major Hoſpitiorum Regiorum, †. 1630. 20. Septemb. qui Germani Courtini Lectiones chirurgicas Gallice convertit.

 Mag.

Mag. *Guilielmus Marceau*, Pariſinus, Sabaudiæ Duciſſæ Chirurgus Primarius, †. Taurini 1636. 12. Jun. Mag. *Johannes Bonnart*, Pariſinus, etiam ſcribendo nomen conſecutus.

§. 649. Poſt a. 1620: Mag. *David de Planis Campi*, etiam ſcriptor. Mag. *Nicolaus Thognet*, Pariſinus, in arte ſua percelebris, †. 1642. 29. Decemb. Mag. *Franciſcus Thybourel*, Gorzenſis, celebris idem Mathematicus in Univerſitate Muſſipontana, etiam ſcribendo clarus. *Marionus Rolandus*, Chirurgus Metenſis, pariter ſcriptor circa 1626. *Franciſcus Thevenin*, Lithotomus & Ocularius Chirurgus, †. 1638. 25. Novemb.

§. 650. Poſt a. 1630: Mag. *Sebaſtianus Colin*, Pariſinus, qui edidit Chartas Collegio Chirurgorum Togatorum Pariſienſium conceſſas, deinde Chirurgus Primarius Mariæ Gonzagæ, Poloniarum Reginæ, †. Varſoviæ 1650. 19. Septemb. Mag. *Johannes Granger*, Pariſinus, exercitatus Anatomicus, †. 1652. 14. Novemb. Mag. *Johannes Juif*, Chirurgus Regius Ludovici XIII, †. 1658. 30. Decemb. Mag. *Matthæus Berthereau*, Andegavenſis, vir eruditus, †. 1675. 7. Febr. Mag. *Johannes Grou*, Cæſaro-Burgienſis, inſignis Anatomicus, †. 1688. 21. Febr. natus annos 120.

§. 651. Poſt a. 1640: Mag. *Raymundus Fourmentin*, Auriflorenſis, †. 1659. 1. Januar. Mag. *Chriſtianus le Breton*, Piſſiacus, qui commentarium ſuper Aphoriſmos Hippocratis conſcripſit, necdum edi-

editum, †. 1659. 5. Decemb. Mag. *Jacobus de la Cuiſſe*, chirurgus Obſtetricius celeberrimus, †. 1660. 9. Febr. Mag. *Johannes de Laval*, Pariſinus, excellens Phlebotomus, Mariæ Mediceæ, Reginæ viduæ, Chirurgus Primarius, †. 1662. 21. April. Mag. *Ludovicus Gayantus*, Claromonti-Picardus, præſtans Anatomicus, Joh. Pecqueti adjutor, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, †. 1673. 19. Octob. *Franciſcus Teyal Gendry. Johannes Andreas Guerin.*

§. 652. Hiſpani Luſitanique poſt a. 1600: *Antonius Poncius de S. Cruce*, Profeſſor Valliſoletanus, deinde Regis Philippi IV. medicus Cubicularius, & Protomedicus Generalis, †. 1650. natus ultra 60. annos; cujus extant Opuſcula medica & Philoſophica, nominatim in primam primi Avicennæ, de Hippocratica Philoſophia, de Pulſibus: adhæc de Morbo & Symptomate: Prælectiones Valliſoletanæ in librum Hippocratis de Morbo Sacro: de Impedimentis magnorum Auxiliorum in morborum curatione libri 3. *Ambroſius Nunnez*, (vel Nonnius idem qui ſupra §. 445.) Ulyſſiponenſis, Med. D., & Profeſſor Salmanticæ, deinde Hiſpali, tum Madriti, tandem Ulyſſipone, Regius Archiater & Proto-Chirurgus; qui ſcripſit enarrationes in 3. priores libros Aphoriſmorum Hippocratis, librum de Peſte, cæt. *Petrus de Torrez. Johannes Ximenez Savariego*, qui ſcripſit de curatione Puerorum, de Variolis, de Peſte, cæt. *Andreas de Valdivia. Franciſcus de Silva & Oli-*

 vera.

vera. *Emanuel Gomeſius*, cujus extat de Peſtilentiæ curatione methodica tractatio.

§. 653. *Petrus Arlenſis de Scudalupis*, cujus nobiliſſimum opus de Sympathia ſeptem metallorum ac ſeptem ſelectorum lapidum ad Planetas, ex editione Madritenſi 1602. in fol. rariſſimum eſt. *Janus Huartus*, de S. Juan, Med. D., jam ſuperiore ſæculo vergente clarus, inprimisque celebris ob ſuum Scrutinium Ingeniorum, Hiſpanice conſcriptum, & in plures linguas translatum, in quo etiam modum docet gignendi ingenioſos & ſapientes liberos. *Alphonſus de Freilas.* *Illephonſus* aut *Alphonſus Nunneſius*, qui ſcripſit de Pulſibus, & de gutturis ulceribus Anginoſis. *Philippus Montalto*, Luſitanus. *Hieronymus Nunnius* vel *Nonnius Ramirez*, Ulyſſiponenſis, cujus extat opus de ratione curandi per Sanguinis miſſionem. *Johannes Caſtellus*, qui ſcripſit de Peſte, & Pharmacopœiam. *Dionyſius Daza Chacon*, qui de Chirurgiæ theoria & praxi duobus tomis, Hiſpanice & Latine egit. *Petrus Garcias Carrero*, Calagurritanus, Med. D. & Profeſſor Primarius Compluti, Philippi III. Regis Archiater, cujus prodiere Diſputationes & Commentaria in Galenum de Locis affectis, & in Fen primam libri primi, itemque Fen primam libri quarti Avicennæ, quæ poſtrema ab autoris diſcipulo *Petro Ferriolo*, Burdigalæ 1628. vulgata ſunt.

§. 654. Poſt a. 1610: *Franciſcus Perez Caſcales*, de Guadalaxara, qui ſcripſit de Faſcinatione,

&

& de affectionibus Puerorum. *Hieronymus Valerius*, Cæſarauguſtanus, cujus prodiit liber de Colocynthidis præparatione & trochiſcis Alhandal, eorumque uſu. *Johannes de Villareal*, Ubetenſis, qui ſcripſit de morbo Suffocante. *Alphonſus de Fonſeca*. *Chriſtophorus Nunnez*, Optenſis, Med. D. & Profeſſor Primarius Complutenſis, cujus habetur opus de Coctione & Putredine, ſuper tria priora capita libri 4. Meteororum Ariſtotelis. *Johannes Raphael Moxius*, Gerundenſis, cujus ſunt laudatiſſimi libri 4. de methodo medendi morbis muliebribus acutis per Venæſectionem. *Johannes de Lunavega*. *Philippus Elianus Montalto*, Luſitanus, cujus extat Archipathologia ſive de internis Capitis affectionibus.

§. 655. *Chriſtophorus Perez de Herrera*, Madritenſis, Med. D. Salmanticenſis, qui medicinam aliquamdiu Ilerdæ docuit, poſtea factus Regius Archiater & Claſſiarius medicus; cujus prodiit Compendium totius medicinæ, & Clypeus Puerorum ſeu de eorum ſanitate tuenda, præter Politica & Moralia. *Illephonſus Meneſius*. *Johannes Sorapan de Rieros*, Logroſonenſis, Med. D. & practicus Granatæ, Hiſpali, &c. qui Hiſpanice ſcripſit medicinam Hiſpanicam contentam in Proverbiis vulgaribus Hiſpanicis, aliaque. *Johannes de Soto*. *Petrus Vaſcus Caſtellus*, Luſitanus, qui Toloſæ in Gallia artem exercuit, ſcripſitque exercitationes medicinales ad omnes Thoracis affectus. *Franciſcus Sanchez*, Bragâ-Luſitanus, Med. D. Facultatis Monſpelienſis, hinc Toloſæ Profeſſor Philoſophiæ

phiæ per 25. annos, Medicinæ per 11, (ſecundum alios 18,) †. 1632, admodum provecta ætate; cujus extant Opera medica de omnibus fere ſingulisque artis partibus, cum commentariis in plures Galeni libros, cenſurâque in Hippocratis opera omnia: adhæc Philoſophica, de longitudine & brevitate Vitæ, in Ariſtotelis Phyſiognomica commentarius, de Divinatione per ſomnum ad Ariſtotelem, maximeque celebris liber de multum nobili & prima univerſali Scientia quod nihil ſcitur.

§. 656. *Ludovicus Nonnius*, Alvari filius, Antverpiæ degens, cujus præclari ſunt libri Ichthyophagia, Diæteticon ſive de re Cibaria libri 4, de Calculo epiſtola ad Joh. Beverovicium; inſuper Poemata, Hiſtorica, Numismatica. *Henricus de Alfaro. Petrus Lopius*, Portalegrâ-Luſitanus, qui ſcripſit de ſex rebus Nonnaturalibus librum, carmine: item Floſculum medicinæ, de tribus rebus quas humanum corpus continet, tribus libris. *Ferdinandus Rodericus Cardoſus*, Luſitanus, Med. D., cujus extat Methodus medendi, & de ſex rebus Nonnaturalibus. *Ferdinandus Cardoſus*, Luſitanus ex provincia Beiræ, aliquamdiu Profeſſor Med. Valliſoleti, deinde practicus Madriti, denique Venetiis Judaismum amplexus circumciſusque; ſcripſit de febre Syncopali, & Hiſpanice de utilitatibus Aquæ & Nivis, potus Frigidi & Calidi, cæt. *Franciſcus Matthæus Fernandez*, Pacenſis, cujus prodiere de Facultatibus Naturalibus diſputationes medicæ & philoſophicæ, item quæſtiones in libros Ariſtotelis de Meteoris.

§. 657.

§. 657. Poſt a. 1620: *Stephanus Rodericus Caſtrenſis*, Ulyſſiponenſis, ſed Piſis Profeſſor Med. primarius, cujus multi egregii ſunt libri, ut de Meteoris microcosmi, de Complexu morborum tractatus editus a *Valerio Nervio* Piſano, Quæ ex quibus (i. e. de ſucceſſione morborum, libri 4,) Aſitia, in Hippocratis libellum de Alimento, de Sero lactis, Poſthuma Varietas a filio *Franciſco* edita 1639, & porro poſt obitum Caſtigationes exegeticæ, de Epilepſia disceptatio, de Pleuritide, an poſt Variolas purgatione corpus egeat, aliæ Conſultationes, & Disceptationes, Opuscula duo, videlicet variæ Exercitationes, & Expoſitiones in aliquot ægrotos Hippocratis, Disputationes & Lectiones Piſanæ, ſive tractatus de natura Muliebri, Syntaxis Prædictionum medicarum, cum tractatibus de Chirurgicis adminiſtrationibus, de potu Refrigerato, & de Animalibus microcosmi. *Thomas de Aguiar*, qui edidit Apologiam contra Illephonſum Nunnez. *Alphonſus Nunnez de Caſtro*, Regis Philippi IV. Archiater & Chronographus, qui multa volumina Hiſtorica idiomate Hiſpanico vulgavit. *Andreas Tamajo*, Regius Archiater & Chirurgus Madriti, qui ſcripſit de Algebra, &c. *Antonius Fonſeca*, Ulyſſiponenſis, cujus prodiit tractatus de Epidemia febrili graſſante in exercitu Regis Catholici in Inferiore Palatinatu a. 1620 & 1621. *Andreas Ordonnez*, cujus extat compendium de Sanguinis miſſione.

§. 658. *Alphonſus Gomez de la Parra & Arevalo*, qui edidit Polyantheam medicis ſpecioſam, chirurgis mirificam, myropolis valde utilem & neceſſariam.

ceſſariam. *Petrus Mancebo Aguado*, medicus Hiſpalenſis, qui de Melancholia ſcripſit. *Didacus Pacus Moranus*, Luſitanus, cujus prodierunt Apologiæ tres, ſcilicet de Epilepſia Hyſterica, de Venæſectione in fluore nimio Hæmorrhoidum, de Ventris Tumore. *Johannes Gutierez*, de Godoy, qui ſcripſit in librum Ariſtotelis de Memoria & Reminiſcentia, item an poſſibile ſit in Rabientium urinis Canes parvos generari, de miniſtranda aqua Nive refrigerata ægroto die expurgationis, quod officium Matris ſit Infantem nutrire. *Zacutus Luſitanus*, Judæus, natus 1575. Ulyſſipone, ante annum ætatis 20. Med. D. Siguenzæ, †. Amſtelædami 1642; cujus inclyti ſunt libri XI, primum ſigillatim editi, de Medicorum principum Hiſtoria, quorumque quinque poſteriores continent Praxin hiſtoriarum: item Praxis medica Admiranda, tribus libris, quæ tamen mendaciorum jactantiæque inſimulatur: & Introitus ad Praxin & Pharmacopœia: denique Epiſtola ad Beverovicium de Calculi morbo.

§. 659. Poſt 1630: *Antonius Colmenerus de Ledesma*, qui de Chocolata ſcripſit Hiſpanice, deinde Latine converſus. *Franciſcus de Leiva & Aguilar*, Cordubenſis, cujus extant antiparadoxa de Motu duplici. *Johannes Dominicus Proſimus*. *Hieronymus Cortes*, vel *a Corte*, Cenetenſis, qui ſcripſit Hiſpanice de Animalibus terreſtribus & volatilibus, de Phyſiognomia cæt. item Mathematica & Aſtrologica. *Johannes Cortes*. *Johannes Gallego de la Serna*, Malacenſis, Med. D., Regibus Phi-

lippo

lippo III. & IV. a Cubiculo, cujus prodierunt Opera Phyſica, Medica, Ethica, quinque tractatibus comprehenſa, nominatim de principiis Generationis omnium viventium, de cura Infantis in utero & partu, de Puerorum ſanitate tuenda, de communi Puerorum educandorum ratione ſive Ethica puerorum, de optimi Regis educandi ratione: porro, recte ac dogmatice Medendi vera methodus: & de naturali Animarum origine, invectiva adverſus Dan. Sennertum. *Didacus de Soria*, Granatenſis, a quo publicatum Certamen medicum & propugnatio Antiquitatis, contra Innovatores. *Andreas Antonius de Caſtro*, cujus ſunt de Febrium curatione libri 3, & liber de Simplicium medicamentorum facultatibus. *Johannes de Viana*, Med. D. Malagæ degens, qui ſcripſit antidotum faſciculi aromatum in ſubſidium Puerperarum, & Hiſpanico idiomate tractatum de Peſte.

§. 660. Poſt a. 1640: *Cyprianus Maroja*, cujus Opera collecta prodierunt, ut de Febribus, de lue Venerea, cæt. *Petrus Barba*, primum Profeſſor Med. Valliſoleti, deinde Regis Philippi IV. Archiater; cujus extat liber quo vera Praxis de curatione Tertianæ ſtabilitur, falſa impugnatur, liberantur Hiſpani medici a calumniis: item Hiſpanice de materia Peſtis, &c. *Vincentius Moles*, Valentinus, (aliis Neapolitanus, ex Hiſpanica ſtirpe,) Med. D. qui ſcripſit phyſiologiam ſeu philoſophiam naturalem corporis Chriſti, & de morbis quorum mentio fit in Sacris literis. *Duartes Madeira Arrais*, Luſitanus. *Thomas de Caſtello Ochoa*, qui

de

de Venenis ſcripſit: ejusdem tamen tituli opus adſcribitur *Petro del Caſtello Ochoa*, qui Calagurritanus ex Marchionatu Zenetenſi fuiſſe, Med. D., & artem Granatæ principio hujus ſæculi exercuiſſe fertur. *Georgius Morales*, Luſitanus, cujus extant commentaria in Hippocratis Aphorismorum libros 2. priores, Manuductio ad univerſam Aphorismorum doctrinam, Enchiridion Medicum, Ethicum, & Theologicum. *Marcellinus Uberte*, Thauſtanus, cujus habetur medicina Sacra, de morbis quorum mentio fit in ſacris literis. *Thomas Stephanus de Villa*, Burgenſis, monachus Ordinis S. Benedicti, medicinalium rerum apprime gnarus, qui ſcripſit Hiſpanice de Plantis, examen Pharmacopolarum, de Simplicibus in medicina incognitis, vitas principum Medicorum & de medicinæ origine, cæt.

§. 661. Germani; Erfurti Profeſſores & Doctores: *Quirinus Schmalz*, Med. D., Facultatis Med. Decanus & Senior, Rector Univerſitatis 1636. *Johannes Rebefeld*, Erfurtenſis, Med. D., Poliater, Profeſſor Chemiæ, Reip. Proconſul, Rector Univerſitatis 1640 & 1644. †. 1648. 6. Januar. qui edidit Promtuarium & directorium Hermetico-Practicum, Dubia de primis Erfordienſis academiæ natalitiis, indubia vero de iisdem documenta, cum nonnullis Rectorum, tum Doctorum ibidem creatorum indiculis: Promtuarium antiqui & genuini Chriſtianismi. *David Cruſius*, Crimnicenſis Misnicus natus 1589. 29. Januar. 1607. Philoſophiæ Magiſter Erfordiæ, 1609. Med. D. Baſileæ, ab a. 1610. practicus celeberrimus Erfordiæ, ſpretis conditionibus Aulicis & Academicis, denique ci-

vitatis Erfordienſis Proconſul, †. 1640. 15. Jul. cujus prodiit Theatrum Morborum Hermetico-Hippocraticum, 2. partibus: & methodica Phyſicæ Peripatetico-Hermeticæ delineatio, qua Ariſtotelis ſenſa cum Hermeticæ philoſophiæ placitis aut conciliantur, aut confutantur. *Wolfgangus Cruſius*, Erfurtenſis, Med. D., Facultatis Decanus, Rector 1650. per ſeptem annos continuos, †. 1658. 20. Febr.

§. 662. *Eccardus Leichner*, Salzungenſis, natus 1612. 15. Januar. ſtudio quidem Theologico a parentibus devotus, attamen, Philoſophicis abſolutis, in quibus etiam Legendi facultatem Argentorati obtinuit, ad Medicinam transgreſſus 1633, pollicitus tamen ſeſe Theologiam non neglecturum, 1638. Praxin medicam aggreſſus Sondershuſæ, mox per 2. annos Nordhuſæ, 1640. Phyſicus Ordruffi, 1643. 29. Octob. Med. D. Jenæ, 1644. Erfurti in Facultatem med. receptus, 1646. Profeſſor med. Ordinarius, quod munus 11. Septemb. auſpicatus eſt, 1658. Poliater 1671. per 2. annos Rector academicus, †. 1690. 29. Aug. cujus extant præter multas diſputationes academicas ſingulares, de Motu Sanguinis exercitatio Anti-Harvejana, Hypomnemata ſeptem de Cordis & Sanguinis Motu, Diaſcepſis anatomico-medica de Cordis conſtitutione & uſu, Anti-Corollarium Kippingianum ſive Animadverſiones phyſico-medicæ bipartitæ in Corollarium de Sanguinis Motu, M. Henr. Kippingi Phyſicis Inſtitutionibus præfixum, (Diſputatio cujus Præſidium geſſit Profeſſor *Adlung* 1672) de Atomorum ſubcæleſtium Syndiacriſi exercitationes, de Generatione ſeu propagati-

va Plantarum & Mineralium multiplicatione in genere exercitationes phyſicæ Anti-Peripateticæ 20, quarum poſtrema humanæ Animæ Traductionem inviĉtiſſime demonſtrat: de indiviſibili & totali cujusque Animæ in toto ſuo corpore & ſingulis ejus partibus exiſtentia: pentas exercitationum de Calido innato pariterque Humido radicali univerſim, inprimis autem humani corporis partium: ſchediasmatum de Principiis medicis, ſive de apodictica Scholarum medicarum Emendatione, pentas prima & altera: Archæus ſynopticus ſive 12. tabulæ de Legibus med. reip. fundamentalibus, prima quæque artis Principia conſtituentibus atque firmantibus: de Principiis medicis Epiſtola Apologetica ad illuſtre Medicorum in Acad. Lipſienſi Collegium pro Archæo ſynoptico contra Pſeudarchæum ſynopticum Pauli Ammanni: Epicriſis medico-analytica ſuper XI. disputationibus medicis Franciſci de le Boë Sylvii: Anti-Carteſius, ſive de natura redi-viva per vindicationem ab internecinis Carteſii ejusque hyperaſpiſtarum commentis, exercitationes ſex: noxius & inhoneſtus Abuſus medicamentarius, exemplo Purgantium medicamentorum, nec non circumforanei Balſami Sulphuris demonſtratus, Germanice; eodemque ſermone Peſtis tela prævi-ſa, ſimiliaque; omitto ipſius ſcripta Philoſophici generis permulta, Latina pariter ac Teutonica, ad apodicticam, ut appellabat, Scholarum Emendationem generalem ſpectantia: nec non quædam Theologica. *Valentinus Löber*, Erfordienſis, natus 1620. 19. Octob. factus medicus ordinarius Königsmarkii Archiſtrategi Suecici, deinde 1658.

Med.

Med. D. Roſtochii, tum 1659. Phyſicus Provincialis Bremenſis ac Verdenſis, 1684. Erfordiam profectus, ibique mortuus 1685. 18. Mart. cujus prodiit Anchora Sanitatis dialogice fabrificata, cum mantiſſa de Venenis & eorum Antidotis; & Oweni Epigrammata Germanice reddita.

§. 663. Heidelbergæ Profeſſores: *Lubertus Eſthius*, ſive ab Eſth, natus Argentorati 1569. poſthumus, patre cognomine etiam medico, ex nobili familia Geldrica, Baſileæ creatus Med. D., tum Crucenaci practicus per quadriennium, hinc Heidelbergam digreſſus, ibique Profeſſor Med. factus a. 1598, in quo munere Botanicam inprimis & Anatomen diligenter tradidit, Rector Univerſitatis 1601, †. 1606. 20. April. editâ Formularum tractatione, & habitâ de ſitu Cordis controverſia. *Johannes Jodocus Lucius*, Heidelbergenſis, natus 1576. 18. Novemb. Philoſophiæ Baccalaureus 1595. 26. Octob. 1597. Magiſter, tum Moderator Collegii Caſimiriani, a. 1600. Monſpelium profectus, ibi 1601. 14. April. Med. Baccalaureus a *Blezino Schironio* vel Schyronio, Univerſitatis Decano, renunciatus, 1602. 19. Decemb. Med. Licentiatus a *Petro Durles*, Vicario Generali & Epiſcopi Monſpelienſis Officiali, 1603. 9. Febr. poſt triduanam diſputationem Doctor a *Jacobo Pradillæo*, Conſiliario & Profeſſore Regio, hinc in patria practicus, 1606. menſe April. loco Eſthii Profeſſor Anatomiæ, Botanices, & Phyſiologiæ, Rector 1609, †. 1613. 2. Maji. *Wolfgangus Loſſius*, Phyſiologiæ Profeſſor, Rector 1606. *Simon Opſopœus*, Johannis

 frater,

frater, natus Brettæ 1576. 6. Januar. poſthumus, poſt cultam Heidelbergæ & Marpurgi medicinam, Patavii per biennium ſtudia hæc proſecutus, Chirurgiæ præſertim & Anatomiæ deditus, 1614. Med. Profeſſor Heidelbergæ, 1617. Rector, deinde Wolfg. Loſſii ſucceſſor, ſed †. 1619. 4. Jun. *Petrus de Spina II*, vid. ſupra §. 541. *Petrus de Spina* junior ſeu III, prioris filius, pariter Med. Profeſſor Heidelbergenſis, Rector 1624, idem Archiater Friderici V. Electoris Palatini, Anſelmi Caſimiri Archiepiſcopi & Electoris Moguntini, aliorumque Imperii Principum.

§. 664. Lipſiæ Facultatis Medicæ Decani 1616. *Chriſtophorus Bruno*, Döbelenſis, Rector Univerſitatis 1607. Pro-Rector 1613. *Sigismundus Schilling*, Franckenſteinâ-Sileſius, Decanus 1619, Rector 1614 & 1620, †. 1622. 14. Januar. Collegii Majoris Principum & B. Mariæ Virginis Collegiatus, ejusdem & Nationis Polonicæ Senior, academiæ Decemvir. *Johannes Günther*, Decanus 1622, Rector 1625. *Franciſcus Keſt*, Lipſienſis, Decanus 1634, 1615. 9. Jun. Med. Licentiatus, 3. Novemb Doctor, Rector 1627. *Johannes Zeidler*, Lembergenſis Sileſius, Decanus 1643, Philoſ. & 1623. 1. Maji Med. D., natus 1596, primum practicus Dresdæ & Eilenburgi, deinde Lipſiæ Profeſſor Chirurgiæ & Anatomiæ, cæt. Academiæque Decemvir, Rector 1628, 1636, 1640. †. 1645. 13. Novemb. in Matheſi quoque & Philoſophia probe verſatus. *Johannes Michaelis*, Suſatenſis, Decanus 1645, natus 1606, feriâ 3. Pentecoſtes,

1630.

1630. Magiſter Philoſ. Wittebergenſis, & brevi poſt etiam Lipſienſis, eodem a. 30. Jun. Med. Licentiatus, 1631. 26. Maji Doctor, eod. a. Profeſſor Med. Extraordinarius, 1633. Ordinarius Phyſiologiæ, 1643. Pathologiæ, Minoris Principum Collegii Collegiatus 1636, Majoris 1643, paulo poſt academiæ Decemvir, ejusdemque & Nationis Saxonicæ Senior, Archiater Friderici Guilielmi Ducis Altenburgici 1641, Electoris Johannis Georgii II. 1662, Rector academicus 1637, 1641, 1643, 1651, poſteaque adhuc ter, Procancellarius aliquoties, cæt. idem Dominus Hereditarius in Bendorf, †. 1667. 29. Novemb. inventor quorundam medicamentorum Chemicorum, qui etiam ejus generis medicamenta Lipſiæ primus in uſum publicum introduxit; ejusque extant Opera Practici, Pharmaceutici, Chemici, Chirurgici argumenti.

§. 665. Alii Profeſſores & Doctores Lipſienſes: *Johannes Curtius*, Biſchoffsrodanus, Philoſ. & Med. D., Juris autem Profeſſor, Rector Univerſitatis 1597, 1603, 1615, (nunc Doctor,) †. 1622. 31. Maji, apoplexia tactus in diſputatione publica. *Wolfgangus Corvinus*, Weſtenfelda-Francus, Philoſ. Mag., & 1605. 28. Novemb. Med. Licentiatus, Rector 1598, & 1608, idem Profeſſor Logices, & poſtea Phyſices, †. 1614. *Georgius Feige*, Laubano-Luſatus, Philoſ. Magiſter, & 1605. 28. Novemb. Med. Lic. 1606. 30. Septemb. Doctor, Rector 1608. *Andreas Emmen*, Budiſſinus, Philoſ. Mag. & 1605. 28. Novemb. Med. Lic. 1606. 30. Septemb. Doctor, Rector 1606. Magiſter

Johannes Kegler, Wurcenſis Misnicus, Med. Lic. 1605. 28. Novemb. Doctor 1606. 30. Septemb. *Johannes Siglicius*, Hala-Saxo, natus 1576. Philoſ. Mag. Lipſiæ 1596, Med. D. Baſileæ, Lipſiæ 1606. 28. Aug. locum in Facultate Medica conſecutus, deinde Profeſſor Anatomiæ & Chirurgiæ, Majorisque Principum Collegii Collegiatus, Pro-Rector academiæ 1619. †. 1620. 2. Decemb.

§. 666. *Simon Landgraf*, Med. D. & Practicus celeberrimus, †. 1629. 13. Jul. natus annos 61. *Sebaſtianus Rothe*, Lipſienſis, Med. D. & Practicus Senior, †. 1639. 8. Jun. ætatis a. 64. minus 4. hebdomadibus. Mag. *Valentinus Hartung*, Lipſienſis, Med. Lic. 1614. 9. Jun. Doctor 3. Novemb. idem Profeſſor. *Johannes Leopold*, Norimbergenſis, Med. Lic. 1614. 9. Jun. Doctor 3. Novemb. *Philippus Müller*, Herzbergâ-Saxo, Med. Lic., Profeſſor Mathematum, deinde Botanicæ, Collegii Majoris Principum Collegiatus, academiæ Decemvir, Stipendiatorum Electoralium Ephorus, Ordinis Philoſophici totiusque Academiæ Senior, natus 1585. 11. Febr. †. 1659. 26. Mart. Pro-Rector 1623. Rector 1633. *Johannes Rupertus Sulzberger*, Græcio-Styrus, Med. Lic. 1620. 30. Mart. Doctor 1621. 30. Aug. idem Profeſſor Med., & 1631. Archiater Electoralis Dresdæ, academiæ Rector 1626. Mag. *Michael Lanzenberger*, Lipſienſis, Med. Lic. 1620. 30. Mart. Doctor 1621. 30. Aug. *Johannes Heinze*, Valle-Joachimicus, Med. Lic. & 1621. 30. Aug. Doctor, poſthac Profeſſor Pathologiæ, Rector academicus 1634 & 1638. †. 1643. 3. Maji.

§. 667. Lic. *Georgius Mochinger*, Thorunienſis, Doctor 1623. 1. Maji, qui edidit Compendium Inſtitutionum medicarum Dan. Sennerti 17. Disputationibus in academia Lipſienſi propoſitum. *Melchior Schönfeld*, Lipſienſis, Med. Lic. 1623. 3. April. Doctor 1. Maji. *Valentinus Rupitz*, Magdeburgenſis, Med. Lic. & D. cum præcedente: ut etiam *Chriſtianus Bertram*: Rupitzius poſtea factus Poliater in urbe patria, quod antea quoque ipſius parens, ejusdem nominis, fuerat. Mag. *Michael Feige*, Annabergenſis, Mag. *Valentinus Hertel*, Annabergenſis, & Mag. *Martinus Schmuck*, Lipſienſis, ſimul facti Med. Licentiati 1626, 15. Jun. Mag. *Zacharias Schmied*, Profeſſor Publicus, Med. Lic. 1629. 16. April. Mag. *Chriſtophorus von Bühren*, Luneburgenſis, Med. Lic. 1629. 16. April. Doctor 1640. 3. Aug. Mag. *Chriſtophorus König*, Lipſienſis, Med. Lic. 1636. 2. Jun.: unaque *Andreas Ganzland*, Halâ-Saxo, qui poſterior creatus Doctor 1640. 3. Aug.

§. 668. Mag. *Andreas Rivinus*, alias *Bachmann*, Halâ-Saxo, natus 1600. 7. Octob. in Gallia, Belgio, Anglia ſtudia perſecutus, tum Lipſiæ Magiſter, hinc per tres annos Rector Scholæ Nordhuſanæ, iterum Lipſiam digreſſus, ibidemque factus a. 1635. Profeſſor Poeſeos, (Poeta quoque Cæſareus Laureatus,) 1638. 25. Octob. Med. Lic. 1644. 4. April. Doctor, 1655. Profeſſor Med. Phyſiologicæ, idem Collegii Principum Minoris Collegiatus, & academiæ Decemvir, Rector 1639 & 1645, †. 1656. 4. April. in Critica, ſtudio

 An-

Antiquitatum, & Patrum Eccleſiaſticorum, præſertim Poetarum, celebre nomen variis ſcriptis editis conſecutus, ex quibus ad medicinam pertinent, rariora quidem inventu, Kiranides Kirani, & harum occaſione, ſub nomine *Rhyakini*, Lanx ſatura adverſus Thom. Reineſium: de Pollinctura ſeu balſamatione: veterum bonorum ſcriptorum de medicina Collectanea: Philo-Phyſiologica. Mag. *Johannes Ittig*, Schleuſinga-Francus, natus 1607. 8. Octob., primum Theologiæ ſtudioſus, 1638. 25. Octob. Med. Lic. 1644. 4. April. Doctor, idem cum tempore Collegii Principum Minoris Collegiatus, Profeſſor Organi Ariſtotelici, deinde Phyſicæ, Academiæ Decemvir & Bibliothecarius, Prorector 1642, Rector 1648. 1652. &c. †. 1676. 21. Jul. Mag. *Henricus Boeze*, Dresdenſis, Med. Lic. 1638. 25. Octobr. Doctor 1640. 3. Aug. Mag. *Johannes Hoppe*, Leorino-Sileſius, natus 1616. 7. Jul. Med. Lic. 1643. 31. Aug. Doctor 1644. 4. April. †. 1654. 15. Mart. Profeſſor Pathologiæ, Facultatis Medicæ Senior, & Majoris & Minoris Collegii Principum Collegiatus. Mag. *Chriſtianus Langius*, Luccavia-Luſatus, natus 1619. 9. Maji, in Italiam, Galliam, Bataviam, Angliamque profectus, 1643. 31. Aug. Med. Lic. 1644. 4. April. Doctor, hinc Profeſſor Phyſiologiæ, tum Anatomiæ & Chirurgiæ, denique Pathologiæ, Facultatis Med. Senior, Majoris Collegii Principum Collegiatus, Academiæ Decemvir, †. 1662. 14. Mart. cujus Opera collecta prodierunt, nominatim de Thermis Carolinis, Pathologia Animata, ſcholia in Helmontii doctrinam de Febribus, cæt. *Go-*

tho-

thofredus Welſch, Lipſienſis, natus 1618. 12. Novemb. 1638. Magiſter, tum ſtudia Medica proſecutus in Italia, Gallia, Anglia, Batavia, deinde medicus Caſtrenſis in exercitu Torſtenſonii, 1643. 31. Aug. Med. Lic. 1644. 4. April. Doctor, tum Anatomiæ Profeſſor Extraordinarius, & per continuas ſucceſſiones tandem Therapeuticæ Profeſſor & Decanus, idem academiæ Decemvir & Senior, Majoris pariter ac Minoris Collegii Principum Collegiatus, & Poliater, †. 1690. 5. Septemb. edito Rationali Vulnerum lethalium, Scip. Mercurii arte Obſtetricia Germanice, diſputatione de Purpura morbo, de quo primus in Germania ſcripſit, &c. *Leonhardus Urſinus*, Germanice *Beer*, Norimbergenſis, natus 1618. 21. Januar. 1652. 26. Maji Lipſiæ Profeſſor Botanicæ, 1656. etiam Phyſiologiæ, idem Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, dictus Zephyrus, †. 1664. 2. Febr. qui ſcripſit Tulipam de Alepo, Viridarium Lipſienſe, & alia.

§. 669. Roſtochienſes: *Johannes Aſſuerus Ampſing*, Tranſiſſalanus, ex Harlemenſi Eccleſiaſte Medicinæ Doctor, tum Archiater Auricenſis, hinc in Suecia praxin exercens, deinde Poliater Wismarienſis, denique Roſtochii Profeſſor Med. & Poliater, Ducisque Meclenburgici & Epiſcopi Suerinenſis Archiater, †. 1642. 19. April. natus annos 83; cujus extant, diſſertatio Iatromathematica, in qua de medicinæ & Aſtronomiæ præſtantia, deque utriusque indiſſolubili conjugio diſſeritur, tum vero ipſa Aſtrologia a quorundam contemtu vindicatur:

tur: liber de Morborum differentiis: hectas affectionum, Capillos & Pilos humani corporis infeſtantium: de Theriaca ſenioris Andromachi oratio; præter Disputationes, & Theologica. *Johannes Bacmeiſter*, Roſtochienſis, Med. D. & in patria Profeſſor, †. 1631. 5. Novemb. ætatis a. 68, editis variis ſcriptis Academicis. *Petrus Laurembergius*, Guilielmi filius, Roſtochienſis, Med. D., 1611. Montalbani in Gallia Profeſſor Philoſophiæ, 1614. Hamburgi in Gymnaſio Profeſſor Phyſices & Mathematum, 1616. Inſpector quoque Gymnaſii usque ad a. 1620, 1624. Roſtochii Profeſſor Poeſeos, †. 1639. 13. Maji, natus annos 54; a quo edita ſunt volumina plura ſolidæ eruditionis laude conſpicua, nominatim Laurus Delphica ſeu conſilium quo deſcribitur Methodus perfacilis ad medicinam: Porticus Æſculapii, ſeu generalis artis medicæ conſtitutio: Proceſtria Anatomica, in quibus proponuntur pleraque, quæ ad generalem anatomiæ & partium contemplationem attinent, & Andr. Laurentii Hiſtoria Anatomica multis locis caſtigatur & corrigitur: Anatomia corporis humani, ſeu Collegium anatomicum 12. disputationibus comprehenſum, & in Roſtochienſium Academia propoſitum: Apparatus Plantarius primus, 2. libris, 1. de plantis Bulboſis, 2. de plantis Tuberoſis, adjunctæ ſunt Plantarum quarundam novarum novæ ichnographiæ & deſcriptiones: Horticultura, noſtro cœlo accommodata: Paſicompſe nova, id eſt, accurata delineatio Pulchritudinis: in Synopſin Aphoriſmorum Chemiatricorum Angeli Salæ Notæ & animadverſiones, quibus nuper para-

paraſitaſter aliquis oppoſuit Reſponſionem: Proloquium in Mnemonica Ciceronis; edidit item Anonymi Græci Iſagogen Anatomicam Græce Latineque, & in eam commentationes, aliaque.

§. 670. *Jacobus Fabricius*, Roſtochienſis, natus 1576. 28. Aug. a Tychone Braheo Mathematica edoctus, Med. D. & Archiater Ducis Meclenburgo-Guſtrovienſis, tum Roſtochii Profeſſor Med. & Mathematum, tandem Archiater Regum Daniæ Chriſtiani IV. & Friderici III. †. 1652. 16. Aug.; cujus prodierunt Inſtitutio medici Practicam aggredientis: de Vulneribus Capitis & aliarum partium ſingularibus Epiſtola: diſſertatio de nov-antiquo Capitis morbo & dolore, cum aliis diſquiſitionibus medicis de difficilioribus nonnullis materiis Practicis: Uroſcopia, & alia. *Simon Pauli*, Roſtochienſis, natus 1603. 6. April. patre *Henrico*, (qui 1604. Sophiæ, natæ Ducis Meclenburgicæ, viduæ Reginæ Daniæ, Archiater in aula Nycopingenſi factus, †. 1610.) in Belgio, Britannia, Gallia, Germaniaque regiis ſtipendiis ſtudia perſecutus, 1630. 17. Aug. Wittebergæ Med. D., 1631 practicus Lubecæ, 1632. in locum Joh. Bacmeiſteri Profeſſor Med. Roſtochii Ducalis, 1639. Hafniæ ſtipendio Regio primus Profeſſor Anatomiæ Chirurgiæque ac Botanices usque ad a. 1648, hoc anno Medicus Aulicus, & 1656. Archiater Primarius Regius Friderici III. conſtitutus, idem 1658. Canonicus, & 1666. Prælatus hereditarius Aarhuſienſis, †. 1680. 25. April. celebris ob emiſſum Quadripartitum Botanicum, librum de abuſu Tabaci & herbæ Theæ, Floram

ram Danicam, Viridaria varia Regia & Academica, digreſſionem de vera, unica, & proxima cauſa Febrium, modum dealbandi Oſſa, de Anatomiæ origine, præſtantia & utilitate ſyntagma: Teutonicam Anatomiæ Bartholinianæ verſionem: Orationem introductoriam, quum Galenum de Oſſibus ad ſceleton publice in Collegio Finckiano eſſet interpretaturus: relationem Germanicam diſſectionis Equi Regii: Orationem aditialem Roſtochienſis profeſſionis, cur fiat, quod, qualis Phidias inter plaſtas, vel qualis inter pictores Apelles fuerit, talis inter medicos Hippocrates celebretur, nemo vero hac ætate ei ſimilis exiſtat? hiſtoricam relationem ad Joh. Riolanum de periculoſiſſimo caſu Vulneris inter ſextam & ſeptimam coſtam veram usque in abdomen penetrantis, nihilominus curati; &c.

§. 671. Lovanienſes: *Franciſcus Saſſenus*, Lovanienſis, Med. D. Patavii creatus, primus Lovanii Regius Profeſſor Elementorum ſive Inſtitutionum Medicarum, Collegio adſcriptus a. 1618, ſed jam †. 1620. 4. Idus Aug. *Petrus Caſtellanus*, Gerhardimonte-Flander, natus 1585, Linguæ Græcæ in Buslidiano Collegio Trilingui Profeſſor, Med. D. Lovanii 1618. 10. Kal. Septemb. 1620. Profeſſor ſimul etiam Inſtitutionum Med., ſucceſſor Saſſeni, †. 1632. 7. Kal. Mart. cujus laudanda. Creophagia ſive de eſu Carnium libri 4, Vitæ illuſtrium Medicorum, opus de Græcorum feſtis, commentarius ad Leges Atticas, cæt. *Michael Ophemius*, Lovanienſis, Anatomes & Chirurgiæ Profeſſor Regius,

gius, Med. D. ſimul cum Pet. Caſtellano, 1631. 4. Id. Maj. Profeſſor Medicinæ Theoricæ Ordinarius & Principalis, Rector Univerſitatis 1624. *Johannes Paludanus*, vernaculo ſermone *van den Broeck*, Lovanienſis, Med. D. 1625, Poliater & Senator Dieſtemienſis, deſignatus ſucceſſor Pet. Caſtellani in Profeſſione Regia, ſed ante aditum munus †. 1632. 15. Kal. Octob. *Vopiſcus Fortunatus Plempius*, Amſtelodamenſis, natus 1601, 10. Kal. Januar. Med. D. Bononiæ creatus, Lovanii admiſſus ad Collegium & Profeſſor Inſtitutionum loco Joh. Paludani 1633. 3. Non. Aug, 1634, medicinæ Practicæ Profeſſor Ordinarius in locum Gerh. de Vileers, Rector academiæ 1634, 1637, 1647 &c. Comitem de Pennaranda, Legatum Hiſpanicum ad tractatus Pacis Weſtphalicæ, comitatus, cæt. †. Lovanii 1671. 12. Decemb. ſcripſit cum laude Ophthalmographiam, Fundamenta medicinæ, Animadverſionem in veram praxin curandæ Tertianæ propoſitam a Doctore Petro Barba, Regiæ Majeſtatis & Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis Ferdinandi Cubiculario Medico &c. Avicennæ Canonis librum primum & ſecundum ex Arabico converſos cum ſcholiis: de Togatorum valetudine tuenda: contra Chinachinam, ſub nomine *Melippi Protymi*; cæt.

§. 672. *Guilielmus Philippi*, Hallenſis, Artium Magiſter Lovanii 1618, Juris Utriusque & Medicinæ Licentiatus, Philoſophiæ Profeſſor Primarius in Pædagogio Lilii, idem Profeſſor Inſtitutionum

Medi-

Medicarum Regius, †. 1664. *Jacobus Romanus*, Adriani filius, Med. Licentiatus, Profeſſor Anatomes, Chirurgiæque, †. 1635. Idib. Novemb. qui Bibliothecam ſuam, medicinalibus maxime libris inſtructiſſimam, Univerſitati legavit. *Petrus Dorlicx*, Zonhovius, oppidi Dieſtemienſis Poliater, 1635. Lovanii Regius Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor in locum Jac. Romani, Med. D. Lovanii 1638. pridie Id. Januar., Rector academiæ 1639 & 1642.

§. 673. Quum a. 1603. ad commendationem Doctorum Facultatis Medicæ Cornelius Reyneri, Goudanus, Decanus Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri, eoque nomine in abſentia D. Præpoſiti, Academiæ Cancellarius, Medicinæ Doctorem creaſſet *Johannem Francum*, ab Eerſel, Canonicum Cameracenſem, (qualis promotio etiam a. 1567. in Mich. Baillet contigerat;) ne ejusmodi clandeſtinæ ſeu privatæ graduum collationes in poſterum fierent, Univerſitas ſtatuto condito cavit, edixitque; nullam ex quinque Facultatibus, neque Magiſtros earundem, poſſe ſtudioſum ſuæ Facultatis ad Licentiæ vel Doctoratus gradum promovere, aut, ut promoveatur, ſeu Licentiæ vel Magiſterii gradum accipiat, D. Cancellario vel Vicecancellario præſentare, niſi prius & ante omnia obſervatis ſolemnitatibus conſuetis. Quod ſi qua Facultas, ſeu Magiſtri alicujus Facultatis, contrarium fecerint, pœnam trecentorum florenorum Carolinorum luere teneri, & gradum hujusmodi pro nullo reputandum,

dum, atque tanquam nullum, tam Lovanii, quam in loco domicilii ejus, qui promotus ſit, publicandum fore.

§. 674. A. 1617. decreverunt Principes Belgii, ut nemo ad exercitium artis Medicæ admitteretur, niſi qui intra Belgium promotus, aut a Doctoribus ſuarum Belgicarum Univerſitatum, vel a ſuis Cubiculariis Medicis examinatus approbatusque fuerit: & nemo ſtipendia a Civitatibus conſequeretur, niſi qui in ſuis Univerſitatibus Belgicis ad Licentiam aut Doctoris gradum promotus fuerit; ſalva tamen diſpenſandi facultate.

§. 675. Gryphiswaldenſes Profeſſores: 1618. *Johannes Eberhardi.* 1622. *Johannes Schœnerus.* 1626. *Franciſcus Joel*, aut Joelis, Franciſci Senioris (Auſtriaci, 1597, ut videtur, defuncti,) nepos, Med. D., Philippi Julii Pomeranorum Principis medicus Cubicularius, tum Aulæ Wolgaſtanæ medicus & Univerſitatis Gryphiswaldenſis Profeſſor Med. Ordinarius, qui Operum avi Tomum 5. & 6. luci publicæ dedit. 1629. *Johannes Kolnerus*, Colbergenſis, Med. D. †. 1630, qui ſcripſit tractatum Iatromathematicum, ex thematis cœli ad horam decubitus erectione, morbi alicujus naturam, mutationem, criſin, eventum, cæt. per conjecturas Aſtrologicas prænuntiantem, cum appendice de Purgationis & Phlebotomiæ ſecundum influentiam aſtrorum recta adminiſtratione.

§. 676.

§. 676. A. 1637. *Chriſt. Otto Oeſelerus.* 1641. *Johannes Heunius*, Wolgaſtanus, Med. D., †. 1672. 7. Jun. natus annos 69; cujus extat liber de Hirundinum uſu & efficacia in medicina, de Spiritu vini, multæque aliæ diſſertationes, tractatus Teutonicus de Peſte & Febre Peſtilenti, cæt. 1649. *Fridericus Monavius*, cujus prodiit Lanx ſatura rerum medicarum, Elenchus affectuum Ocularium, Bronchotomia, cum appendice de affectibus Ocularibus ſupra hecatontadem, & de Febribus omnibus: Cryſtallina, puta luis Venereæ nova inventa ſpecies, ab ipſo tractata.

§. 677. Tubingenſes Profeſſores: *Sebaſtianus Bloſs*, v. ſupra §. 535. *Johannes Fabri*, vel Faber, Med. D. Rector Academiæ 1610 & 1616. cujus prodiit Oratio in funus And. Planeri, Epiſtola de Calculis in corporis humani partibus inventis, cæt. *Matthias Ziegler*, Med. D., Profeſſor Phyſicæ, Rector 1612. †. 1615. *Johannes Jacobus Haug*, Med. D., Rector 1614. †. 1616. 20. Octob. *Johannes Ludovicus Mœgling*, Rector 1621. *Johannes Gerhardus*, Med. D. & Profeſſor, Rector 1633. 1. Novemb. 1641. 1. Maji, 1646. 1 Novemb. 1649. 1. Maji; a quo compoſita, exercitationes in Gebri philoſophi Chemici libros duos, Panaceæ Hermeticæ ſive medicinæ univerſalis aſſertio ac defenſio Galeno-Chemica, cui adjecta ventilatio arduæ illius quæſtionis, utrum Aurum in liquore intra corpus aſſumtum, uſum & effectum habeat medicinalem ſalutarem? cæt. commentatio in Apertorium

torium Raym. Lullii de Lapide Philoſophorum, cæt. Decas quæſtionum phyſico-chemicarum ſelectiorum & graviorum de Metallis: Anatomiæ corporis humani ſuccincta comprehenſio, aliaque.

§. 678. *Carolus Bardili*, Med. D. & Profeſſor, Rector 1639. 1. Novemb. & 1644. 1. Maji. *Samuel Hafenreffer*, Herenberga-Würtembergenſis, Med. D.; primo practicus Kirchheimi & alibi, deinde Tubingenſis Profeſſor Medicinæ, Rector 1653. 1. Maji, 1656. 1. Novemb. 1659. 1. Novemb. †. 1660. 26. Septemb. natus annos 73; cujus extant, Raphael artem medicam feliciter cum inchoandi, tum continuandi, abſolvendi, tractandique viam informans: Vexillum Raphaeliticum per artem medicam & vitam communem volans: Raphael ὅδιος de arte medica, velo temporis, litationibus: Pandocheion æolodermon, ſive Noſodochium Cutis, in quo Cutis, eique adhærentium partium affectus omnes traduntur cognoſcendi & curandi: Monochordon ſymbolico-biomanticum, Pulſuum doctrinam ex harmoniis Muſicis dilucide, figuriſque oculariter demonſtrans: Officina iatrica, continens pharmaca ſelecta: de quæſtione quid ſit τὸ Θεῖον in morbis? deſcriptio Acidularum Nideraueuſium, Teutonice; præter Diſputationes, cæt.

§. 679. Wittebergenſes Profeſſores: *Daniel Sennertus*, Vratislavienſis, natus 1572. 25. Novemb. 1598. Wittebergæ Magiſter, 1601. 3. Jul. ibidem Med. Lic. 8. (al. 10.) Septemb. Doctor, 1602.

15. Septemb. in locum Joh. Jeſſenii Med. Profeſſor, 1628. Electoris Saxoniæ Archiater, Rector ſeu Prorector academiæ ſexies, primum 1605, †. 1637. 22. Jul. tantæ famæ, ut ad ejus nomen auditum exteri caput honoris cauſâ nudare conſueverint: qui edito libro de Chemicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu ac diſſenſu effecit, ut chemica medicamenta paſſim in officinas pharmaceuticas uſumque publicum introducerentur: idem libris aliis plurimis, ſcribendi genere ad docendum maxime idoneo compoſitis, de Univerſa medicina, theoretica pariter ac practica, multisque præterea argumentis ſingularibus, ut de quæſtionibus medicis Controverſis, de Peſtilentia, de Fungis læſarum partium, de Scorbuto, de Dyſenteria, de Arthritide, de dubiis nonnullis circa probationem Acidularum Schwalbacenſium, de Unguento Armario, de Fermentatione Platonica, de origine & natura Animarum in Brutis, nec non aliis rebus Phyſicis, præclariſſime meritus: denique ſcripſit etiam de bene Vivendi beateque Moriendi ratione meditationes. Ejusdem filius *Daniel*, jam Philoſophiæ Magiſter, dum Patavii medicinæ ſtudia proſequeretur, & Nationis Germanorum Facultatis Artiſticæ eſſet Conſiliarius, †. 1631. ætatis anno 28.

§. 680. *Jacobus Cocus*, Ederslebio-Thuringus, Philoſ. Mag. & 1597. 13. Decemb. Med. D. *Tobias Tandler*, Torgenſis a loco educationis appellatus, ſed Dresdæ natus 1571. 24. Jul., 1599. 25. Septemb. Magiſter Wittebergæ, 1600. 14.

vel

vel 18. Octob. Med. D., in Philoſophorum Collegium cooptatus 1605. menſe Maji, Profeſſor Mathematum Inferiorum 1605. 10. Octob., in collegium Medicum allectus & Profeſſor Botanices atque Anatomiæ conſtitutus 1608. 4. Mart., Rector Univerſitatis 1607 & 1613, †. 1617. 3. Aug. editis conjuncte diſſertationibus Phyſico-Medicis 5, videlicet de Spectris quæ vigilantibus obveniunt, de Faſcino & Incantatione, de Melancholia & hujus amolitione, de melancholicorum Vaticiniis aliisque mirandis operibus; de Noctiſurgio; adjecta *Hieronymi Nymanni* oratione de Imaginatione, & *Martini Biermanni*, Med. D., Exetaſi de Magicis actionibus. Mag. *Melchior Jöſtelius*, Dresdenſis, Profeſſor Mathematum Superiorum 1595, Med. D. 1600. 18. Octob., Rector 1606. †. 1611. *Matthias Anomæus*, Med. D., ſucceſſor Tob. Tandleri in Profeſſione Mathematum Inferiorum 1607. 14. Jun., in Auſtriam digreſſus 1609.

§. 681. *Wolfgangus Schaller*, Freibergenſis, Miſnicus, Philoſ. Mag. & 1612. 14. Jul. Med. D. Wittebergæ, idem Profeſſor Med., Rector 1619 & 1625. *Ambroſius Rhodius*, Kembergenſis, natus 1577. 18. Aug. Philoſ. Magiſter Wittebergæ, tum Pragæ Tychonis Brahei in Aſtronomicis obſervationibus adjutor, deinde Wittebergæ Adjunctus Ordinis Philoſophici, mox Profeſſor Mathematum Inferiorum Extraordinarius, & 1609. 18. Decemb. Ordinarius, ſcilicet Matthiæ Anomæi ſucceſſor, 1610. 7. Octob. Med. D., 1611. menſe Decemb. ſucceſſor Melch. Jöſtelii in Mathematibus Superio-

ribus, Rector 1616 & 1630, †. 1633. 26. Aug. relictis, præter Mathematica Phyſicave, diſputationibus ſuper Pet. Severini Ideam Medicinæ Philoſophicæ. *Gregorius Nymmannus*, Wittebergenſis, Hieronymi filius, natus 1594. 14. Januar., Philoſ. Mag. Wittebergæ 1614, Med. D. 1618. 29. Jun., 1617. Profeſſor Anatomes Botanicæque, in locum Tob. Tandleri, Rector 1621, 1627, 1631, 1637, †. 1638. 28. Octob. edito libro de vita Fœtus in utero, quo demonſtratur, infantem in utero non animâ matris, ſed ſuâ ipſius vitâ vivere, & matre extincta, ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe, adeoque non concedendum, ut ulla gravida rebus humanis exemta ſepeliatur, priusquam fœtus exciſus fuerit, &c. item tractatu de Apoplexia, aliisque.

§. 682. *Johannes Georgius Pelshofer*, Græcio-Styrus, Med. D., primum Phyſicus Haynenſis in Sileſia, deinde Wittebergæ Profeſſor Med., Rector 1632, †. 1637. 11. Jul. natus annos 38; editis Joh. Beguini Tirocinio Chemico, Joh. Hartmanni tractatu de Opio, variisque ſcriptis Academicis. *Antonius Kroes*, Dresdenſis, Med. D. Wittebergæ 1614. 19. Jul., idem Med. Profeſſor. *Marcus Banzer*, natus Auguſtæ Vindelicorum 1592. 28. Decemb. Med. D. Baſileæ 1616. 20. Aug., 1618. in Collegium Medicum Auguſtanum receptus, 1629. ob Religionem exul, 1630. Phyſicus Oſſatii, poſt ſeptem annos Camitii in Luſatia, mox 1638. Profeſſor Med. Wittebergæ, Rector 1639, 1643, 1647, 1653, †. 1664. 4. Maji, Facultatis ſuæ

ſuæ Senior emeritus; cujus extat Fabrica Receptarum, præter Academica. *Johannes Sperling*, Lauchâ-Thuringus, (ſecundum alios Zeuchfeldâ-Thuringus,) natus 1603. 12. Jul. amiſſâ manu ſiniſtra a Theologico ſtudio ad Medicum transgreſſus, factus Magiſter, & 1634. 12. Febr. Profeſſor Phyſices Wittebergæ in locum Georgii Weckeri defuncti, Rector academicus 1640. & 1658, quo in magiſtratu †. 12. Aug. cujus, præter Phyſica plurima, prodiere tractatus de Morbis totius ſubſtantiæ & cognatis quæſtionibus, pro Dan. Sennerto contra Joh. Freitagium: item pro Sennerto, de Calido Innato, de origine Formarum, de Origine Animarum: porro de Formatione hominis in Utero: Anthropologia: meditationes in Jul. Cæſ. Scaligeri Exercitationes de Subtilitate; &c.

§. 683. *Johannes Ehring*, Naumburgenſis, Med. D., Pathologiæ Profeſſor 1640. *Conradus Victor Schneider*, Bitterfeldâ-Saxo, Philoſ. & Med. D. primum Anatomiæ & Botanicæ Profeſſor, deinde Pathologiæ, denique Primarius & Facultatis Senior, idem Archiater Saxonicus Electoralis & Anhaltinus, Rector 1641, 1645, 1649, 1655, 1661, 1667, 1673. †. 1680. 10. Aug. natus annos 66; inprimis ob detectas deſcriptasque Catarrhorum vias inclytus, quo ſpectant ejus libri quinque de Catarrhis, & liber de Catarrhis ſpecialiſſimus, cui alius liber de Arthritide, Podagra, & Iſchiagra jungitur, item Anacephalæoſis catarrhorum cephalicorum: inſuper prodierunt ejus diſſertationes Anatomicæ de Partibus, quas vocant Principaliori-

 bus,

bus, capite, corde, hepate: Diſputationes Oſteologicæ aliquot: diſſertatio de natura Oſſis Frontis & ejus vulneribus ac vitiis: alia de Oſſibus Sincipitis, alia de Oſſe Occipitis, alia de Oſſibus Temporum, liber de Oſſe Cribriformi & ſenſu ac organo odoratus, & morbis ad utrumque ſpectantibus: liber de Morbis capitis Soporoſis, atque horum de curatione: liber de nova graviſſimorum trium morborum curatione, de Apoplexia, Lipopſychia, Paralyſi: liber de Spasmorum natura & ſubjecto, nec non de cauſis, cæt. præter plurima alia academica. *Michael Sennertus*, Wittebergenſis, Danielis filius, Med. D. ibidem 1650. 12. Novemb. idem Profeſſor Med., Rector 1651, 1657, 1663, 1667, 1675; cujus extant diſſertationes Anatomicæ miſcellaneæ. *Gregorius Horſtius*, vid. inter Gieſſenſes. *Jeremias Bertram*, Dresdenſis, Anatomiæ & Botanicæ Profeſſor 1641, eodem a. 12. Octob. Med. D.

§. 684. Francofurti ad Viadrum Profeſſores: *Chriſtophorus Stymmelius*, Philoſ. Magiſter 1583. Francofurti, deinde Med. D., Profeſſor Med. Extraordinarius, & a. 1606. Facultatis Med. Decanus, Profeſſor Ordinarius 1609. 16. Novemb. negotiorum cauſa Lipſiam profectus 1614, ibidem †. 1615. *Henningus Arniſæus*, Halberſtadienſis, Philoſ. Mag., Med. Profeſſor Extraordinarius 1610. 7. Januar. eodem a. Helmſtadii Med. D. renunciatus, 1612. Francofurti Med. Profeſſor Ordinarius, Rector vel Pro-Rector Univerſitatis 1612. poſthac vero Helmſtadii Profeſſor Med. †. Hafniæ 1636, idem

idem Daniæ Regis Archiater; qui Theatrum Anatomicum Helmſtadienſe picturis partium corporis ad naturalem magnitudinem factis, & cum nativis coloribus, exornavit: ſcripſitque, præter multa Politica, nec non Phyſica, & Metaphyſica, de lue Venerea, obſervationes Anatomicas, de Partus humani legitimis terminis, aliaque. *Franciſcus Omichius*, Med. D. Francofurti 1607, Med. Profeſſor Ordinarius 1614, Rector 1615, 1623, 1632. †. Cüſtrini 1633. menſe Decemb.

§. 685. *Godofredus Weidner*, Jurius Utriusque Doctor creatus Aureliæ 1610, Med. D. Valentiæ Gallorum 1613, Francofurti Profeſſor Med. Ordinarius 1616, Rector 1619, 1627, 1634. †. 1639. 4. April. editis Diſputationibus. *Johannes Pelargus*, Chriſtophori Profeſſoris Francofurtenſis filius, Med. D. Patavii 1616, Phyſicus Cotbuſianus 1619, Francofurti Profeſſor Med. Ordinarius 1623. †. 1624. *Samuel Scharlachius*, Gardelegienſis, natus 1569. 27. Septemb. Poeta Laureatus Cæſareus, Magiſter, Med. D. Francofurti 1604, Profeſſor Phyſicæ 1607, Medicinæ 1625, Rector 1609, 1618, 1626. †. 1635. 8. Septemb. *Melchior Poliſius*, Jaurino-Sileſius, Scharlachii gener, Philoſ & 1628. Patavii Med. D., Profeſſor Med. Ordinarius in locum ſoceri 1635, Rector 1639, 1645, 1651, 1657, †. 1671. 10. Octob. Ordinis ſui Senior. *Chriſtophorus Urſinus*, Penkuno-Pomeranus, alter Scharlachii gener, natus 1607, Med. D. Francofurti 1639, Profeſſor Ordinarius 1640, Rector 1643, 1648, 1653, 1660, 1668. †. 1676. 1. Jul.

§. 686. Marpurgenſes Profeſſores: *Johannes Magirus*, Fritzlarienſis, vel ſecundum alios Confluentianus, ex mercatore ſtudioſus academicus, 1585. 17. Januar. Marpurgi Med. D., circa 1596. Profeſſor Phyſicæ, Decanus Ordinis Philoſophici 1593, †. 1596. 28. Aug. cui edita Phyſiologia Peripatetica adſcribitur, item fortaſſe Anthropologia, hoc eſt commentarius in Phil. Melanchthonis libellum de Anima, completus & locupletatus opera *Georgii Cauſingeri* 1603: hic itaque ad ſuperius ſæculum rejiciendus eſt. Alius tamen hoc præſente ſæculo occurrit *Johannes Magirus*, qui nimirum Dan. Sennerti Methodum diſcendi medicinam notis illuſtravit ediditque; cui pariter tribuenda videtur Pathólogia 1615. Francofurti edita. *Rudolphus Goclenius*, filius, natus Wittebergæ 1572, Med. D. Marpurgi 1601. 19. Maji, 1608. Profeſſor Phyſices, 1612. Profeſſor Mathematum, †. 1621. 2. Mart. cujus ſunt, de Peſtis febrisque Peſtilentialis cauſis, ſubjecto, differentiis, & ſignis liber 1607: Loimographia, in qua, quid in ſpecie in peſte Marpurgenſi 1611. evenerit, paſſim inſeritur, 1613: de Vita proroganda: de ſanorum Diæta, ſeu de ſeptem rebus Nonnaturalibus, cum appendice præcipuorum Morborum &c. tractatus de Magnetica curatione Vulneris: ſynarthroſis Magnetica, oppoſita infauſtæ Anatomiæ Johannis Roberti, pro defenſione tractatus de Magnetica curatione: aſſertio Medicinæ Univerſalis adverſus univerſalem vulgo jactatam: enchiridion Remediorum facile parabilium, ex Q. Apollinaris Germanico in Latinum ſermonem verſum: Uranoſcopia, Chi-

Chiroſcopia, Metopoſcopia, & Ophthalmoſcopia: item Chiromantica & Phyſiognomica ſpecialis; aliaque. Pater quoque ejusdem nominis, Philoſophus & Poeta, Profeſſor Logicæ Marpurgenſis celeberrimus, natus Corbaci 1547, 1. Mart. †. 1628. 8. Jun. ſcripſit quædam medicinæ affinia, ut phyſiologiam Crepitus ventris & Riſus, Pſychologiam, &c.

§. 687. *Henricus Petræus*, Schmalcaldicus, Principis ſtipendiis ſtudia perſecutus, & bis per Italiam, Galliam, Angliam, Bataviam profectus, complurium linguarum ſciens, 1610. 3. Januar. Marpurgi Profeſſor Anatomiæ, Botanices, & Chirurgiæ, 1611. Med. D. †. 1620. 11. Aug. poſtquam melancholico paroxysmo correptus e feneſtris proſiluiſſet & fracto crure in morbum incidiſſet, natus annos 31; cujus prodiere, oratio encomiaſtica ſtudii Anatomici laudes & utilitates complectens: Noſologia harmonica, Dogmatica & Hermetica, 2. tomis, adjecta diſſertatione inaugurali de Medicina Univerſali: Agoniſmata medica Marpurgenſia, Dogmatica juxta & Hermetica, (ſive Disputationes academicæ,) adjectis aſſertionibus & quæſtionibus de genuina febris Ungaricæ natura & cura: Epiſtola de ſingulari Arthritide vaga ſcorbutica. *Johannes Moltherus*, filius cognominis Eccleſiaſtæ poſteaque Linguæ Hebrææ Profeſſoris Marpurgenſis, natus Grünbergæ Haſſorum 1591. 28. Mart., 1608. 7. Januar. Marpurgi Magiſter, 1613. 9. Febr. Med. D., Mathematicarum idem artium apprime gnarus, 1621. Profeſſor Med. Ordinarius, & Noſocomiorum in

Haſſia Majorum Inſpector. *Jacobus Müllerus*, Torgenſis, natus 1594, 1618. Profeſſor Mathematum Gieſſenſis deſignatus, eodem a. Med. D., 1625. Marpurgi Profeſſor Matheſeos, 1637. Johannis Principis Haſſiæ Caſtrenſis medicus & Architectus, eodem a. †. 10. April. in Misnia; relictis, præter Mathematica, epiſtola de Coalitu partium Genitalium, & exercitatione de natura Motus Animalis & Voluntarii, ex principiis phyſicis, medicis, geometricis, & architectonicis deducta.

§. 688. *Johannes Daniel Horſtius*, Gregorii filius, Gieſſenus, Med. D. & Profeſſor Marpurgenſis & Gieſſenſis, itemque Archiater Haſſiacus, denique Phyſicus Senior Francofurti ad Mœnum, †. 1685. 27. Januar. natus annos 65; a quo profecta, præter Academica, Anatome corporis humani tabulis comprehenſa: decas Obſervationum & Epiſtolarum Anatomicarum: compendium Phyſicæ Hippocraticæ: Phyſica Hippocratea, Tackenii, Helmontii, Carteſii, Eſpagnet, Boylei, aliorumque recentiorum commentis illuſtrata: Manuductio ad Medicinam: ruminatio Detectionis novæ Sectæ Sennerto-Paracelſicæ D. Freitagii: Malva arboreſcens lutea, cui addita Replicatio adverſus Auguſtini Thoneri Querimoniam: Pharmacopœia Galeno-Chemica catholica, item Inſtitutiones Pharmaceuticæ, & doctrina de tota Materia Medica: Judicium de Chirurgia Infuſoria Joh. Dan. Majoris: de Acidulis Schwalbacenſibus & Thermis variis; &c. idem edidit Parentis Operum tomum ſecundum, Laz. Riverii Opera, Pauli Zacchiæ Quæ-

Quæſtiones Medico-Legales, cæt. *Johannes Conradus Dieterici* vel *Dietericus*, Theologus quidem & Philologus, Græcæque Linguæ Profeſſor Marpurgi, & poſtea Gieſſæ, qui vero etiam ad Medicinam ſtudia ſua contulit; quo pertinent ejus Iatreum Hippocraticum, continens narthecium medicinæ veteris & novæ, juxta ductum Aphoriſmorum Hippocratis adornatum: & Hippocratis Aphoriſmi illuſtrati; natus Butzbaci 1612. 19. Januar. †. Gieſſæ 1667. 24. Jun.

§. 689. Regiomonti Profeſſores: *Georgius Lothus* ſenior, natus Verdæ in Marchia Brandenburgica 1579. 24. Jun. 1607. 23. Mart. Regiomonti Magiſter & in Pædagogio Hypodidaſcalus, 1608. Rector Scholæ urbis veteris per dimidium annum, tunc Wittebergam profectus ad ſtudia medica proſequenda, 1612. Baſileæ Med. D. & ſtipendiis Electoris Ducis Italiam peragratus, 1613. Regiomonti Archiater Johannis Sigismundi Electoris & medicus Aulicus, mox quoque Profeſſor Med. Extraordinarius, 1614. Ordinarius ſecundus, 1622. primus, Rector Academicus 1616, 1621, 1625, 1629, 1633. †. 1635. 15. Novemb. editis pluribus Diſputationibus, nec non Carminibus ſacris Latinis. *Daniel Halbach zur Pforte*, Labtavià-Pruſſus, natus 1581. 11. Decemb. poſt ſtudia peregre per 5. annos exculta, 1608. Regiomonti Lector in Pædagogio, 1609. 8. April. Magiſter, 1611. Baſileam profectus ibique creatus 1614. Med. D., 1615. Regiomonti Profeſſor Philoſophiæ Practicæ Ordinarius, ſimulque 1616. Profeſſor Phy-

ſices

ſices & Medicinæ Extraordinarius, 1618. Medicus Electoralis, 1619. abdicata Profeſſione Ethica, Medicinæ Tertius Ordinarius, 1622. Secundus, Rector 1623, 1627, 1631. †. 1635. 3. Januar. habitis plurimis Disputationibus. *Daniel Beckher* ſenior, Dantiſcanus, natus 1594. 13. Decemb. poſt ſtudium medicum in Germania Daniaque per octo annos agitatum, habitâque Heidelbergæ Disputatione de Pulmonibus, Regiomonti 1623. Profeſſor Med. Tertius & Phyſicæ, eodem a. 1. Septemb. Med. Licentiatus, 1625. ſimul Phyſicus Kniphofienſis, 1635. Prof. Med. Secundus; idem quoque Poloniarum Regis Medicus Aulicus cum ſalario annuo, 1636. Profeſſor Med. Primarius, 1639. Medicus Aulicus Brandenburgicus, 1640. 14. Mart. Med. D., quum eſſet Rector Magnificus, idem Rector 1635, 1643, 1647, 1651. †. 1655. 14. Octob. cujus ſunt, Medicus Microcosmus, ſeu Spagyria Microcosmi, tradens medicinam e corpore hominis tum vivo tum extincto eruendam: de Cultrivoro Pruſſiaco obſervatio & curatio ſingularis: de Glacie Cruenta Regiomonti 1633. obſervata, disputatio: de Pluvia Sulphurea Liebſtadii in Pruſſia a. 1633. animadverſa, Germanica disquiſitio: de Peſte Pruſſiæ decennali liber, item Germanicus: hiſtoria Morbi Academici Regiomontani, ſeu febris malignæ Epidemicæ, civibus academiæ, inprimis communis Electoralis menſæ Convictoribus funeſtæ 1649: Theriacologia, aliquot Disputationibus pertractata: Inſimi Ventris Anatomia, 12. disputationibus comprehenſa: plurimæ aliæ Disputationes ſingulares: de Unguento Armario ſive magnetica vulnerum cu-

curatione obſervatio: Pharmacopolium domeſticum, i. e. Martini Blochwitii anatomia Sambuci, & ipſe Beckherus de Junipero, Germanice.

§. 690. *Johannes Bartholomæus Crüger*, natus Wittebergæ 1608. 12. Decemb. 1634. Regiomonti Med. Licentiatus, 1635. Adjunctus Facultatis Medicæ, 1636. Profeſſor Med. Tertius & Phyſicæ, †. 1638. 2. Novemb. *Chriſtophorus Tinctorius*, natus Drengfurti Pruſſorum 1604. 7. Novemb. 1632. 15. April. Regiomonti Magiſter, poſt iter Batavicum Anglicumque & Gallicum Baſileæ 1635. Med. D., 1636. Regiomonti Profeſſor Med. Secundus, 1655. Primus, Rector Univerſitatis 1637, 1641, 1645, 1649, 1654, 1655, 1659. †. 1662. 13. April. idem Archiater Regius Polonicus cum ſalario, & Electoralis Brandenburgicus Conſiliarius & Archiater; qui inter alias diſputationem ſcripſit de affectu qui Regiomonti in Studioſos communis Convictorii 1649. ſæviit. *Johannes Löſelius*, Brandenburgo-Pruſſus, natus 1607. 26. Aug. 1632. 15. April. Regiomonti Magiſter, hinc itineribus per Galliam, Angliam atque Bataviam inſtitutis, & negocio majoris momenti in aula Suecica expedito, Leidæ Med. D., tum Regiomonti 1639. Profeſſor Med. Tertius, †. 1655. 30. Mart. editis, præter Diſputationes, libris de Herbis in Boruſſia ſponte naſcentibus, de hiſtoria Citrii ſive Citrio prægnante, de Podagra, de ſcrutinio Renum, de Theriaca Andromachi a *Chriſtophoro Meyero* confecta. *Hieronymus Schulze*, Regiomontanus, natus 1610. 19. Febr. ex Jurium cultore medicus, 1636. 11. Octob.

Octob. Regiomonti Magiſter, in Italia ſtudium medicum proſecutus, Baſileæ 1638. Med. D., peragratâque Gallia, Anglia, & Batavia, 1639. Regiomonti Facultatis medicæ Aſſeſſor, ſimul 1640. Regius Polonicus Archiater cum ſalario, †. 1660. 22. April.

§. 691. *Johannes Maſius*, Crempâ-Holſatus, natus 1613. 14. Novemb., 1638. 8. April. Regiomonti Magiſter, 1640. 14. Mart. Med. D., 1641. Adjunctus Facultatis Medicæ, †. 1642. 14. Jun. qui, præter Disputationes, etiam Aſtronomici argumenti, edidit Oſteologiam generalem. *Ahasverus Schmittner*, Regiomontanus, natus 1618. 1. April. ſtudiis per 5. annos in Batavia agitatis, Baſileæ, quo per Galliam profectus erat, 1644. 4. Jul. Med. D., eodem anno in patria Facultatis medicæ Adjunctus, †. 1654. 4. Jul. *Fridericus Müller*, Cüſtrinenſis, peragratâ Batavia, Dania, & Polonia, Regiomonti 1644. habitâ 15. April. disputatione pro Gradu, 13. Maji pro Receptione, 1. Septemb. Med. D. proclamatus, eodemque anno Facultatis medicæ Adjunctus, 1658. adhuc Regiomonti præſens, poſthac in patriam reverſus, ubi edidit 1662. obſervationem de Partu 173. dierum vivo, factus quoque Archiater Electoralis. Magiſter *Georgius Loth* junior ſeu filius, natus Regiomonti 1623. 21. Januar. 1648. 5. Octob. Wittebergæ Med. D., 1650. Regiomonti Profeſſor Med. Extraordinarius, eodem a. Facultatis med. Adjunctus, 1655. vel 1656. Profeſſor Ordinarius Secundus, 1662. Primus, Rector Univerſitatis 1657, 1661, 1663, 1667, 1671,

1675,

1675, 1679, 1683. †. in magiſtratu 1684. 22. Febr. qui inter alia ſcripſit de Contagio febrili & variolarum Regiomonti 1656. graſſante. *Johannes Michaelis*, Regiomontanus, Baſileæ creatus Med. D., 1650. Regiomonti Facultatis medicæ Adjunctus, in eo munere adhuc 1656. conſtitutus.

§. 692. Jenæ Profeſſores: *Euſebius Schenckius* de Burgſtatt, Groloppio-Bohemus, natus 1569. 11. April., Græciæ Styriæ Profeſſor Phyſicæ, tum Jenæ Med. D., hinc Geræ medicus Aulicus & Poliater, denique Jenæ 1618. Profeſſor Med. †. 1628. 27. Octob. *Zacharias Brendel*, junior, natus Jenæ 1592. 1. Januar., ibidem Med. D. & Profeſſor, †. 1638. 13. Jun. cujus eſt Chemia in Artis formam redacta: tractatus de inductorum Purgantium viribus, doſi, cæt. præter Diſputationes & Joh. Hartmanni diatriben de uſu medico Microcosmi. *Guernerus Rolfinck*, Hamburgenſis, natus 1599. 15. Novemb. ſtudia philoſophica medicaque, præſertim Anatomica perſecutus ab a. 1616. Wittebergæ per biennium, ab a. 1618. Leidæ item per biennium, inde Patavii, quo per Angliam Galliamque iter direxerat, per quinquennium, habitâ interim quoque Venetiis cum ingenti applauſu Anatomia publica, tum Patavii 1625. 7. April. Philoſ. & Med. D. creatus, hinc Wittebergam reverſus, a. 1628. Patavium ad Profeſſionem Anatomiæ revocatus, ſed inter moras deliberandi Jenam ad idem munus cum Chirurgia & Botanica 1629. 4. Febr. invitatus, hanc ſpartam accepit, adiitque eodem a. 13. Maji, 1630, Hortum medicinalem primus inſtruxit ejusque

que Præfectus ab a. 1630. usque ad 1638. conſtitutus, 1641. 21. Febr. Chemiæ Profeſſor primus Jenæ factus, ſexies Academiæ Rector, ejusque ab a. 1664. Senior, Archiater Saxo-Vinarienſis, plurimorum Principum aliorum Comitumque medicus, 104. Doctorum promotor, †. 1673. 6. Maji, cujus prodiere, diſſertationes Anatomicæ ad Circulationem Sanguinis accommodatæ & ſex libris methodo ſynthetica exaratæ: Ordo & Methodus Generationi dicatarum partium per Anatomen cognoſcendi fabricam: Epitome Methodi cognoſcendi & curandi Particulares corporis Affectus, ſecundum ordinem Rhazæ ad Regem Manſorem libro nono, Hippocratis, Paracelſicis, & Harvejanis principiis illuſtratæ: Methodus cognoſcendi & curandi Affectus Capitis particulares: Ordo & Methodus cognoſcendi & curandi Febres: Ordo & Methodus medicinæ Specialis Commentatoriæ ὡς ἐν γένει: item ὡς ἐν εἴδει cognoſcendi & curandi Dolorem Capitis: Ordo & Methodus medicinæ Specialis Conſultatoriæ, continens Conſilia medica: de Vegetabilibus, Plantis, Suffruticibus, Fruticibus in genere libri duo: de purgantibus Vegetabilibus ſectiones 15: Chemia in artis formam redacta: Non Entia Chemica, mercurius metallorum & mineralium: Diſſertationes Chemicæ ſex; &c.

§. 693. *Paulus Marquardus Slegel*, Hamburgenſis, natus 1605, peragratâ Germania, Gallia, Batavia, Anglia, & Italia, Jenæ Med. D. & 1638. Profeſſor Hortique Præfectus, Wilhelmi III. Ducis Saxo-Vinarienſis Conſiliarius & Archiater, 1642. Ham-

Hamburgi Poliater Primarius, †. 1653. 20. Febr. a quo profecta, de Sanguinis Motu commentatio, in qua præcipue in Joh. Riolani ſententiam inquiritur: Adverſaria memorabilium med. cæt. *Gottfriedus Mœbius*, Lauchâ-Thuringus, natus 1611. 17. Octob. 1639. 24. Octob. Jenæ Med. Lic. 1640. 4. Maji Doctor, 13. Novemb. Profeſſor Ordinarius, mox in Facultatem Med. receptus, 1646. Archiater Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgenſis, Auguſti Ducis Adminiſtratoris Magdeburgenſis, & Wilhelmi Ducis Saxo-Vinarienſis, quater Academiæ Rector, †. 1664. 25. April. Halæ Saxonicæ; cujus extant fundamenta medicinæ Phyſiologica, Synopſis epitomes Inſtitutionum medicinæ, Epitome Inſtitutionum medicarum, Anatomia Camphoræ, Synopſis epitomes medicinæ Practicæ a *Gottfriedo* filio edita Patavii 1667. cæt. *Chriſtophorus Schelhammer*, Hamburgenſis, natus 1620. 15. April. Jenæ ſtudiis operatus, deinde in academiis Belgii, Angliæ, Galliæ, Italiæ, Med. D. & 1643. Profeſſor Jenæ, ſimul Horti medicinalis Præfectus, †. 1651. 21. Jun. Vinariæ; relictis Diſputationibus. *Johannes Theodorus Schenckius*, Jenenſis, filius Euſebii ſupra dicti, natus 1619. 15. Aug. 1637. Serveſtæ a Poliatro, affine ſuo *Nathane Voigtio*, in Inſtitutionibus medicinæ, Botanica ac Pharmaceutica eruditus, deinde Lipſiæ, Jenæ, Altdorfii, Patavii per biennium, (ubi inter cæteros *Andrea Virſungo* præceptore uſus eſt,) & in aliis illuſtribus ſtudiorum ſedibus Italiæ, diſciplinam medicam perſecutus, hinc aliquamtisper Norimbergæ, potiſſimum ſub manuductione *Joh. Georgii*

 Fabricii,

Fabricii, praxi exercitatus, 1643. extremo Jenæ Med. D., tum ibidem doctor Privatus, 1645. Chemnicenſis Phyſicus, 1649. medicus Aulicus Chriſtiani, & 1651. Wolfgangi Henrici, Dominorum a Schönburg, 1653. Jenæ Profeſſor Anatomes, Chirurgiæ, ac Botanices, poſtea Theoreticæ medicinæ, Rector Univerſitatis tertium, idem Academiæ Naturæ Curioſorum ſocius, †. 1671. 21. Decemb. a quo edita bona ſcripta, Catalogus Plantarum Horti medici Jenenſis, de Sero ſanguinis hiſtoria, Humorum corporis humani hiſtoria generalis, cognoſcendi & curandi principiis illuſtrata, ſive alio titulo, Iſagoge hiſtorica cæt. exercitationes Anatomicæ ad uſum medicum accommodatæ, Schola Partium humani corporis, Synopſis Inſtitutionum medicinæ Disputatoriæ, Prolegomena, Phyſiologia, & Pathologia: deinde ſecutæ, pars Semiotica, Hygieine, & Therapeutica: Medicinæ Generalis novo-antiquæ Synopſis: Syntagma componendi & præſcribendi Medicamenta; cæt.

§. 694. Argentorati Profeſſores: *Nicolaus Agerius*, vid. ſuperius §. 543. *Johannes Rudolphus Salzmann*, Argentoratenſis, ibidem Profeſſor Med. Primarius, Capituli Thomani Decanus, & Reip. Phyſicus, †. 1656. 11. Decemb. natus annos 83; cujus extant, epiſtola de Diæta Fractorum Oſſium, utrum ſcilicet conducant alimenta craſſa & viſcoſa, an vero tenuia ac ſubtilia? & utrum diuretica cibis ſint permiſcenda, necne? conſultatio de curando Melancholico: oratio de duplici medicina, Spirituali & Corporali: de Anatomicis quibusdam obſer-

ſervationibus epiſtola: varia obſervata Anatomica, poſt obitum autoris edita: de Balneis Seelbacenſibus: compluresque Diſſertationes academicæ, cæt. *Melchior Sebizius* filius, Argentoratenſis, natus 1578, ſtudia perſecutus Baſileæ & in aliis Germaniæ academiis, tum in Italicis Gallicisque, quæ regna bis peragravit, item in Anglicis Belgicisque, Baſileæ 1610. 26. Jun. Med. D., 1612. 27. Mart. Argentinæ Profeſſor Med. Ordinarius in locum parentis emeriti, 1630. 7. Octob. in Comitiis Imperii Ratisbonæ creatus Comes Palatinus Cæſareus, qua facultate ipſe creavit Notarios 47. Medicinæ Doctorem unum, Chirurgiæ Magiſtrum ſeu Doctorem item unum, cæt. 1625. Phyſicus urbanus, patris ſucceſſor: 1613. Canonicus Capituli Thomani, 1657. Decanus, 1668. Præpoſitus: 1657. Aſſeſſor ſive Præfectus Stipendii Schenckbecheriani: idem decies Rector Academicus, tricies Decanus ſui Ordinis, per 62. annos continuos Profeſſor, quo tempore 163. Candidatos examinavit, 55. Doctores ſua manu creavit, †. 1674. 25. Januar. natus annos 95. menſes 6. dies 6. polygraphus eruditisſimus, interque ipſius ſcripta multi ſunt commentarii vel disputationes in varios pluresque Galeni libros, nonnulla quoque in Hippocratem; reliqua fere etiam Disputationum formâ primum propoſita, ut, Exercitationes medicæ 56. ab a. 1622. usque ad a. 1636. Miſcellanearum Quæſtionum medicarum faſciculi 53: disputationes 4. de Dentibus: disputationes 3. de Reſpiratione: disputationes 6. de Variolis & Morbillis: disputationes de recta ratione Purgandi: de Urinis, de Purgandi ratione,

de Venæſectionis & ſanguinis vacuatione disputationes 3: diſſertationum de Acidulis ſectiones duæ: Examen Vulnerum lethalium: inſuper plurimæ Disputationes ſingulares: adhæc, de Alimentorum facultatibus libri 5: Manuale ſive Speculum medicinæ Practicum: discurſus de caſu adoleſcentis qui mortuus adjacente ipſi Serpente fuit inventus: de Serpentibus in humano corpore epiſtola: hiſtoria de fœmina quæ tum Hydrope Uterino, tum Molis carnoſis 76, tum Aſcite conflictata fuit: Hieron. Tragi Herbarium Germanicum plurimum auctum & locupletatum; &c. ex ejus filiis *Johannes Albertus* poſtea referetur: *Johannes Paulus*, Med D. & practicus feliciſſimus, ante patrem defunctus eſt: filiarum altera nupſit primo *Johanni Georgio Leytersbergero*, Med. D.

§. 695. *Andreas Schilling*, Itenhemio-Alſatus, Philoſ. & Med. D., Argentinæ primo practicus, deinde Profeſſor Philoſophiæ, poſtea Medicinæ, †. 1638. 18. Novemb. natus annos 45; editis variis Disputationibus. *Johannes Albertus Scbizius*, Melchioris filius, 1640. Med. D. & 1652. Profeſſor, 1656. Canonicus, poſtea Senior Capituli Thomani, 1675. Reip. Argentinenſis Phyſicus & Collegii Medici Præſes, natus 1615. †. 1685. 8. Febr. cujus inter alia prodiere Exercitationum Pathologicarum tomi duo, ex disputationibus nati.

§. 696. Leidenſes Profeſſores; in ſuperiore ſæculo omiſſi; *Laurentius Orſchotus*, vel *van Aſchot*, Petri Foreſti collega in ipſa Univerſitatis inauguratione

tione deductus: *Gerhardus Bontius*, (vid. ſupra §. 528.) Profeſſor Mathematum. *Otto Heurnius*, filius Johannis, natus Ultrajecti 1577. 8. Septemb., 1599. 24. Aug. Leidæ Magiſter Artium, 1600. 8. Maji, Profeſſor ibidem Philoſophiæ, 1601. 7. Jul. Med. D., eodem anno 8. Novemb. Profeſſor Med. ſucceſſor patris, ſcilicet Medicinæ Practicæ, Anatomiæ, & Chirurgiæ Profeſſor, Collegiique Practici Præſes, adhuc 1648. ſuperſtes, & quidem emeritus, Rector autem Magnificus, quod primum 1630. fuerat; qui ſcripſit de Philoſophia Barbarica libros duos: Caſus & Obſervationes rariores, cum edita Ultrajecti 1656. Medicina univerſa Fernelii, ad quam quoque ipſius Notæ, Obſervationes, & Remedia ſecreta collata ſunt: idem parentis Opera omnia collecta edidit; cæt. *Reinerus Bontius*, Gerhardi filius, natus Leidæ 1576., ibidem 1599. Profeſſor Phyſicæ, poſtea Med. D. & Profeſſor, Henrici Principis Naſſovii medicus Ordinarius, nec multo poſt Mauritii Naſſovii Gubernatoris Bataviæ, Archiater.

§. 697. *Ewaldus Schrevelius*, natus Hagæ Comitum 1575. claro genere, Med. D. & in patria practicus, 1625. in locum Æl. Everh. Vorſtii Profeſſor Leidenſis primarius, †. 1647., dum eſſet Rector Academicus. *Adolfus Vorſtius*, filius Ælii Everhardi, natus Delphis 1597. 23. Novemb., in Anglia, Gallia, & Italia, ſtudia proſecutus, 1622. 20. Aug. Patavii Philoſ. & Med. D., 1624. in patriam reverſus, brevique poſt Profeſſor Inſtitutionum Med., collega patris, ſucceſſor Reineri Bontii

 ad

ad Archiatri ſpartam evecti, 1625. in locum patris Profeſſor Botanices Hortique Præfectus, Rector Univerſitatis 1636, 1652, 1660, †. 1663; linguæ etiam Hebrææ Arabicæque peritus, cujus extant, præter diſputationes complures & orationes funebres, editio Aphoriſmorum Hippocratis, & Catalogus Plantarum Horti academici, cum indice Plantarum indigenarum quæ prope Leidam naſcuntur. *Adrianus Falcoburgius*, Med. D., Chirurgiæ Profeſſor Extraordinarius diebus feriatis.

§. 698. *Albertus Kyperus*, Regiomonto-Pruſſus, †. 1658, a quo in lucem data, medicinam rite diſcendi & exercendi Methodus: Reſponſio ad pſeud-Apologema, quod Vop. Fort. Plempius ſecundæ editioni Fundamentorum ſuorum medicinæ ſubjungi curavit: Anthropologia, corporis humani contentorum & animæ naturam & virtutes ſecundum circularem ſanguinis motum explicans: Inſtitutiones medicæ, quibus ſubjunguntur Transſumta medica, ſeu medicinæ fundamenta: Collegium medicum, 26. diſputationibus complectens, quæ ad Inſtitutiones pertinent, accedunt ejusdem diſputationes Phyſico-medicæ miſcellaneæ, atque Politicæ de origine & jure Magiſtratus, de jure Belli & de Fœderibus; cæt. *Johannes Antonides Van-der Linden*, vel *Lindanus*, natus Enckhuſæ 1609. 3. Januar. 1630. 18. Octob. Franekeræ Med. D., tum Amſtelodami ſub patris ductu practicus, 1639. Profeſſor Med. Franekeranus, Rector Academiæ 1643, idem Bibliothecarius, & Horti medici conditor, 1651. Profeſſor Med. Leidenſis, & ſimul

Rector

Rector Univerſitatis, †. 1664. 15. Mart. percelebris ex multis editis ſuis ipſius & aliorum libris, ut ſunt, de Scriptis medicis libri duo : Manuductio ad medicinam : Medulla medicinæ, tomus prior : medicina Phyſiologica : Selecta medica, maximam partem ad varia loca Hippocratis, ſed etiam nonnulla Aretæi, Plauti, S. Lucæ evangeliſtæ, Athenæi, Galeni : Meletemata medicinæ Hippocraticæ : Hippocrates de Circuitu Sanguinis : Oratio in funere Adolfi Vorſtii : de Hemicrania menſtrua hiſtoria & conſilium : Adr. Spigelii Opera : Hieron. Cardanus de Utilitate ex Adverſis capienda : Corn. Celſus de medicina : Hippocratis Opera omnia : aliquot Diſputationes ſingulares, cæt.

§. 699. *Johannes van Horne*, Amſtelodamenſis, Med. D., hanc artem exercens primo Venetiis, deinde Patavii, tum Neapoli, tandem Leidæ Profeſſor Anatomiæ Chirurgiæque & Botanicæ, †. 1670. 13. Januar. natus annos 49; cujus egregii ſunt libri, nominatim de Aneurysmate epiſtola : novus Ductus Chyliferus, (cujus inventionem ſibi vindicavit:) Microcosmus, ſeu brevis manuductio ad hiſtoriam Corporis humani ; Microtechne, id eſt, breviſſima Chirurgiæ methodus: Prodromus, ſeu Specimen obſervationum ſuarum circa partes Genitales utriusque ſexus, in epiſtola ad Guern. Rolſinkium : Obſervationes Anatomico - Medicæ : Leonh Botalli Opera omnia, cum annotationibus, &c. Galenus de Oſſibus Græce & Latine, &c. *Franciſcus de le Boë Sylvius*, Hanovienſis, natus 1614. Baſileæ Med. D. creatus 1637. 16. Mart., tum

practicus in patria, deinde Amſtelodami omnium præcipuus, 1658. Leidæ Profeſſor med. Practicæ, in locum Alb. Kyperi, †. 1672. 14. Novemb. dictus Doctor Opiatus, quique multa medicamenta, præſertim Chemicæ artis ope, invenit, ad explicandas œconomiæ animalis actiones ea, quæ in Chemicis operationibus accidunt, adhibuit, ſectæ autor, potiſſimum doctrina de duplici efferveſcentia, de bile alcalina & pancreatico ſucco acido, cæt. ſcriptis idem editis clariſſimus, quæ ſunt, Collegium medico-practicum dictatum 1660: Disputationum medicarum pars prima, ſive decas, primarias corporis humani functiones naturales ex anatomicis, practicis, & chemicis experimentis deductas complectens: de febre Epidemia Leidæ 1667. plures affligente: de affectu Epidemio 1669. Leidenſem civitatem depopulante oratio 8. Febr. 1670, quum academiæ Rectoratum deponeret, habita: idea Praxeos medicæ, libris 4: epiſtola Apologetica contra Antonium Deuſingium; &c.

§. 700. *Gilbertus Jacchæus*, Aberdonâ-Scotus, Philoſophiæ Profeſſor Leidenſis, Med. D. ibidem 1611, †. 1628; editis Inſtitutionibus Phyſicæ, Metaphyſicæ, & Medicinæ. *Caſparus Barlæus*, ex Theologo & Eccleſiaſte rurali, tum Scholæ Magiſtro, deinde Profeſſore Logices Leidenſi, ob Arminianismum exautorato, Med. D. Cadomi creatus, hinc iterum Leidæ profeſſus, denique Amſtelodami Philoſophiæ & Humaniorum literarum Profeſſor, †. 1648. 14. Januar. in puteo inventus, natus Antverpiæ 1584. 12. Febr. excellens

lens Poeta Latinus. *Jacobus Golius*, inſignis Philologus, præſertim in Arabica lingua clariſſimum nomen adeptus, hujusque & poſtea quoque Mathematum Profeſſor Leidenſis, inter reliquas diſciplinas etiam medicinam excoluit; natus Hagæ Comitum 1596. †. Leidæ 1667. 28. Septemb.

§. 701. *Guilielmus Moerbergen*, Med. D. & Scabinus Leidenſis. *Gerhardus a Lanſchot*, Med. D. & Senator Leidenſis.

§. 702. In Academia Julia Helmſtadii Profeſſores: *Johannes Freitag*, Veſalienſis, natus 1581. 30. Octob. Helmſtadii Profeſſor Med. primum Extraordinarius, non din poſt, nimirum 1604, Ordinarius, paucis poſt annis Philippi Sigismundi, Ducis Brunſvico-Luneburgici & Epiſcopi Osnabrugenſis, Aulæ medicus 1608, ſumtis quoque hac de cauſa Doctoris inſignibus, apud ſucceſſores Epiſcopos in eadem ſparta retentus, oblatis licet alibi lautis conditionibus, ut munere Profeſſionis Med. primariæ in nova Univerſitate Rintelienſi & Archiatri, vetere ſtatione Helmſtadienſi, dignitate Archiatri in aula Friderici Ulrici Ducis Brunſvicenſium ac Luneburgenſium; interim a Comite Teclenburgenſi Feudo quodam donatus; 1631. à ſuo Principe Romano-Catholico ob perſeverantiam in religione Proteſtantium dimiſſus, ſed eodem anno Profeſſor Med. Groningæ conſtitutus, ejus academiæ bis Rector, †. 1641. 8. Febr. cujus ſunt, Noctes medicæ, ſive de abuſu medicinæ tractatus, quo univerſum medicaſtrorum examen Em-

piricorum modernorum uberrima annona, Uromantes ſeu lotiophyſici, Agyrtæ, Ophthalmici, Dentifranguli, Chirurgi, Genethliaci, Seplaſiarioinſtitores, Myropolæ, Pſeudo-Chemici, Umbratici doctores, Paracelſiſtarum ſectæ, Magomedicaſtri, Sagæ, & Superſtitioſam vulgo curam exercentes, perſtringuntur, artis Paracelſicæ fundamenta evertuntur, &c. detectio & refutatio novæ ſectæ Sennerto-Paracelſicæ, recens in philoſophiam & medicinam introductæ: diſputationes contra neotericos novatores, ut de Calidi innati eſſentia, de morbis Subſtantiæ & cognatis quæſtionibus, de Formarum origine: oratio de perſona & officio Pharmacopœi, & Pharmacopolio rite recteque inſtruendo: Aurora medicorum Galeno-Chemicorum, ſeu de recta Purgandi methodo, & medicamentis Purgantibus ſimplicibus compoſitisque, tam veterum quam neotericorum & Chemiatrorum, libri 4: de Opii natura & medicamentis opiatis liber, cui de nova Phthiſin curandi ratione conſilium, & diverſæ Conſultationes medicinales acceſſerunt: de Lithotomia conſultatio; &c.

§. 703. *Adamus Luchtenius*, Huxarienſis, prius Profeſſor Phyſicæ, 1609. ſimul Profeſſor Med., ſed 1612. digreſſus Halberſtadium ad praxin agitandam; cujus extant Obſervationes in Actis Hafnienſibus de Caſu ab alto Chriſtiani IV. Regis Daniæ, de Morbo fatali Eliſabetæ Danicæ Ducis Brunſvicenſis, de morbo fatali Chriſtiani Ducis Brunſvicenſi. *Henningus Arniſæus*, vid. ſupra inter Francofurtenſes, natus eſt Schlanſtedti prope Halberſtadium: 1613. Profeſſor Helmſtadii, 1620. Hafniam di-

digreſſus ut Chriſtiani IV. Regis Conſiliarius & Archiater, ſtipulatus tamen, ut, ſi ſeptentrio minus ſibi conveniens foret, ad munus Helmſtadienſe reverti liceret; ſed manſit Hafniæ. *Johannes Wolfius*, natus Oldendorfii 1580, Philoſ. & Med. D. Helmſtadii creatus, tum Brunſvigæ practicus, deinde Guelferbyti Poliater, 1612. Helmſtadii Profeſſor Med. & Archiater, quo poſteriore officio ab a. 1631. in Aulis Guelferbytana & Luneburgenſi verſatus eſt, retenta tamen Profeſſione; †. Hannoveræ 1645. 28. Aug. ætatis a. 66; cujus ſunt Exercitationes Semioticæ 1620. Helmſtadii editæ, & ſupra §. 482. per errorem Johanni Wolfio Marpurgenſi Profeſſori adſcriptæ; & fortaſſis etiam ex reliquis nonnulla. *Gottfriedus Voglerus*, Viadro-Francofurtenſis, peragratâ Italiâ Med. D. Baſileæ factus, tum Practicus Verdæ, hinc Guelferbyti medicus Aulicus, & 1620. Profeſſor Helmſtadienſis, & Archiater Ducis Brunſvicenſis, †. 1624. 15. Febr. natus annos 38, tum Rector Magnificus; relictis diſputationibus.

§. 704. *Johannes Henricus Meibomius*, Henrici Profeſſoris Helmſtadienſis filius, natus 1590. 27. Aug. Med. D. Baſileæ 1619, in reditu ex Italia, Helmſtadii 1620. Profeſſor Med., 1626. Lubecæ Practicus, 1629. Poliater, ibidem Johannis Epiſcopi Lubecenſis Archiater, †. 1655. 16. Maji; in Humanioribus Antiquitatibusque celebritatem conſecutus, ut demonſtrant ejus ſcripta, puta, commentarius in Jusjurandum Hippocratis, Caſſiodori formula Comitis Archiatrorum cum commentario,

tario, de Cerviſiis potibusque & Ebriaminibus extra vinum aliis, epiſtola de Cynophoria ſeu canis portatione ignominioſa, Mæcenas ſive de C. Cilnii Mæcenatis vita, moribus, & rebus geſtis liber: de Flagrorum uſu in re venerea epiſtola: de Mithridatio & Theriaca diſcurſus; &c. relicto etiam opere manuſcripto de Vitis Medicorum. *Joachimus Jungius*, vid. infra inter Varios. *Jacobus Tappius*, natus Hildeſiæ 1603, Med. D. Helmſtadii 1631, ibidem anno ſequente Profeſſor Med., poſthac Ducis Auguſti Archiater, Academiæ Senior, †. 1680. 10. Octob. cujus extant, oratio de Tabaco ejusque hodierno abuſu, diſſertationes de principum functionum ſive Senſuum Internorum læſionibus, earumque veris contra vulgarem opinionem cauſis & curationibus, diſſertatio de ritibus ſacris & profanis quibus veteres Infantes ſuos in eorum Natalibus vel paulo poſt initiarunt; multæque aliæ disputationes academicæ, &c.

§. 705. *Hermannus Conringius*, natus Nordæ in Friſia Orientali 1606. 9. Novemb., Helmſtadii primum Profeſſor Philoſophiæ Naturalis, deinde 1636. uno eodemque anno Philoſ. Magiſter & Med. D., tum quoque Profeſſor Med., poſtea etiam Politices; idemque 1649. apud Principem Dominam Oſtfriſiæ Archiater & Conſiliarius Intimus, Conſiliarius Suecicus, Danicus, Luneburgicus, cæt. ob præclara ſcripta largiſſimis ſalariis donisque remuneratus, polyhiſtor plane eximius, & polygraphus judicio præſtantiſſimus, Ariſtotelica philoſophia inprimis ſubactus, in medicina, Politicis,

cis, Jure Publico, Hiſtoricis, re Literaria, cæt. parem fere laudem conſecutus, †. 1681. 12. Decemb. cujus, quæ ad medicinam ſpectant, ſunt, Introductio in univerſam artem medicam ſingulasque ejus partes: de Hermetica Ægyptiorum vetere & Paracelſicorum nova medicina, quo ſimul in Hermetis Trismegiſti omnia, ac univerſam cum Ægyptiorum, tum Chemicorum doctrinam animadvertitur, libri duo: item in editione ſecunda Apologeticus adverſus calumnias & inſectationes Olai Borrichii: de Calido innato liber unus, de Vita & Morte libri duo, de origine Formarum liber unus, omnia ad Ariſtotelis ſententiam elaborata: de Sanguinis generatione & motu naturali opus: exercitationes de Fermentatione Platonica: de Anima liber unus: de vitiis Nutritionis libri duo: diſſertatio phyſiologica de Lacte: de Germanicorum corporum Habitus antiqui ac novi cauſis diſſertatio: de doctrina Pathologica, præfatio præmiſſa Philippi Salmuthi Obſervationibus: Thomæ Fieni Opera poſthuma Chirurgica: complures Disputationes, &c.

§. 706. Altdorfii in Univerſitate amplificata Profeſſores: *Erneſtus Sonerus*, Norimbergenſis, natus 1573. ſtipendii Aicholziani alumnus, Philoſ. Magiſter Altdorfii 1595, hinc per Germaniam, Bataviam, Angliam, Galliam, Italiam peregrinatus, in reditu Baſileæ 1601. Med. D. creatus, mox Collegio Medicorum Norimbergenſi adſcriptus, 1605. Altdorfii Profeſſor Philoſophiæ Naturalis & Medicinæ Practicæ, in locum Phil. Scherbii, ab hoc ipſo

ipſo vivo commendatus, Rector Univerſitatis 1607, †. 1612. 28. Septemb. acutiſſimus philoſophus; ſed ab And. Voidovio in Socinianismi errorem inductus, quo deinde diſcipulos infecit, ante obitum tamen reſipiſcens; cujus extant, Oratio de Theophraſto Paracelſo ejusque pernicioſa medicina: Epiſtolæ duæ in Sigism. Schnitzeri vel Joh. Hornungi Ciſta medica: Conſilium & Epiſtolæ duæ de uſu Thermarum Carolinarum in morbo quodam, cum Wencesl. Payeri de iisdem thermis libro edita a Mich. Reudenio: aliquot Disputationes: præter Philoſophica, commentarios in diverſos libros Ariſtotelis, & Manuſcripta tam medica, quam philoſophica & heterodoxa. *Caſpar Hofmannus*, Gothanus, natus 1572. 8. Novemb. ſtipendiis Norimbergenſibus Altdorfii, Patavii, & Baſileæ ſtudia perſecutus, Patavii Nationis Germanicæ Conſiliarius, Baſileæ 1605. 8. Novemb. habitâ disputatione Med. D., 1606. Norimbergæ in Collegium Medicum receptus, 1607. Altdorfii Profeſſor Med. Theoreticæ, ſucceſſor Nic. Taurelli, quod officium d. 25. Aug. habita oratione adiit, Rector academiæ 1611, 1614, 1618, 1626, †. 1648. 3. Novemb. vir longe celeberrimus, & polygraphus, eruditiſſimus quidem, ſed veterum opinionum nimis tenax, aliorumque nimis aſper cenſor, cæterum Galeni partim vindex, partim reprehenſor; ex cujus ſcriptis potiora ſunt, Variarum lectionum libri 6, commentarii in Galenum de Uſu partium, notæ in Galeni librum de Oſſibus, Galeni Methodi medendi libri 14, ſeu Praxis medica curioſa: de Medicamentis Officinalibus libri duo, Apologia

gia pro Galeno, ſive Chreſtomathiæ: de uſu Lienis, de Ichoribus, de uſu Cerebri, de Thorace ejusque partibus: de Generatione, contra Mundinum Mundinium: Animadverſiones in Comitis Montani libros 5. de Morbis & Thomæ Eraſti Anatomen eorundem, nec non Ant-Eraſtica Montani: Pathologia parva: de Locis affectis libri tres: Inſtitutiones medicæ, earundemque Epitome: Iſagoge medica, duabus orationibus: Pro veritate, quo opere continentur exercitationes contra Pariſanum aliosque 17. neotericos, Ant-Argenterius, Anti-Fernelius, pluraque eriſtica: tractatus de Febribus, de Calido innato & Spiritibus, de partibus Similaribus, &c. inſuper Poematum quoque ſacrorum centuriæ 4: præter 21. Disputationes: ejus autem Galenus totus cum nova verſione & commentariis adhuc manuſcriptus ſupereſt 26. voluminibus folii forma: ſimiliterque Theophraſti Ereſii ſcripta Botanica.

§. 707. *Georgius Næſler*, Berolinas, natus 1591. 10. Maji Coloniæ ad Suevum ſeu Spream, poſt agitata in Germaniæ academiis ſtudia, in Italia, maximeque Patavii, per triennium verſatus, ibidem factus Nationis Germanicæ Conſiliarius Bibliothecariusque, & Ablegatus ad Ducem Senatumque Venetum, tum inter primos recens inſtituto more in Collegio al Bò Philoſ. & Med. D. renunciatus 1617. menſe Febr., 1618. Philoſ. & Med. Profeſſor Altdorfinus, in locum Ern. Soneri, circa idem tempus Archiater Johannis Friderici Comitis Palatini Hilpoltſteinii, 1619. in Collegium Medicum No-

Norimbergenſe cooptatus, 1631. captivus in caſtris Cæſareis Bavaricisque per 5. menſes verſatus, Rector Univerſitatis 1622, 1630, (1631. Pro-Rector,) 1638, 1646. †. 1650. 9. Jul. relictis 28. disputationibus, aliisque nonnullis academicis opusculis: cæterum laudem Celſianæ latinitatis conſecutus: idem quoque Poeta. *Ludovicus Jungermannus*, Lipſienſis, natus 1572. 4. Jul., circa initium ſæculi 17. Altdorſium veniens, congeſſit Catalogum Plantarum quæ circa hoc oppidum & vicinis quibusdam locis naſcuntur, poſtea editum a Caſp. Hofmanno 1615: deinde in novam Univerſitatem Gieſſenſem transgreſſus, ibi circa a. 1609. Horti medici publici hortulanus fuit, 1610. ibid. Med. D. non multo poſt deſcriptiones plantarum in Horto Eyſtettenſi pro Baſ. Beslero, ab hoc in domo ſua ſuſtentatus, confecit: 1614. Profeſſor Med. & Botanices Ordinarius Gieſſenſis, Rector ibidem academicus 1624, ſub ejus anni finem aut ſequentis initium, cum toto corpore academico, propter belli turbulentum ſtatum, gratioſe dimiſſus: 1625. Altdorfii Profeſſor Botanices & Anatomiæ, Hortique Præfectus, d. 10. Novemb. in Senatum academicum receptus, cujus quidem horti prima ipſe jecit fundamenta; Rector Univerſitatis 1634, 1642, 1650. †. 1653. 8. Jun. a quo edita, præter jam dicta, Cornucopiæ Floræ Gieſſenſis, proventu ſpontanearum ſtirpium cum flora Altdorfienſi amice & amœne conſpirantis, uti Lipſienſium, Wittebergenſium, Jenenſium quoque deliciis herbarum abundantis: Aulæum Academicum, in quo clariſſ. Profeſſorum, quibus Athenæum Gieſſenſe maxime in-

inclaruit, anagrammata &c. exhibentur: Catalogus Plantarum, quæ in Horto medico & agro Altorphino reperiuntur, 1635: idem auctus & denuo recenſitus 1646; manu autem exarata relicta, Viridarium Lipſienſe ſpontaneum, Catalogus Herbarum circa Gieſſam ſponte naſcentium, Catalogus Plantarum circa Francofurtum ad Mœnum ſpontanearum, cæt.

§. 708. *Mauritius Hoffmann*, Fürſtenwaldenſis, ex Marchia Brandenburgica, natus 1621. 20. Septemb., cœptis 1638. Altdorfii ſtudiis academicis, 1641. Patavium profectus, ubi 1642. ductum Pancreaticum in gallo Indico primus detexit, (qui ut a Profeſſore Anatomes Altdorfino quotannis demonſtraretur, illi florenum annuum legavit,) ibidemque triennio exacto, redux Altdorfii 1644. menſe Octob. habita disputatione inaugurali, 1645. 15. April. renunciatus Med. D., eodem anno Poliater, 1648. in panegyri Petro-Paulina Profeſſor Anatomiæ & Chirurgiæ Extraordinarius, 1649, poſt obitum Caſp. Hoffmanni, Profeſſor Med. Ordinarius, tum quoque in Norimbergenſe Collegium Medicum receptus, 1653. defuncto Lud. Jungermanno Profeſſor Botanices Hortique Præfectus, Rector Univerſitatis 1654, 1662, 1670, 1678, 1690: præclare de academia meritus etiam condito Theatro Anatomico 1650, Horto ampliato ejusque Hibernaculo exſtructo, inſtituta Societate Philiatrorum Altdorfina publice confirmata, atque adhuc durante, inſtituta Profeſſione & Offi-

cina Chemica, cæt. idem Conſiliarius & Archiater Friderici Wilhelmi Magni Electoris Brandenburgici, Marchionum Culmbacenſis & Anſpacenſis, Ducisque & Adminiſtratoris Würrembergici, Academiæ Naturæ Curioſorum ſocius; †. 1698. 20. April. cujus laudanda ſcripta ſunt, fere ex disputationibus nata, Synopſis Inſtitutionum medicinæ, ex Sanguinis natura vitam longiorem, artem breviorem promittens, accedunt tres Methodi de Curandis morbis: Prudentiæ medicæ ex Sanguine, pro ſalute mortalium, agendorum rationes exponentis fundamenta: Synopſis inſtitutionum Anatomicarum, ex Sanguinis natura partium plerarumque virtam declarans, accedit delineatio Anatomes Phyſico-Pathologico-Chirurgicæ: Sciagraphia morborum Contagioſorum, ex natura Sanguinis præcavendorum & curandorum, per 40. disputationes exhibita: expoſitio de febribus Peſtilentibus epidemiis 1680, Germanice: Floræ Altdorfinæ deliciæ Silveſtres, ſive catalogus plantarum in agro Altdorfino locisque vicinis ſponte naſcentium, cum Lapidum Fungorumque hiſtoria, item Topographia Altdorfina in uſum excurſionum botanicarum: Floræ Altdorfinæ deliciæ Hortenſes, ſive catalogus Horti medici: Appendix ad catalogum plantarum Hortenſium: Florilegium Altdorfinum, ſive tabulæ, loca & menſes exhibentes, quibus Plantæ exoticæ & indigenæ ſub cœlo Norico vigere ac florere ſolent: Montis Mauritiani deſcriptio, ſive catalogus Plantarum, quæ in illo & vicinis eidem locis occurrunt: Botanotheca Laurembergiana, ad

uſum

uſum Societatis Medicæ in Univerſitate Altdorſina accommodata; præter 15. Diſputationes ſingulares, & inedita.

§. 709. Franekeræ Profeſſores, (aliqui jam ſuperiore ſæculo, ab a. 1585.) *Raphael Clingbyl*, Med. D. & Profeſſor Ordinarius, urbis Conſul, Rector Univerſitatis 1606, †. 1608. 25. Mart. natus annos 39. *Alardus Auletius*, Doccomo-Friſius, Med. D. & Franekeræ Profeſſor 1589. †. 1606. qui ſcripſit monitionem ad Ordines Friſiæ de reformanda Praxi medica. *Sixtus Arcerius*, Friſius, Med. D. ejusque & Græcarum literarum Profeſſor, †. 1623. 1. Aug. natus annos 52. menſes 7. dies 19. qui Galeni paraphraſtæ Menodoti orationem adhortatoriam ad Artium liberalium ſtudium capeſſendum, & ejus libellum, quod optimus medicus, niſi etiam Philoſophus, non ſit, cum nova Latina interpretatione & notis edidit. *Menelaus Winſemius*, Pierii frater major, Græce Latineque doctiſſimus, Med. Anatomiæ, & Botanicæ Profeſſor, per 23. annos, Rector 1618, 1619. *Adrianus Metius*, Alcmarianus, Med. D. & Mathematum Profeſſor eximius per 38. annos, Rector 1632. †. 1635. 16. Septemb. editis pluribus mathematicis libris. *Joh. Antonides Vander Linden* jam inter Leidenſes occurrit. *Joachimus Frencelius*, Camitio-Luſatus, Patavii contubernio Joh. Veslingii & Joh. Rhodii uſus, Franekeræ civibus Principibusque pariter acceptiſſimus, inſcriptus ibidem in album Studioſorum 1632. 20. Aug., Rector 1653. *Johannes*

Phocylides Holwarda, Med. & Philoſ. D., Logicæ Profeſſor Ordinarius 1647. 15. Mart.

§. 710. In nova Univerſitate Gieſſena Profeſſores: *Joſephus Lauterbach*, Philoſ. & Med. D., primum Friedbergæ Phyſicus, tum Gieſſæ Profeſſor Med. Primarius, †. 1614. 17. Aug. a quo edita, Conſilia Italiæ Medicorum, ſeorſim Antonii Mariæ Venuſti: item Julii Cæſaris Claudini tractatus aliquot: Joh. Langii commentarius in Ariſtotelem de Mundi fabrica; & alia. *Johannes Münſterus*, Hailbrunnenſis, natus 1571, Tubingæ Philoſ. Magiſter, deinde in Italia ſtudio medico exculto, Baſileæ 1599. 16. Febr. Med. D. tum in patria urbe practicus, 1605. Phyſicus Wimpinenſis, ſed 1606. Profeſſor Med. Gieſſenſis, † tamen eodem ipſo anno 25. Septemb., cujus prodierunt, diſcuſſio eorum, quæ ab *Abrahamo Schopſio*, Aulæ Würtembergicæ medico, tum de aliis quibusdam ad Purgandi negotium ſpectantibus theorematis, tum vero maxime de purgatione principio morborum inſtituenda, contra Hippocratis Lib. I. Aphoriſm. 22. ſcripta ſunt, acceſſerunt appendix una, contra Capivaccium, altera contra Hieron. Mercurialem: item, diſputationum de Pædo-Phlebotomia libri 5, quibus Galeni decretum de non mittendo Pueris infra 14. annum ſanguine defenditur, pro Alex. Maſſaria adverſus Horat. Augenium.

§. 711. *Gregorius Horſtius*, Torgenſis, natus 1578, ſtudia perſecutus Gottingæ, Halberſtadii,

dii, Ilfeldæ, Helmſtadii, Wittebergæ, ubi Magiſter creatus 1600, a. 1604. in Auſtria practicus, 1606. 28. Mart. Baſileæ Med. D., mox Profeſſor Med. Wittebergenſis, (in Catalogis tamen Sennerti Suevique non invenitur,) 1607. Soltquellæ Medicus Ordinarius, 1608. Gieſſæ Profeſſor Med. Ord. 1609. ſimul Archiater, 1622. Ulmæ Phyſicus Primarius & Collegii Medici Director, ſucceſſor *Laurentii Waltheri Kuchlini*, †. 1636. 9. Aug. pluribus ſcriptis egregiis clarus, ut ſunt, ſcepſis de naturali Conſervatione & Cruentatione Cadaverum, addita exercitatione de Somno & Somniis, jam Wittebergæ 1606. edita: item de Natura humana libri duo, ibid. 1607: medicarum Inſtitutionum compendium, ſeu disputationes 20: tractatus de Scorbuto: centuria Problematum medicorum Therapeuticorum, continens graviſſimorum affectuum cognitionem & curationem juxta principia Hippocratica, Galenica, & Hermetica: decas Pharmaceuticarum exercitationum, in qua de ſimplicium & compoſitorum medicamentorum natura, nec non eorundem præparatione tam Galenica quam Spagyrica, dextroque uſu, compendioſe tractatur: diſſertatio de natura Amoris, additis reſolutionibus de cura furoris Amatorii, de Philtris, atque de Pulſu amantium: de Morbis eorumque cauſis liber, cum declaratione controverſiarum: Marcellus Donatus de medica Hiſtoria mirabili Notis illuſtratus & integro recentiorum Obſervationum libro 7. completus: de tuenda Sanitate Studioſorum libri duo: Conciliator enucleatus, ſeu differentiarum philoſophicarum & medicarum Petri Aponenſis compendium:

Anatome corporis humani menſe Octobri 1617. inſtituta: de natura Thermarum diſſertatio: de cauſis Similitudinis & diſſimilitudinis in fœtu reſpectu parentum, & reſolutio quæſtionis de diverſo Partus tempore, inprimisque quid de Septimeſtri & Octimeſtri partu ſentiendum: Febrium continuarum & malignarum prognoſis, juxta textum Hippocraticum in principio Coacarum Prænotionum: Obſervationum medicinalium ſingularium libri 4. priores & Epiſtolarum liber primus: Obſervationum libri 4. poſteriores, & Epiſtolarum liber ſecundus: complementum ad librum 2. Epiſtolarum: Methodus medendi Ferneliana enucleata, & Controverſiarum deciſionibus illuſtrata: Herbarium Horſtianum, ſeu Jac. Horſtii de ſelectis plantis & radicibus libri duo, in compendium redacti, pluribusque ſimplicibus aucti: Inſtitutiones Phyſicæ; aliaque.

§. 712. *Michael Döring*, Vratislavienſis, Med. D. poſtea Poliater urbis patriæ & Principis Lichtenſteinii Archiater, †. 1644; cujus prodierunt, de Medicina & Medicis adverſus iatromaſtigas & pſeudiatros libri duo, in quibus non ſolum generatim medicinæ origo, progreſſus, dignitas, & medici officium prolixe aſſeritur, ſed etiam particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præſtantia, quam Empiricæ, Magicæ, Methodicæ, & Paracelſicæ uſus atque abuſus excutitur: acroama medico-philoſophicum de Opii uſu, qualitate calefaciente, virtute narcotica, & ipſum corrigendi modo: diatribe de Opobalſamo Syriaco, Judaico, Ægyptiaco,

co, Peruviano, Tolutano, & Europæo; plures Obſervationes & Epiſtolæ inter illas Greg. Horſtii & Guil. Fabricii Hildani inſertæ: Nicol. Mutoni Mithridatiotechnia annotationibus atque controverſiis locupletata; &c. *Ludovicus Jungermannus*, jam inter Altdorfinos commemoratus. *Jacobus Müllerus* inter Marpurgenſes dictus: itemque *Joh. Conr. Dietericus*. *Johannes Tackius*, Wetzflarienſis, Philoſ. & Med. D., Gieſſæ Profeſſor Med. & Eloquentiæ, Archiater Haſſo-Darmſtadinus, idem Poeta Laureatus, †. 1675. 30. Aug. natus annos 58; cujus extant Chryſogonia Animalis & Mineralis, in oratione ſolenni: triplex Phaſis (flumen) ſophicus Solis orbe expeditus, humanæque fragilitati, & ſpei reſurrectionis rerum conſecratus, (de auro, ſaccharo, quinta eſſentia vini, magno philoſophorum elixire, cæt.) & alia.

§. 713. In nova Univerſitate Groningana Profeſſores: *Nicolaus Muliers*, *Mulierius*, aut *Mulerius*, Brugâ-Belga, natus 1564. 25. Decemb. Med. D. Leidæ 1589. 24. Mart. 1590. Harlingæ medicus Ordinarius, 1603. Amſtelodamum digreſſus, non multo poſt Groningæ medicus Provincialis, 1608 Gymnaſii Leovardienſis Moderator, 1614. Groningæ Profeſſor Med. & Mathematum, idem Bibliothecarius, bis Rector Univerſitatis, 1621. in Collegium Directorum Societatis Indiæ Occidentalis allectus, †. 1630. Nonis Septemb. editis multis ſcriptis Aſtronomicis. *Petrus Mulerius*, Nicolai filius, natus Harlingæ 1599. 11. Mart., Groningæ potiſſimum, Leidæ, & Mons-

pelii medicinæ & Matheſeos ſtudia perſecutus, Valentiæ Sequanorum 1624. 4. Id. Jun. Med. D., promotore *Antonio de Galliot*, Archiatro & Conſiliario Regio; tum practicus Amſtelodami, deinde medici Ordinarii Principis Auraici munere & Rectura Scholæ Dammonenſis recuſatis, 1629. Groningæ Profeſſor Phyſices & Botanicæ, quam ſpartam d. 1. Septemb. adiit; †. 1647. 14. Febr. *Conradus Matthæus*, natus Herbornæ Naſſoviorum 1603. 26. Maji, 1627. Groningæ Med. D., 1631. Profeſſor Med. Ordinarius, ſemel Rector Academicus, †. 1639. 12. Septemb. *Johannes Freitagius* vid. ſupra inter Helmſtadienſes.

§. 714. *Henricus Welmann*, Groninganus, natus 1611. 17. Kal. Decemb. ſtudiis operatus Groningæ, Leidæ, & Trajecti ad Rhenum, 1639. menſe Januar. Groningæ Med. D., 1640. in locum Conr. Matthæi Profeſſor Med. primum Extraordinarius, brevi poſt Ordinarius, †. 1643. natus annos 31. menſes 6. dies 17. relictis pluribus Diſputationibus academicis. *Chriſtianus Perizonius*, natus in arce Brakenſi prope Lemgoviam 1609, Med. D. Groningæ 1639. 1. Febr. brevi poſt Oldenzaliæ Poliater, deinde Groningam reverſus, factusque Med. Profeſſor Extraordinarius, munus oratione 1647. 19 Januar. auſpicatus, mox etiam Academiæ Secretarius, 1650. Profeſſor Ordinarius, tumque Secretarii onus depoſuit, ſed eodem anno †. 29. Septemb. *Johannes Borgeſius*, natus in pago Omlandiæ Weſter-Witwert 1618. 13. Jun. Mathematicis probe excultus, ut adhuc adoleſcens collegia ejus generis Groningæ bona cum venia Profeſſo-

rum

rum habuerit: ab a. 1640. Ultrajecti, Leidæ, Pariſiis, Andegavi ſtudia proſecutus, in poſtrema Univerſitate hoſpitio Doctoris *Baillif*, Med. Profeſſoris Primarii uſus, ibidemque Med. D. creatus, Groningam reverſus 1645. adulto autumno, 1646. 29. Novemb. Profeſſionem in ea academia Matheſeos auſpicatus, ad quam in Gallia adhuc commorans deſignatus erat in locum Matthiæ Paſoris, idem Profeſſor quoque Medicinæ, ſed non diu poſt viſu orbatus, & tandem †. 1652. 22. Novemb.

§. 715. *Antonius Deuſingius*, natus Meurſæ 1612. 15. Octob. patre ex oppido Sancti Goari oriundo, Arabica etiam Perſicaque ac Turcica lingua & Matheſi, præter Philoſophiam & Medicinam, eruditus Leidæ, ibidem Med. D. 1637. 25. Septemb. 1638. 9. Jul. Groningæ Profeſſor Matheſeos, 1639. 5. Decemb. Hardervici in locum Joh. Iſaaci Pontani Profeſſor Phyſices & Mathematum Ordinarius, paucis poſt menſibus etiam Poliater in locum defuncti *Bachovii*, 1642. 12. Aug. Profeſſionem quoque Medicinæ auſpicatus, a quo tempore cœpit in ea Univerſitate Facultas Medica: 1643. ineunte Senior Eccleſiæ Hardervicenſis, 1646. Profeſſor Med. Primarius, introductus 1647. 12. Januar., eodem anno Groningæ Profeſſor Medicinæ & Philoſophiæ, nec non Phyſicus Provincialis, Magiſter renunciatus 19. Octob. ejusdem anni: Rector Univerſitatis 1648 & 1653: 1649. 1. Novemb. Senior Eccleſiæ Groninganæ, 1652. Wilhelmi Friderici, Comitis Naſſovii, Friſiæ Gubernatoris medicus Aulicus, †. 1666. 29. Januar. a quo edita, Canticum Avicennæ, cui adjecti Aphoriſmi

Kk 5 me-

medici Johannis Meſuæi Damaſceni, ex Arabico Latine reddita; acceſſit oratio de felicitate Sapientum: Synopſis medicinæ ſeu compendium Inſtitutionum, publicis disputationibus exhibitum: idea doctrinæ de Febribus, publicæ ventilationi ſubmiſſa: anatome parvorum naturalium, ſeu exercitationes Anatomicæ ac Phyſiologicæ de partibus humani corporis, conſervationi ſpecierum inſervientibus: Diſſertationes duæ, de motu Cordis & Sanguinis, & de Lacte ac Nutrimento Fœtus in utero; quarum ſecundæ editioni acceſſerunt defenſiones autoris, nominatim Reſponſiones ad objectiones *Johannis Andreæ Schmitzii*, adverſus diſſertationem de Lacte, item autoris diſſertatio de Venæſectione in Pleuritide, & oratio de Judicii difficultate: Geneſis microcosmi, ſeu de generatione Fœtus in utero: hiſtoria Fœtus Muſſipontani extra uterum in abdomine geniti, conſideratione phyſico-anatomica illuſtrata: ejusdem Fœtus Secundinæ detectæ: Fœtus hiſtoria partus infelicis, quo gemellorum ex utero in abdominis cavum elapſorum oſſa ſenſim multis annis poſt, per abdomen ipſum in lucem prodierunt: Vindiciæ Fœtus extra uterum geniti, nec non quorundam ſcriptorum ſuorum contra furioſos *Bernhardi a Doma* inſultus, ut & calonum caterva disjecta, cujus anteſignanus *Antonius Roſinus* perſonatus: idea Fabricæ corporis humani, ſeu inſtitutiones Anatomicæ ad circulationem ſanguinis aliaque recentiorum inventa accommodata: exercitationes de Motu animalium: Oeconomia corporis Animalis, 5. partibus, exercitationibus diverſis pluribus conſtans, quæ prius ſigillatim ſine titulo œconomiæ

conomiæ prodierant; Oeconomus corporis Animalis, ac ſpeciatim de ortu Animæ humanæ diſſertatio, nominatim oppoſita conceptibus Gualteri Charletonis: Oeconomus corporis Animalis reſtitutus: Apologeticæ defenſionis pro Oeconomia corporis Animalis, prodromus, quo perſonato cuidam *Benedicto Blotteſandeo* larva detrahitur; cui additum Vindiciarum Hepatis redivivi ſupplementum: reſurrectio Hepatis aſſerta, contra ſocium larvatum, *Vincentium Slegelium*, ſub perſonati Blotteſandei cohorte furioſa ſigniferum; acceſſit disquiſitio ulterior de Chyli motu, & officio Hepatis: in Sylvam echo, ſeu Sylvius heautontimorumenos, cum appendice de Bilis & Hepatis uſu: disquiſitio Anti-Sylviana de Calido innato & aucto in corde ſanguinis calore: disquiſitio Anti-Sylviana de motu Cordis & Arteriarum: disquiſitio Anti-Sylviana de Signo Febrium pathognomonico, cum additamento ad erroneam Sylvii experientiam ſpectante, qua is febres Frigidas cum Helmontio comminiſcitur: Sylva cædua cadens, ſeu disquiſitiones Anti-Sylvianæ de Alimenti aſſumti elaboratione & diſtributione: Sylva cædua jacens ſeu disquiſitiones Anti-Sylvianæ ulteriores: disputatio anatomico-medica de Chyli a fæcibus alvinis ſecretione, ac Succi Pancreatici natura & uſu: Examen Anatomes Anatomiæ Bilſianæ, ſeu epiſtola de Chyli motu ad D. *Johannem Caſparum Fauſium*: exercitatio de admiranda Anatome Ludovici de Bils: diſſertatio de Mandragoræ pomis: diſſertationes de Unicornu, de lapide Bezoar, de Agno vegetabili, de Anſeribus Scoticis: diſſertationes de Man-

Manna, Saccharo, & Monocerote: diſquiſitio medica de Morborum quorundam ſuperſtitioſa origine & curatione, ſpeciatim de morbo vulgo dicto Manſchlacht, de Lycanthropia, de Surdis ab ortu Mutisque, ac illorum cognitione, ubi & de ratione & loquela Brutorum animantium: diſquiſitio gemina de Peſte, prior, an contagioſa peſtis ſit? altera, an vitanda, & quomodo, illæſa charitate? tractatus de Peſte; in quo de peſtis natura, cauſis, ſignis, præſervatione, ac curatione agitur: conſiderationes circa experimenta phyſico-mechanica Roberti Boylei de vi Aeris Elaſtica & ejusdem effectibus: diſquiſitio phyſico-mathematica gemina de Vacuo, itemque de Attractione, quibus probatur, nullum in rerum natura dari vel poſſe dari vacuum, oſtenditurque, contra J. Pecquetum inprimis, non pulſione duntaxat, ſed & tractione, in rerum natura fieri motum; &c.

§. 716 *Gerbardus Neufvillius, de Neufville,* Nevevilius, Nevelius, de Veſalia Inferiore, Med. D. primum Heidelbergæ Mathematum Profeſſor Extraordinarius, deinde Bremæ Profeſſor Phyſices & Mathematum nec non Medicinæ, idemque urbis Phyſicus primarius, denique Groningæ Profeſſor Med. & Philoſophiæ, †. 1648. 28. Jul. natus annos 58; editis aliquot libris mathematicis phyſicisque, ut Cosmologiâ & Anthropologia, &c. *Tobias* quoque *Andreæ*, Braunfelſâ-Solmenſis, Groningæ Profeſſor Hiſtoriarum & Græcæ Linguæ 1634. idemque Bibliothecarius, natus 1604. 19. Aug. †. 1676. 17. Octob. quædam ſcripſit ad medicæ

dicæ diſciplinæ partes referenda, cujusmodi ſunt, extractum actorum in cadaveribus Bilſiana methodo præparatis, bilanx Bilſianæ & Clauderianæ Balſamationis, qua oſtenditur, Clauderi inventam balſamationem non minus ac veterum, longe a Bilſiana differre; &c. *Henricus Muntingius*, Groninganus, Med. D. per univerſam ferme Europam peregrinatus, ſuis ſumtibus inſignem Hortum botanicum Groningæ inſtruxit, cui quoque ſuſtentando annuam ab Ordinibus Provinciæ penſionem obtinuit 1642, titulumque Botanici Provincialis, idem Profeſſor ejus partis conſtitutus 1654, nec non Chemiæ, †. 1658; ejusque prodiit Hortus medicus 1646.

§. 717. Rintelii in nova Univerſitate Profeſſores: *Johannes Ravius*, Med. D. †. 1621. 30. Novemb. *Petrus Finxius*, Med. D., Holſato-Schaumburgicæ Aulæ Archiater, & medicæ Facultatis in academia Erneſtina Ordinarius, Rector Univerſitatis 1625. 17. Jul. ſed †. eodem anno 10. Septemb. *Erneſtus Nicenius*, Med. D. Archiater Schaumburgicus. *Johannes Petrus Lotichius*, Mœno Francofurtenſis, natus 1598, Med. D., poſtea digreſſus Francofurtum ad Mœnum, tum in academiam Marpurgenſem, deinde in aulam Cæſaream, †. 1652: cujus extant, præter Poetica, Hiſtorica, Philologica, de gummi Gotta discurſus theorico-practicus: Paradoxon, ſive de Febribus in genere diſſertatio, in qua probabiliter adſtruitur, febrem omnium reliquorum morborum ideam eſſe; acceſ-

ſit

ſit diſputatio phyſica de dignitate & præſtantia ſcientiæ Naturalis: in Petronii Satyricon commentarii, ſive excurſus medico-philoſophici, tribus libellis: Gynæcologia, id eſt de nobilitate & perfectione ſexus Fæminei contra maſtiges diaſcepſis: de Caſei nequitia tractatus medico-philologicus: Conſiliorum & Obſervationum medicinalium libri 5; &c.

§. 718. *Guilielmus Deichmann*, Med. D., Profeſſor med. Practicæ, qui poſtea in oppido Lübbeke ſedem fixit. *Eraſmus Schmidt*, Med. D. †. 1649. *Henricus Fauſt*, Med. D. †. 1653. 19. Septemb. *Adamus Schäffer*, Med. D. poſtea Comitis Rietbergenſis Archiater. *Rodogerus Timplerus*, Med. D., Profeſſor medicinæ Practicæ & Chemiæ, idemque Haſſiacus Archiater, †. dum eſſet Rector Academicus, 1655. 17. Aug.

§. 719. Trajecti ad Rhenum in nova Univerſitate Profeſſores: *Guilielmus Stratenus*, ſive *Vander Straeten*, Ultrajectinus, Med. D., Practicæ & Anatomiæ Profeſſor, poſtea Archiater Principum Auraicorum Friderici Henrici, Wilhelmi II, & Wilhelmi III. †. Deputatus in Generali Rationum Camera Hagæ Comitum 1681, natus annos 88. *Henricus Regius*, ſive *de Roy*, Ultrajectinus, Med. D. & Profeſſor Primarius, †. 1679. menſe Aprili, natus annos 81. qui primus Carteſianam philoſophiam in medicinam aſſumſit, multis propter hanc philoſophiam rixis agitatus, extantque ejus Phyſiolo-

ſiologia ſive cognitio ſanitatis, tribus disputationibus publice propoſita: Spongia pro eluendis ſordibus Animadverſionum Jacobi Primeroſii in theſes ipſius de Circulatione ſanguinis: fundamenta Phyſices, ſive philoſophia naturalis: fundamenta Medica, ſeu Medicina: Praxis medica, medicationum exemplis demonſtrata: explicatio Mentis humanæ: Hortus Academicus Ultrajectinus; &c. *Isbrandus de Diemerbroeck*, Montfortio-Ultrajectinus, Med. D. & Profeſſor, †. 1674: cujus præclara ſunt opera, de Peſte libri 4, morbi hiſtoriam ratione & experientia confirmatam exhibentes: disputationum Practicarum pars prima & ſecunda, de Morbis Capitis & Thoracis: Anatome corporis humani.

§. 720. Hardervici in nova Univerſitate Profeſſores: *Antonius Deuſingius*, jam inter Groningenſes relatus. *Jacobus Kochius*, Med. D., Profeſſor Philoſophiæ Practicæ Ordinarius, Medicinæ primum Extraordinarius, &c. *Gisbertus van Iſendorn*, Med. Licentiatus, Liberalium Artium Magiſter, Philoſophiæ Doctor & Profeſſor.

§. 721. Norimbergenſes medici: *Hieronymus Beslerus*, videatur ſupra §. 543, ubi extra ſuum locum relatus eſt, quum vel huc pertineat, vel adhuc aptius, pro ordine recepto, ad §. 506. *Abraham Boxbarter*, natus Auguſtæ Vindelicorum 1589. 15. Febr. Med. D. 1609. 21. Januar. in Collegium Medicum Norimbergenſe cooptatus 1610. deinde practicus Winshemii, †. 1625.

1625. 2. Mart. *Johannes Andreas Rumpold*, natus Norimbergæ 1576 15. Novemb., Med. D. in Collegium Norimbergenſe receptus 1613., in Senatum Majorem admiſſus 1622, †. 1623. 27. Septemb. *Johannes Henricus Kirchberger*, natus Norimbergæ 1580, Patavii per quadriennium verſatus, Med. D. Baſileæ 1614. 4. Jul., & inter Norimbergenſes medicos receptus eodem a. 9. Sept. †. 1632. 2. Decemb. *Johannes Leopold*, Norimbergenſis, natus 1581. Med. D. inter Medicos Norimbergenſes cooptatus 1614, †. 1628. menſe Majo. *Johannes Clemens Cuno*, Johannis filius, Norimbergenſis, natus 1582., Baſileæ Med. D. 1614, Norimbergæ medicis Ordinariis accenſus 1615, †. 1632. 21. Novemb.

§. 722. *Baſilius Besler*, Norimbergenſis, Pharmacopœus, ſed edito Horto Eyſtettenſi famam adeptus, †. 1629. *Wilhelmus Rebe*, natus Norimbergæ 1592. Monspelii Med. Baccalaureus, Licentiatus, & Doctor 1617, in Collegium Phyſicorum Norimbergenſium cooptatus 1618, per multos annos medicus Xenodochii, Senatus Majoris membrum 1621, †. 1631. 23. April. *Hieronymus Viſcher*, Hieronymi filius, Norimbergenſis, natus 1593, inter medicos Ordinarios patriæ receptus 1619, †. ut creditur, alibi 1631. *Sebaſtianus Hainlin*, Norimbergenſis, natus 1594. 14. Mart., poſt ſtudia in diverſis Germaniæ academiis agitata, Med. D. Baſileæ 1618. menſe April., 1619. 21. Jul. in Collegium Medicorum Norimbergicum coopta-

cooptatus, ejus Decanus ſepties, Viſitator junior bis, ſenior ſexies, 1647. Collegii Senior primarius, practicus feliciſſimus, †. 1663. 6. Octob.

§. 723. *Johannes Georgius Fabricius*, Norimbergenſis, natus 1593. 23. Septemb. 1602. 2. April. ex lapſu coxâ luxatâ per omnem vitam claudus factus, 1613. 19. Decemb. Altorfii Philoſophiæ Baccalaureus, 1616. 30. Jul. ibid. Magiſter, deinde ibidem, & Wittebergæ Jenæque tam diſcendo quam docendo ſubactus, Jenæ 1619. 23. Januar. Adjunctus Facultatis Philoſophicæ, Baſileæ 1620. 29. Aug. Med. D. (Decano *Martino Chmielecio*) 9. Septemb. in Facultatem medicam receptus, 2. Decemb. Norimbergæ inter medicos Ordinarios conſcriptus, & 1621. Mich. Rötenbeckio, Xenodochii medico primario, Adjunctus datus, ter inſpectioni Leproſorum, quæ quotannis circa Paſchatis tempus in templo S. Johannis extra urbem inſtitui conſuevit, adhibitus, & quum illa inſpectio poſt annum 1632. diu intermiſſa, 1655. reduceretur, hoc ipſo anno & poſtea adhuc ter; officinarum Pharmaceuticarum bis Viſitator junior, ſepties ſenior, ſepties item Decanus Collegii Medici, denique Senior: idem aliquot Principum fœminarum & virorum medicus Ordinarius: 1659. 17. Maji ab Imp. Leopoldo Comes Palatinus creatus; †. 1668. 18. Novemb. *Gregorius Queccius*, Altorfinus, filius Georgii Profeſſoris Philoſophiæ, natus 1596, ibidem Magiſter, Baſileæ vero Med. D. 1620. 9. Aug. 2. Decemb. ejusdem anni Norimbergæ Medicus Collegiatus, tum Xenodochii ad Spiritum S. medicus Ordina-

rius per 10. annos, †. 1632. 26. Septemb. cujus, præter inauguralem diſſertationem, prodiit Anatomiæ Philologicæ pars prima, continens diſcurſus philologicos de nobilitate & præſtantia hominis. *Tobias Taufrer*, natus Labaci Carinthiæ 1591, Med. D. Patavii 1625, Norimbergæ 1626. 14. Mart. Collegio Medico adſcriptus, unaque Senatui Majori, †. 1635. 6. April.

§. 724. *Johannes Conradus Rhumelius*, junior, Neagoranus, natus 1597. 30. Aug. ex Theologiæ ſtudioſo medicinæ cultor Heidelbergæ, Argentinæ, per Galliam, Angliam, Scotiam, Bataviam itinere facto, 1621. medicus Caſtrenſis in exercitu Erneſti Comitis Mansfeldii, 1622. Alberti Ducis Saxo-Lauenburgici, deinde in patria practicus, 1630. 29. Jun. Altorfii Med. D., 1631. 29. Januar. medicus Collegiatus Norimbergenſis, ibidem 1634. 9. Octob. medicus Ordinarius Xenodochii ad Spiritum S. conſtitutus, vir pietatis in Deum exercitiis ſerio dedicatus, †. 1661. 1. Septemb. *Johannes Oertel*, Carinthius, natus 1593, Phyſicus Ordinarius Norimbergenſis 1633, 1640. Senatui Majori accenſus, †. 1646. *Michael Rupertus Besler*, filius Hieronymi, natus Norimbergæ 1607. 5. Jul. Patavii medicinalibus ſtudiis excultus, Altorfii 1631. menſe Febr. Med. & Philoſ. D., mox quoque Norimbergenſium medicorum ordini accenſus, ubi etiam 1633. menſe Martio Anatomen publice adminiſtravit, quater ſui Collegii Decanus, †. 1661. 8. Febr. a quo edita, admirandæ fabricæ humanæ Mulieris partium Generationi potiſſimum inſervientium, & Fœtus

Fœtus delineatio fidelis quinque tabulis ad magnitudinem naturalem & genuinam impreſſis: Gazophylacium rerum naturalium e regno vegetabili, animali, & minerali depromptarum, nunquam hactenus in lucem editarum, fidelis cum figuris æneis ad vivum, repræſentatio: obſervatio anatomico-medica ſingularis, cujusdam Puerperæ tres filios naturalis magnitudinis viventes enixæ: Viretum admirandum. *Sigismundus Rüdel*, Gorlicienſis, natus 1582, Med. D. Baſileæ 1609, brevi poſt Aurbaci in Palatinatu Superiore Phyſicus Ordinarius, deinde Weidæ, hinc 1628. Norimbergæ practicus, 1634. inter medicos Ordinarios receptus, ibi primo medicus Peſtilentialis, tum Xenodochialis per octennium, denique practicus Ordinarius, †. 1658.

§. 725. *Johannes Helwig*, Norimbergenſis, natus 1609. 29. Jul. ſtudiis academicis Altorfii per quadriennium agitatis, illa, ab a. 1631, quo Senatui Alphabetum iatricum, hoc eſt, brevem totius medicinæ Hippocraticæ, in paucas tabellas redactæ, delineationem dedicaverat, ſtipendio Aureo ſive Aicholziano auctus, perſecutus Baſileæ, Monspelii, Patavii, (ubi Nationis Germanicæ Artiſtarum Bibliothecarius & Bohemicus Conſiliarius factus,) ibidem 1634. Philoſ. & Med. D., eodem anno Norimbergæ in numerum medicorum Collegiatorum cooptatus, & ſequente medicus Xenodochii per biennium, Sigismundo Rüdelio adjunctus, 1649. Ratisbonam conſentiente ſenatu digreſſus, ibi poſtmodum Archiatri dignitatem adeptus, †. 1674. 4. Jun. vel 24. Maji; cujus Obſervationes

 phy-

phyſico-medicæ poſt ipſius obitum prodierunt a. 1680. *Johannes Adam Saber*, vel *Saer*, vel *Sabr*, Culmbacenſis, natus 1602, Norimbergæ phyſicus Ordinarius 1634, †. 1641 aut 1642. *Johannes Fridericus Weiß*, in Bürgles ante Coburgum, Norimbergenſis, natus 1606, Med. D. Altorfii 1628, tum practicus Coburgenſis, hinc Norimbergæ Collegio medicorum adſcriptus 1637, †. 1650. *Henricus Blanc* ſeu Planccius, natus Lauingæ 1607, Med. D. in numerum medicorum Norimbergenſium receptus 1637, †. 1653.

§. 726. *Paulus Freher*, Pauli filius, natus Norimbergæ 1611. 5. Febr. Med. D. in Collegium reipublicæ patriæ cooptatus 1639. †. 1682. 27. April. cujus Theatrum Eruditorum a fratris filio, Carolo Joachimo, pariter medico Norimbergenſi, nato 1655. 29. Aug. recepto 1679, †. 1690. 6. Novemb. editum eſt 1688. *Andreas Laux*, Norimbergenſis, natus 1612, Med. D. Collegii Norimbergenſis a. 1639, †. 1642. 12. April. Caſparis Hofmanni gener. Circa a. 1640. Norimbergæ fuit *Georgius Gelmann* aut *Geelmann*, medicus & Chirurgus expertiſſimus, ſed Weigelianus & Separatiſta, quamobrem urbe excedere coactus eſt. *Georgius Abrahamus Mercklein*, Mercklinus, natus Winshemii 1613. patre *Johanne*, erudito Chirurgo & Poeta, 1635 usque 1638. Wittebergæ amanuenſis Dan. Sennerti, 1640. Altorfii Med. D. eodemque anno Phyſicus Ordinarius civitatis Imperialis Weiſſenburgenſis, deinde ſimul Comitis a Pappenheim regentis & Ordinis Equitum Teutonicorum

corum in Franconia Commendatoris Supremi, aliorumque Procerum medicus Ordinarius, 1660. Herspruccam digreſſus, ibique per quinquennium Poliater, 1667. Norimbergæ Phyſicus Ordinarius & (jam 1662. ſecundum aliquos) Collegii Medicorum ſocius, itemque Domus Teutonicæ medicus juratus, †. 1683. (al. 1684.) 1. Aug. relictis Obſervationibus rarioribus. *Johannes Wilibaldus Höpfner*, Vohenſtrauſſius, natus 1615, Philoſ. Magiſter & Med. D., medicus Collegiatus Norimbergenſis 1641, †. 1651. 3. Decemb.

§. 727. *Johannes Georgius Volckamer*, Norimbergenſis Patricius, natus 1616. 9. Jun. primum Jenæ, deinde Altorfii, tum 1638. Patavii ſtudiis operatus, in poſtrema muſarum ſede electus Nationis Germanicæ Bibliothecarius & Conſiliarius Bohemicus, 1649. reverſus Altorfium, habitâ vero pro Licentia disputatione, iterum menſe Septembri Italiam peragratus, deinde Galliam, 1643. 30. April. Altorfii Med. D. renunciatus, 7. Jun. Collegio Medicorum Norimbergenſium aggregatus, 1658. tertium in Italiam profectus, 1664. primo Collegii ſui Norimbergenſis Decanus, 1676. Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, deinde ejus Director, 1686. Præſes, idem Cæſareus Archiater, Conſiliarius, & Comes Palatinus, quæ quidem dignitates iſti Præſidio attributæ ſunt; †. 1693. 17. Maji, a quo in lucem data, plurimæ Obſervationes Ephemeridibus ejus academiæ inſertæ: Apollo tetratechnes ad Principem Raymundum Comitem de Montecucoli, ejusdem academiæ Prote-

 ctorem,

ctorem, proſâ & verſa oratione: oratio in laudem Caſp. Hofmanni: Opobalſami Orientalis examen: epiſtola de Stomacho: Collegium Anatomicum, concinnatum ex ſcriptis Julii Jaſolini, Marci Aur. Severini, & Bartholom. Cabrolii, cæt. Ejus pater *Johannes*, natus Lobenſteinii 1576. 10. Mart. mercator quidem, ſed idem Chemiæ & Botanices perquam ſtudioſus, inſtitutor Horti Volcameriani, †. anno ætatis 85. *Henricus Magnus Heigel*, Norimbergenſis, natus 1613, Med. D. Collegiatus Norimbergenſis 1646, †. Ratisbonæ, quo demigraverat, 1684.

§. 728. *Chriſtophorus Nicolai*, Norimbergenſis, natus 1618. 21. Januar., agitatis medicinæ ſtudiis Altorfii & Patavii, 1645. 14. April. Med. D. Altorfii creatus, eodem anno (ſecundum alios 1646,) Collegio medicorum Norimbergenſium adſcriptus, factusque medicus Noſodochii, 1654. (vel 1653,) Med. Profeſſor Altorfinus in locum Lud. Jungermanni, ſemel Academiæ Rector, ſcilicet 1658, †. 1662. 21. Febr. relictis aliquot diſputationibus publicis. *Johannes Röder*, Norimbergenſis, natus 1620, 26. Octob., Med. D. Norimbergæ in Collegium receptus 1646, eodem anno Senatui Majori adſcriptus, idem conſtitutus medicus ordinarius Noſodochii, †. 1681. 29. Octob. *Johannes Conradus Schæfer*, Norimbergenſis, natus 1619. 24. Febr. Med. D. in Collegium patriæ reipublicæ Medicum cooptatus 1648, †. 1668. 22. Jul.

§. 729. Varii Germanicarum gentium: *Johannes Pincier*, natus Wetteris, non longe a Marpurgo,

go, 1556, in Polonia per quadriennium commoratus, deinde per Italiam peregrinatus, tum Baſileæ Med. D. factus, poſtea medicus Aulicus Naſſovius Dillenbergæ & Braunfelſii, hinc quoque Profeſſor Phyſices in novo Gymnaſio Herbornenſi, primus ejus e Profeſſorum ordine Rector, denique Marpurgi Profeſſor Phyſicæ, quum profeſſionem Anatomicam accipere noluiſſet; †. 1624. 6. Mart. cujus extant Ænigmatum libri 4, partim ſolutâ, partim ligata oratione compoſiti: Meditationum variarum liber quartus, (tribus prioribus tamen non evulgatis,) cum appendice Carminum: Otium Marpurgenſe in 6. libros digeſtum, in quibus fabrica humani corporis perſpicuo carmine deſcribitur; aliaque poetica. *Balthaſar Schulzius*, Greiffenbergâ-Pomeranus, Philoſ. Magiſter, Rectorque Gymnaſii Colbergenſis, deinde Caſimiri Ducis Pomeraniæ medicus Ordinarius, & Wittebergæ 1601. 8. Septemb. Med. D., Poliater Colbergenſis & Scholarcha, †. 1627. 27. Mart. natus annos 58; cujus prodiere, Synopſis univerſæ medicinæ, 12. diſputationibus exhibita, & in academia Wittebergenſi exercitio privato eventilata: Synopſis hiſtoriæ Naturalis de mundo, item de homine: Conſilium medicum pro curanda valetudine; & alia quædam. *Franciſcus Joel*, filius, Philippi Julii, Stetini & Pomeraniæ Ducis, Archiater, immaturo fato †. 1601, in reviſione operum parentis, quæ edere parabat. *Cornelius Drebbelius*, Alcmarianus, celeberrimus Mathematicus & Phyſicus, inter medicos etiam ſcriptores refertur, ob tractatum de Quinta Eſſentia, &c. Ex ſuperiore ſæculo *Henri-*

cus Möller, Hamburgenſis, Theologiæ D. & Profeſſor Wittebergæ, ſed, quum Articulis Torgenſibus ſubſcribere nollet, dimiſſus 1574, poſtea medicus fuit in patria urbe, †. 1589. 26. Novemb. natus annos 60. *Franciſcus Rodewald* junior, Hamburgenſis, Med. D. Wittebergæ 1585. 29. Jun.

§. 730. *Sebaſtianus Meyer*, Landsbergius, a quo Friburgi Brisgojæ edita ſunt, Inſtitutiones medicæ primæ: Selectorum phyſicorum, medicinalium, politicorum, aliorumque maxime memorabilium, ſylloge prima: Auguſtæ laudis divinæ majeſtatis a 139. miraculis in Homine: complures Epiſtolæ & Obſervationes, Hildanianis inſertæ. *Johannes Matthæi*, Haſſus, Herbornæ Profeſſor Med. & Archiater Naſſovius, cujus extant, centuria Difficultatum medicarum diſcuſſarum: rationalis & empirica Thermarum Marchicarum Badenſium deſcriptio: Conſilia medica diverſorum autorum pro Erneſto Friderico Marchione Badenſi conſcripta: Speculum Sanitatis, in quo veterati nonnulli errores demonſtrantur; acceſſit Hortulus medicus, ſimplicium medicamentorum qualitates exhibens, exploſis abſurditatibus, contradictionibus, & ſuperſtitionihus, paſſim in herbariis occurrentibus: diſcurſus de febre Peſtilentiali, quæ ſuperioribus annis Germaniam pervagata eſt, in quo demonſtratur, ſanguinis miſſionem pro curatione febrium Peſtilentialium perniciosam eſſe, 1620; &c. *Johannes Georgius Magnus*, Auguſtanus, Philoſ. Magiſter, & 1597. 13. Decemb. Wittebergæ Med. D., practicus Berolinenſis. *Georgius Cauſunger*, vid. ſupra

pra §. 686: eidem adſcribitur Trutina medica. *Johannes Georgius Agricola*, cujus extat Cervi excoriati & diſſecti in medicina uſus. *Claudius Deodatus*, Gebweilenſis, qui ſcripſit de vero & legitimo Aquæ Cordialis concinnandi modo & utendi ratione: Pantheum Hygiaſticum Hippocratico-Hermeticum de hominis Vita ad 120. annos ſalubriter producenda, laudatum opus: plures Obſervationes & Epiſtolas inter Hildanianas.

§. 731. *Bartholomæus Krüger*, natus in pago Danniko, non procul a Magdeburgo, 1579. 30. April. Wittebergæ linguis, Matheſi, & medicina excultus, Baſileæ 1603. 5. Maji Med. D., tum Wittebergæ Doctor privatus, †. 1613. 23. Maji. *Melchior Fiſchetus*, natus Coloniæ Agrippinæ 1581, anno ætatis 21. Med. D., ob Chemicæ artis peritiam inprimis clarus, ab Imp. Rudolpho II. inter Archiatros cooptatus, ab Archiduce Maximiliano medicus Aulicus conſtitutus, ſed †. 1611. 20. Novemb. *Chriſtophorus Mylius*, Ilfeldenſis, natus 1580, anno ætatis 24. Johannis Zamoſcii, Cancellarii regni Poloniæ &c. medicus Aulicus, & poſt ejus mortem aliorum ibi Magnatum, 1612. Helmſtadii Med. D., 1613. Regiomonti Pruſſiæ ſedem figens; ſed †. 1614. 17. Febr. deſponſatus cum *Davidis Euchleri*, Med. D. vidua. *Johannes Stubendorf*, Hallenſis, cujus extant obſervationes de Scorbuto. (Occurrit quoque *Joſephus Stubendorfer*, Hallenſis, Med. D. Wittebergæ 1587. 16. Febr. creatus.) *Paulus Lentulus*, Bernas, cujus prodiit hiſtoria admiranda de prodigioſa Apollo-

niæ Schreieræ, virginis in agro Bernenſi, inedia. *Philippus Clauſerus.* *Wilhelmus Budæus*, Med. D. Halberſtadii degens, Hiſtoricis ſcriptis clarus. *Chriſtophorus Richter*, civis & deſtillator Lubecenſis.

§. 732. *Henricus Warenius*, aut Varenius, cujus Noſologia ſeu affectuum humanorum curatio Hermetica & Galenica, theſibus comprehenſa, ac conſentiente Senatu Academico in Academia Roſtochienſi diſputata, poſt obitum autoris collecta & edita eſt a Joach. Tanckio 1605. *Georgius Graſeccius*, Argentinenſis, cujus prodierunt, Microcosmicum Theatrum, in quo fabrica humani corporis Maſculum repræſentantis affabre demonſtratur, una cum Icone: Scatebra Petrina, ſive acidularum D. Petri & Griesbacenſium, cui accedit præcipuorum humani corporis Morborum medica praxis, ad thermarum uſum accommodata; oratio de dicto vulgari, Medice vivere eſt peſſime vivere, inter Orationes Argentinenſes. *Petrus Holzemius*, Daventrienſis, Med. D. & Profeſſor Coloniæ Agrippinæ, a quo luci publicæ expoſita, Prognoſticon vitæ & mortis, longitudinis & brevitatis, reſolutionis & permutationis morbi: deſcriptio Fontis medicati S. Antonii, vulgo Tillerborn dicti, prope Andernacum: Eſſentia Hellebori rediviva: Pharmacopœia ſive Diſpenſatorium Coloniense, reviſum & auctum, cui adjunctum examen ſimplicium medicamentorum Carmine rhythmico, cæt. Epiſtola apud Fabricium Hildanum de curatione ſcroti poſt Gangrænam delapſi. *Fabius*

Chei-

Cheiner. *Johannes Heckius*, cujus diſputatio de Peſte, & quare præcipue graſſetur tot annis in Belgio, prodiit Daventriæ 1605.

§. 733. *Johannes Faber*, Bambergenſis, cujus eſt bona de Nardo & Epithymo adverſus Joſephum Scaligerum diſputatio, qua Dioſcoridis, Propertii, & Ovidii loca declarantur, medicorum & pharmacopœorum honos a Scaligeri calumniis vindicatur: item in Nardi Antonii Recchi rerum medicarum Novæ Hiſpaniæ hiſtoriam annotationes. *Chriſtophorus Sattler.* *Johannes Stullius*, Gerhardimontanus Belga, Cortracenæ urbis medicus, cujus extat medendi Practica generalis, in tres faſciculos contracta: commemoratur quoque *Johannes Sullius*, ab aliis Gerhardimontanus, ab aliis Gertruydenbergius dictus, & cui Methodus Praxeos medicæ attribuitur; ſed qui non differre a priore videtur. *Chriſtianus Acidalius*, frater Valentis, Wittſtockienſis, Med. D. Baſileenſis. *Conradus Schanzenberger*, Flensburgo-Cimber, Med. D. Wittebergæ 1605. 10. Septemb. *Martinus Fabricius*, Wilſtriâ-Holſatus. Med. D. & in patria practicus ab a. 1602. †. 1640. 8. Febr. natus annos 64.

§. 734. *Fridericus Spieſs*, Slesvicenſis, Med. D., adhuc 1609. ſuperſtes. *Michael Clemens*, Schmalcaldenſis, Med. D. artem faciens Lipſiæ & Hamburgi, adhuc 1610. ſuperſtes. *Georgius Cocius*, Flensburgenſis, Med. Cultor, Schlesvicenſis Scholæ circa 1605. Conrector. *Petrus Ruthanus*, Philiater, Nobilium juvenum Pogwiſchiorum Oevel-

gönnæ

gönnæ magiſter, deinde Ducum Saxo-Lauenburgenſium præceptor, tandem Scholæ Parchimenſis Rector, adhuc 1616. ſuperſtes. *Matthæus Bacmeiſter*, Roſtochienſis, Med. D., practicus Kilonii 1607, Roſtochii 1612, Poliater Luneburgicus 1616, unaque ab a. 1621. Archiater Saxo-Lauenburgicus, †. 1626. 7. Januar. natus annos 46; qui Franciſci Joelis medicinæ Tomos priores quatuor primus edidit, adjectis utilibus annotationibus. Anno 1606. Marpurgi prodiit perſonati *Heliophili a Percis* nova diſquiſitio de *Helia Artiſta* Theophraſteo, in qua de metallorum transmutatione adverſus Hagelii & Pererii Jeſuitarum opiniones diſſeritur. A. 1607. Tremoniæ lucem aſpexit *Joſuelis Abrech* Ονειρονίστιος liber novus.

§. 715. *Martinus Miverius*, reip. Gœſanæ medicus ſtipendiarius: *Danielis* autem *Miverii*, Gœſani, epiſtolæ quædam inter Henr. Smetii Miſcellanea reperiuntur. *Hector Sclanovius*, cujus extat diaſcepſis anatomica de vaſis Umbilicalibus & Secundinis, una cum additamento therapeutico ſecundinarum retentarum, nec non de partu Gabsheimenſi Monſtroſo nuper in lucem edito: item epiſtola de morbis per Incantationem introductis. *Juſtus Cnutius*, qui compendium univerſæ medicinæ, Vicentiæ edidit. *Petrus Amelungius*, Stendalienſis, cujus prodiit tractatus nobilis primus, in quo Alchemiæ ſeu Chemicæ artis antiquiſſimæ, nobiliſſimæ, & jucundiſſimæ, cum inventio & progreſſio, obſcuratio & inſtauratio, tum dignitas, utilitas, & neceſſitas demonſtratur: & tractatus ſecun-

cundus, continens apologiam, quæ maculam a D. *Guilielmo Bokelio*, Colleníi, Stendaliæ medico, Hermeticæ ſeu Chemicæ medicinæ temere aſperſam abſtergit, diluit, atque repurgat, atque ſimul arguit, quod jam dicti Bokelii non tantum medendi methodus ſit irrationalis atque plane empirica, verum etiam cum purgantia tum alterantia remedia, quibus utitur, ſint venenata, deleteria, corroſiva, impura, cæt. *Johannes Fridericus Werdenbergius*, cujus nonnulla extant cum operibus Hildani & aliorum. *Simon Guntherus*, Granſovienſis.

§. 736. *Johannes Georgius Schenckius*, a Grafenberg, filius Johannis, medicus Hagenoenſis, cujus ſunt pinax autorum de Muliebribus, Biblia Iatrica ſive Bibliotheca medica, Lithogeneſia in microcosmo, Monſtrorum hiſtoria, autores de formandis medicinæ Studiis conjuncte editi, Hortus Patavinus, Pandectarum ſive partitionum medicinalium liber quartus, qui tum probæ tum adverſæ valetudinis Signa continet: exotericorum Experimentorum ad varios morbos centuriæ 7, ſilva Medicamentorum Compoſitorum, plures aliorum libri editi, &c. *Henningus Scheunemann*, Hemipolitanus ſive Halberſtadienſis, a quo profecta, Paracelſia de morbo Mercuriali contagioſo, quem peſtem vulgus vocat: Paracelſia de morbo Sulphureo Cacagaſtrico, quem Febrem vulgus nominat: Hydromantia Paracelſica de novo fonte in Saxonia Electorali circa Annæbergam reperto: Medicina reformata, ſeu Denarius Hermeticus, Philoſophicus, medico-Chemicus. *Chriſtianus Theodorus*

Schoſ-

Schoſſer, de Friedhelm & Embleben, Viadro-Francofurtanus Patricius, Medicinæ Candidatus, Brandenburgicus Electoralis Hiſtoriographus, Poeta Laureatus, Comes Palatinus Cæſareus 1609, poſtea Rector Gymnaſii Wildani. *Antonius Antonides Vander Linden*, Enchuſanus, Gymnaſii patrii Director, deinde 1608. Med. D. & practicus Enchuſæ & Amſtelodami, in prognoſi præſertim felix, †. 1633. (alii circa 1650,) natus annos 63. *Angelus* medicus, qui a. 1609. Baſilium Valentinum de microcoſmo Latinitate donatum edidit Marpurgi.

§. 737. *Raymundus Minderer*, Auguſtanus, ibidem Protophyſicus, nec non Archiater Cæſareus atque Bavaricus, in Caſtris officio medici diu functus, cujus egregia extat medicina Militaris, Germanice: item de Peſtilentia liber: Aloëdarium Marocoſtinum, cum annexis compoſitionibus aliquot magiſtralibus autoris: de Chalcantho ſeu Vitriolo disquiſitio iatro-chemica: Threnodia medica, ſeu planctus medicinæ lugentis; cæt. *Tobias Knoblochius*, Marcobretanus, Med. D. Wittebergæ 1601. 8. Septemb. cujus prodiere disputationes Anatomicæ & Pſychologicæ, additis humani corporis affectibus præcipuis: Hippocratis Aphorismi enodati: & alia. *Jacobus Werenberg*. *Cæſar Piperellus*. *Martinus Chmielecius* a Chmielnick, Med. D. & Profeſſor Baſileæ. *Johannes Zinck*, qui ſcripſit de Criſibus, ex motu lunæ cœlique aſpectibus cognoſcendis. *Oswaldus Crollius*, Wetteris-Heſſus, †. 1609, cujus celebris eſt Baſilica Chemica. *Gott-*

Gottfriedus Schmollius, Lubecæ degens, cujus extat Manuale rerum admirabilium & abſtruſarum, continens Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum, Arabum, & Græcorum philoſophorum & medicorum, regum & principum, gentilium, & plebejorum philoſophica & medica principia: & Trias maritima, proponens per introductionem trium ægrotantium, ſororum morboſarum domeſticarum, Hypochondriacæ Spleneticæ, hypochondriacæ Meſaraicæ, hypochondriacæ Phantaſticæ ortum & interitum.

§. 738. *Petrus Theodorus Payngh*, Huſumo-Cimber, Rudolphi II. Imp. Chemicus Pragæ, poſteaque Regis Daniæ Chriſtiani IV. Hafniæ, ſimul Canonicus Lundenſis in Scania, †. 1645. 12. April. natus annos 70. *Bernhardus Oldermann*, Roſtochienſis, Med. D. & ab a. 1606. practicus in patria, 1609. Poliater Brunſvicenſis, 1610. Archiater Holſato-Gottorpienſis, ab a. 1621. aliquot Procerum Daniæ medicus, denique practicus Kilonienſis, ſimulque Archiater Sophiæ reginæ Danorum viduæ & Friderici Ducis Holſato-Gottorpienſis, †. 1631. 4. Aug. natus annos 51. *Henricus Campherbach*, Lubecenſis, Med. D. a. 1606. *Johannes Weidner*, qui ſcripſit de arte Chemica ejusque cultoribus. *Gregorius Bauer*, Med. D., Dan. Sennerti ſocer.

§. 739. *Petrus Kirſtenius*, Vratiſlavienſis, natus 1577. 25. Decemb. poſt ſtudia academica Lipſiæ, Wittebergæ, ac Jenæ agitata, gradumque Ma-

Magiſtri Philoſophiæ acquiſitum, in Gallias ac Belgium profectus, tum Baſileæ anno ætatis 24. Med. D. creatus, hinc 7. annis per Italiam, Angliam, Hiſpaniam, Græciam, Aſiamque peregrinatus, redux autem Gymnaſii patrii Rector factus reliquarumque Scholarum Inſpector, quod tamen munus deinde abdicavit, praxi & Arabica typographia adornanda occupatus, alias etiam in Aulis & Academiis oblatas conditiones detrectans, poſtea tamen in Boruſſiam digreſſus factusque medicus Axelii Oxenſtiernii, Regni Suecici Cancellarii, & quum hunc in Germaniam comitatus eſſet, Erfurti Profeſſor medicinæ conſtitutus, deinde patronum ſuum in Sueciam ſecutus, factus medicinæ Profeſſor Upſalienſis Regiusque Archiater, †. 1640. 8. April. a quo edita ſunt de vero uſu & abuſu medicinæ liber Latine & Germanice: Caſp. Peuceri hypotypoſis ſive informatio medicæ artis ſtudioſo, aliquamdiu in Pharmacopolio verſaturo, perutiiis, ex manuſcripto: Avicennæ Canonis liber ſecundus, Arabice ex manuſcriptis per partes editus, & ad verbum in Latinum translatus, notisque textum ſpectantibus illuſtratus: multaque alia Arabica non medica, vel ad eam reliquamque philologiam pertinentia. *Johannes Wolfgangus Dienheim*, cujus extat medicina Univerſalis, ſeu de generali morborum omnium remedio liber, quo veritas facilitasque medicinæ cujusdam catholicæ oſtenditur. *Laurentius Hahn*, Hildeſias.

§ 740. *Henricus Lavaterus*, Tigurinus, Med. D., ibidem Profeſſor Phyſices, & Collegii Carolini Præpoſitus, †. 1623; qui ſcripſit defenſionem me-

medicorum Galenicorum adverſus calumnias Angeli Salæ, operarii Chemici, & alia. *Georgius Garnerus*, a quo profecta epitome ſeu brachylogia loimica, deſumta ex libro magno de Peſte, quæ graſſata eſt Venetiis a. 1576, & Bruntruti 1582. *Johannes Rhenanus*, cujus ſunt, diſſertatio chemico-technica, in qua totius operationis Chemicæ methodus practica clare ob oculos ponitur, in academia Marpurgenſi ad diſputandum propoſita, 1610: &, nova editione, Solis e puteo emergentis, ſive diſſertationis chemico-technicæ libri tres, cæt. cum præfatione Chemiæ veritatem aſſerente, Francofurti 1613 & 1623: Urocriterium Chemiatricum, ſive ratio chemiatrica exacte judicandi urinas, Marp. 1610: ſyntagma Harmoniæ Chemico-Philoſophicæ, ſive philoſophorum antiquorum conſentientium, nondum in lucem publicam editorum, in quibus etiam occurrit *Antonius* de lapide philoſophorum, &c. *Martinus Schrader*.

§. 741. Poſt a. 1610: *David Lipſius*, Iſcanus, cujus prodiit demonſtratio exemplis & rationibus, hominem per complures annos absque Cibo & Potu vitam transigere poſſe: &, exetaſis iatrica methodica Galenico-Spagyrica de Hydropiſis ejusque ſpecierum triplicium cauſis, ſignis, præſervandi, curandique modo. *Caſpar Conradi* vel *Cunradi*, aut *Cunradus*, Vratislavienſis, Philoſ. & Med. D., Phyſicus reipublicæ patriæ, idem Poeta Laureatus Cæſareus, †. 1633; edita diſputatione inaugurali, Baſileæ habita de Vertigine: & Proſopographia Melica, qua virorum doctrina & virtute clariſſimo-

rum vita & fama ſingulis diſtichis delineantur, tria millenaria; cæt. *Julius ab Æiſema*, Friſius, cujus extat tractatus de Peſte. *Helias Waldner*, Med. D., medicus & Scholarcha Memmingenſis. *Emanuel Sweertius*, Septimontio-Belga, cujus prodiit Florilegium.

§. 742. *Johannes Rudolphus Camerarius*, medicus Ordinarius Reutlingenſis, qui edidit Diſputationum medicarum in academia Tubingenſi habitarum, & ob exemplarium paucitatem pæne deperditarum, decadem: & Syllogen Memorabilium medicinæ & Mirabilium naturæ arcanorum, 20. Centuriis. *Franciſcus Hildesheimius*, cujus extant de Cerebri & Capitis morbis internis ſpicilegia. *Matthæus Vechnerus*, Frauſtadius, cujus prodiit anacephalæoſis typica Therapeutices Catholicæ, naturæ ἐνδείξει ad archetypum Panaceæ & Hygieæ alexicacæ conformata. *Tobias Bauerſchmidt. Wolfgangus Krafft. Andreas Kalt. Johannes Bicker*, Dreiſanus, cujus prodierunt, Hermes redivivus, declarans Hygieinam, in qua omnia ex Hippocrate, Galeno, aliisque Græcis & Arabibus atque Latinis deducuntur, cum Chemiatrorum principiis, & Paracelſi dogmatibus veris conjunguntur, cæt. item Chirurgia Vulnerum Hermetica.

§. 743. *Johannes Erneſtus Burggravius*, Neuſtadio-Palatinus, cujus ſunt, Achilles panoplos redivivus, ſeu Panoplia phyſico-Vulcania, in prælio ſacer & inviolabilis; cui præmiſſa eſt *Marcelli Vranckheim* epicriſis ſtochaſtica: Biolychnium, ſeu lu-

lucerna, cum vita ejus cui accenſa eſt, myſtice vivens jugiter, cum morte ejusdem exſpirans, omnesque affectus graviores prodens; acceſſit cura morborum Magnetica ex Theophraſti Paracelſi mumia, itemque omnium venenorum Alexipharmacum: de acidulis Schwalbacenſibus epiſtola: introductio in Vitalem philoſophiam, cui cohæret omnium Morborum Aſtralium & Materialium, ſeu morborum omnium elementatorum & hereditariorum explicatio atque curatio. *David Ultralæus*, qui tractatum medicum de Moſcho edidit. *Cornelius Herls*, Middelburgenſis, qui Examen Ultralæi de moſcho ſcripſit. *Kyntlerus*, Chemicus, qui a. 1611. Regiomontem Pruſſiæ venit, & contra cujus errores Anabaptiſticos & Photinianos librum a. 1613. evulgavit Andreas Scheflerus, Archi-Eccleſiaſtes Marienwerderanus. *Joachimus Jungermannus*, Lipſienſis, Ludovici frater natu major, qui huic in ſtudio rei herbariæ præivit, ſed †. in itinere Corinthum verſus, dum ejusdem ſtudii botanici cauſa peregrinas terras petebat.

§. 744. *Flaminius Gaſto*, Schwibuſienſis, natus 1571. 9. Septemb. Med. D. Baſileæ creatus, poſt praxin aliquamdiu agitatam, Rudolphi Ducis Lignicenſis medicus Ordinarius, †. 1618. 5. Febr. edita diatribe Germanica de legitimo uſu nonnullorum medicamentorum receptorum in Epidemiis morbis. *Auguſtus Etzler*, Albimontanus, cujus prodierunt, brevis tractatus Fundamentum medicinæ Æternum explanans, & ad quintuplicis entis morbifici cognitionem viam ſternens: introducto-

rium Iatromathematicum: iſagoge Phyſico-Magico-medica, in qua Signaturæ non paucorum vegetabilium & animalium, tam internæ quam externæ, depinguntur, cæt. *Cornelius Liens*, urbis Ziriczeeæ medicus Ordinarius, deinde Prætor (Droſſard) municipii Aggeris Martiniani in Tolenſi inſula, †. poſt a. 1636; a quo profecta, cum adverſariis D. *P. Lansbergii* amica concertatio epiſtolica: &, Mittelburgenſium medicorum reſponſi poſtliminii & epiſtolæ apologeticæ ex ſuperabundanti cautela refutatio, pro D. P. Lansbergio. *Samuel Fuchſius*, Cöslino-Pomeranus, non quidem medicus, ſed Philoſophiæ Magiſter Regiomonte creatus 1617. 26. Septemb. 1618. ibidem Profeſſor Eloquentiæ Ordinarius, qui tamen propter ſuam Metopoſcopiam & Ophthalmoſcopiam inter medicos ſcriptores recenſetur; natus 1588. 27. Novemb. †. 1630. 1. April.

§. 745. *Henricus Kornmann*, Kirchhainenſis, qui ſcripſit de Miraculis Mortuorum, & de Miraculis Vivorum. *Jacobus Moſanus*, qui ſcripſit de Aquis medicatis in agro Caſſellano denuo patefactis, 1609. *Hieronymus Hornſchuh*, Heniſtadio-Hennebergicus, Jungermannorum fratrum Lipſiæ in Botanico ſtudio commilito, Baſileæ 1608. Med. D., tum Lipſiæ practicus, †. 1616. 22. Maji, ætatis a. 43. *Henricus ab Heers*, Tungrus, Med. D., Leodienſis Epiſcopi Archiater, cujus extant egregia, Spadacrene, ejus Vindiciæ, & Obſervationes medicæ in Spa & Leodii animadverſæ. *Valentinus Rylandus*, Lauingâ-Suevus. *Henricus Nollius*, cujus

cujus prodiere, ſyſtema medicinæ Hermeticæ generale: theoria Philoſophiæ Hermeticæ; & plura hujus generis. *Matthias Untzer*, Halâ-Saxo, Patricius, Philoſ. & Med. D., patriæ urbis Phyſicus, †. 1624. 7. Aug. natus annos 43; autor aliquot bonorum librorum medico-chemicorum, quæ ſunt de Nephritide florilegium medico-chemicum: de lue Peſtifera libri tres: Antidotarium Peſtilentiale: Hieronoſologia Chemiatrica, hoc eſt, Epilepſiæ juxta Hippocratico-Galenica atque Hermetica principia deſcriptio & curatio: de Sulphure tractatus medico-chemicus: anatomia Mercurii ſpagirica: phyſiologia Salis. *Jacobus Schalling*, Winshemio-Francus, cujus prodiit Philoſophia Transnaturalis e Sancta Scriptura, Naturæ obviis exemplis, Sapientium virorum ſparſis teſtimoniis: & Ophthalmographia Germanice. *Irenæus Agnoſtus*, aliique *Roſæcrucii* perſonati.

§. 746. *Joachimus Oelhafen*, *Olhavius*, *Oelhaſius*, Dantiſcanus, Med. D., reipublicæ patriæ Poliater & Profeſſor Anatomiæ, †. 1630. 20. April. natus annos 60; cujus ſunt, de Seminario Peſtilente intra corpus vivum latitante disquiſitio: de Renum officio in re medica & Venerea: de uſu Ventriculorum Cerebri diſſertatio, aliaque. *Martinus Panſa*, Schleuſingenſis, cujus extant, Aureus libellus de proroganda Vita, 4. partibus: Conſilium anti-Podagricum: Conſilium anti-Nephriticum, aliaque, partim Germanice conſcripta. *Theodorus May*. *Caſpar Paſſ*. *Martinus Forſter*. *Philippus Sechtlenius*. *Stephanus Michelspacher*,

 Tyro-

Tyrolus, cujus extat Pinax Microcosmographicus, in tabulis æneis cum explicatione, & Elucidarius ejusdem pinacis. *Johannes Philippus Brendel*, Schlaizenſis, qui edidit Conſilia medica celeberrimorum quorundam Germaniæ medicorum.

§. 747. *Emanuel Stupanus*, Baſileenſis, Johannis Nicolai filius, Med. D. & medicinæ Theoricæ Profeſſor in patria, †. 1664. 30. Januar. natus annos 76; qui dedit Aphorismorum Hippocratis enarrationes, & commentaria Aphoriſtica, nova methodo: præcipua Pſeudothymias capita ex Paracelſo: Epiſtolas 2. in Hornungi Ciſta; præter aliorum libros recuſos. *Jacobus Fuhrmannus*, cujus prodierunt aphorismorum medicinalium ad Diæteticen & Pharmaceuticen partem illuſtrandam centuriæ duæ priores. *Johannes Hennemannus Reyſingh*, Vratislavienſis, cujus extat idea Loimodes. *Johannes Hagius*, Batavus. *Johannes Chriſtophorus Erb.* Magiſter *Valentinus Rumpelius*, qui Lipſiæ vixit, deinde Med. D. & Archiater Saxo-Coburgenſis. *Gillenius* & *Combacchius*, medici Caſſellani, Botanicæ ſtudioſi, Lud. Jungermanni amici. *Matthias Wolther*, archiater, amicus Joh. Freitagii in academia Julia.

§. 748. *Joachimus Jungius*, Lubecenſis, ex lapſu in pueritia perpetuo claudus factus, ab a. 1609. usque ad a. 1614. Gieſſæ Profeſſor Matheſeos, hinc medicâ diſciplinâ cultâ, ejus artis Doctor Patavii creatus, tum a. 1624. Roſtochii Profeſſor Medicinæ, & 1625. Helmſtadii, 1626. Roſtochii Profeſſor Matheſeos, 1629. Hamburgi Rector

ctor Gymnaſii Scholæque ſimul, & Logicæ Phyſicæque Profeſſor, 1640. ſolius Gymnaſii Rector, †. 1657. 23. Septemb. natus annos 70; vir ad emendandas diſciplinas & invenienda nova perſpicacis ingenii, a nonnullis pro autore ſocietatis Roſæcruciorum habitus, ex cujus ſcriptis huc pertinent, poſthumæ Doxoſcopiæ phyſicæ ſeu præcipuæ opiniones Phyſicæ paſſim receptæ, examinatæ, acceſſit ejusdem Harmonica, & Iſagoge Phytoſcopica, (qua doctrinam Botanicam in ordinatam methodum redigere cœpit:) hiſtoria Vermium, &c. *Henricus Cornelius Anchinoander*, Winſtingenſis, Med. D., circa a. 1615. Hamburgi linguarum magiſter. Magiſter *Georgius Radiginius*, Schlesvicenſis, medicus, adhuc a. 1623. ſuperſtes. *Gerhardus Vorſelmann*, Brabantus ex Groot-Sundert. *Thomas Platerus*, Baſileenſis, Felicis frater & ſucceſſor in Profeſſione Med. Practicæ, natus 1574. 24. Jul. †. 1628. 4. Decemb. *Theodorus Amydenus*, Silvæducenſis, Jureconſultus, Romæ degens, qui ſcripſit Italice de Potu Calido ac Frigido.

§. 749. *Johannes Agricola*, qui Germanice ſcripſit de Dyſenteria, commentarium in *Johannis Poppii* medicinam Chemicam, & alia. *Joachimus Urſinus*, Stolpâ-Pomeranus, Med. D. & circa a. 1616. Poliater Lubecenſis. *Valentinus Ritter. Matthæus Martini*, Aſcanienſis, qui bene ſcripſit de Morbis Meſenterii abſtruſioribus, hactenus prætermiſſis, unaque de affectionum Hypochondriacarum, prioribus quodammodo affinium, hiſtoria & curatione: item de Scorbuto. *Theodorus Corbejus*,

Hervordienſis, cujus bona extat Pathologia, ſive morborum & affectuum omnium enumeratio : & Pharmacia ſimplicium & compoſitorum bipartita. *Eitel Joachimus Kruppelius.* *Petrus Schotanus* a Sterringa, Friſius, Philoſ. & Med. D. cujus ſunt, compendium ex Galeno de Locis Affectis, ſpeculum luis Peſtiferæ, &c. *Adrianus Ziegler*, Tigurinus, cujus prodiit Pharmacopœia Spagyrica, ex Crollio, Quercetano, aliisque, & manu ſua propriâ exercita. *Johannes Conradus Gerhardus*, Med. D., cujus ſunt, extractum Chemicarum quæſtionum ſive reſponſionis ad Theoriam Lapidis Philoſophici editam in academia Regiomontana a quodam ibidem anti-chemiſta : & tractatus practicusde Chemiatria.

§. 750. *Johannes Freitag*, Perlebergenſis, natus 1587. 25. Mart. ſtudiis excultis Francofurti ad Viadrum, Wittebergæ, Vindobonæ, ubi ſub D. *Wilhelmo Pithopoeo*, medico Cæſareo, praxin exercuit, Baſileæ, Patavii, ubi 1617. menſe Martio in Collegio al Boo Med. D. creatus, tum Ratisbonæ ſedem figens, ibi †. 1654. 24. Septemb. cujus ſunt aliquot libri Germanici, ut, brevis expoſitio de Melancholia Hypochondriaca, 12. quæſtiones de analogia Macrocosmi & Microcosmi, nec non de Lapide Philoſophorum, &c. *Johannes Carnarius* junior, v. §. 509. *Matthias Carnarius*, Schlesvicenſis, Med. D. & circa a. 1620. Archiater Holſato-Gottorpienſis. *Henricus Paſchaſius*, cujus prodiit Antilogia contra Joh. Aſſuerum pro medicinis ex ſulphure, antimonio, vitriolo, ſole, & mercurio : & Purgatorium medicum, ſ. de medicamentis purgantibus. *Daniel*

Möller,

Möller, Lubecenſis, Med. D. & ab a. 1627. Poliater reipublicæ patriæ †. 1629. 24. Januar. natus annos 47. *Johannes Pelecyus. Georgius Garmann. Michael Schœn*, fortaſſis ille D. Schœn, circa a. 1617. Coburgi medicus urbis Ordinarius.

§. 751. *Regnerus Bruitsma*, Snecanus Friſius, reipublicæ Mechlinienſis medicus, qui dedit Iatricum votum in publicæ ſalutis & medicinæ ſanctioris tutelam. *Ludovicus du Gardin, Gardinius*, ſive *Hortenſius*, Valencenas, medicinæ Profeſſor Duacenſis per 38. annos; cujus prodierunt, Manuductio per omnes medicinæ partes, ſeu Inſtitutiones, quarum tamen non plus quam pars aut liber tertius, ſive ſubſidiaria medicina, vel de rebus nonnaturalibus, editus eſt, & quidem tanquam opus poſthumum, a *Jacobo Briſſault*, medico Duacenſi, 1638: medicamenta Purgantia: remedium erroris in Ponderibus medicis: de Animatione fœtus quæſtio, in qua oſtenditur, quod anima rationalis ante organizationem non infundatur, item Altera refutatio opinionis adverſantis: circumſtantiæ & tempora de variis venis Pleuritidis ratione ſecandis, inter varios medicinæ proceres litem dirimentia; & alia. *Michael Potier*, Dortmundanus, cujus extat novus tractatus chemicus de vera materia veroque proceſſu Lapidis Philoſophici, & ſub calcem, ut verum ita ſincerum de Fraternitate Roſeæ Crucis judicium: Redivivi Apologia contra Alchemiſtam impoſtorem, qui philoſophum hunc in arte Lapidis Philoſophorum verum ac indubitatum, impoſturæ ſuſpectum facere conatus eſt; & plura ſimilis farinæ. *Daniel Lorius. Johannes*

Caſpar Helblinus. *Bernhardus Müller*, Kilonienſis, Med. D. & practicus in patria ab a. 1617, †. 1672. 13. Mart. natus annos 83.

§. 752. *Joachimus Schulze*, Hamburgenſis, Med. D. & reip. patriæ Poliater circa a. 1618. *Guilielmus Johannes Knyf*, Belga, cujus prodiit Diæta Analeptica: Goylandiæ deſcriptio hiſtorica, nec non herbarum omnium in eadem regione ſponte naſcentium, cum earum viribus, enarratio. *Johannes Theodorus Schönlinus.* *Hermannus Follinus*, Friſius, Med. D. & Phyſicus Silvæducenſis, deinde Profeſſor Colonienſis; cujus extant, Amuletum Antonianum, ſeu luis Peſtiferæ fuga: orationes de natura Febris Peticularis ejusque curatione, & de ſtudiis Chemicis conjungendis cum Hippocraticis: Naturæ humanæ, ſive mores & temperamenta hominum, usque ad intimos animorum ſeceſſus cognoſcendi modus, ex Belgico in Latinum verſus editusque a *Johanne Follino* filio 1649. *Johannes Daniel Mylius*, Wetteris-Haſſus, cujus eſt, Opus medico-Chemicum: Pharmacopœia Spagyrica: Anatomia Auri: Philoſophia reformata; ſimiliaque. *Johannes Vincentius Finck*, Fuldanus, qui ſcripſit encheiridion Dogmatico-Hermeticum, morborum præcipuorum curationes breves continens. *David Verbezius*, Lubeca-Carnus, cujus prodiit, homo non homo, ſive Monſtrum Tubingenſe; exercitationum medicarum ſuper disputatione quadam de Peſte liber: pro Raym. Mindereri disquiſitione de Chalcantho, ad Dodecaporii Chalcanthini Pet. Caſtelli partem priorem re-

reſponſio, qua ſimul Aëtii Cleti Dodecaporium Chalcanthinum examinatur.

§. 753. *Arnoldus Kernerus*, Lipſienſis, cujus extat tetras Chemiatrica, proponens præſtantiam & in medicina efficaciam auri, argenti, mercurii, antimonii, & vitrioli, & medicamentorum ex illis paratorum, oppoſita miſochemicis. *Eraſmus Poſthius*, filius Johannis, natus Herbipoli 1582. 3. Aug. Philoſophiæ Baccalaureus & Magiſter, Baſileæ 1613. Med. D. poſtquam Patavii per biennium commoratus erat, deinde reliquam Italiam, Galliam, Angliam, Belgiumque peragratus; †. in patria 1618. 27. Decemb. *Caſpar Mülichius*, Pirnâ-Miſnicus, natus 1582. 22. Novemb. patre *Caſparo*, pharmacopœo celebri, ipſe eâ diſciplina pluribus in civitatibus Germaniæ, nec non in Gallia, Anglia, Belgio, percultâ, factus Pharmacopœus Wittebergenſis, ductâ ibidem in uxorem *Caſparis Fluthii*, Senatoris & Medicamentarii filia; †. 1630. 3. Aug. *Johannes Pfautius*, cujus ſunt, Noſomachia, ſive morborum pugna, Carmine deſcripta, item binæ deſcriptiones duorum fontium, ſive Thermarum Ferinarum, & acidularum Vallis Petrinæ: Hippocratis Aphoriſmi Verſibus heroicis expreſſi: deſcriptio Graminis medici plenior; &c. *Chriſtophorus Glückrad*, Inſterburgo-Pruſſus, natus 1590. 7. Novemb. Marpurgi 1614. Med. D. †. Regiomonte 1620. 31. Aug. qui 1618. ibidem Joh. Beguini tirocinium Chemicum cum ſuis bonis annotationibus edidit, unamque & alteram diſputatio-

tationem academicam. *Joachimus Elſtorp*, Hamburgenſis, Med. D. & in patria republica practicus, †. 1644. 20. Jul. ætatis a. 63. *Johannes Juſtus*, Lipſienſis, Med. D. Baſileæ creatus.

§. 754. *Johannes Elerus*, Ulzâ-Luneburgicus, Med. D., practicus Hamburgenſis circa 1619. *Philippus* & *Albertus Mentzelii*. *Chriſtophorus Ziegler*, Regiomontanus. *Johannes Remmelinus*, Ulmanus, cujus Catoptron Microcosmicum ſæpe recuſum eſt, etiam Germanice, Belgiceque, & cura Cloptoni Havers Anglice. *Johannes Juncker*, qui dedit Hippocratis Aphorismos paraphraſi Poetica illuſtratos: & compendioſam methodum Therapeuticam, qua morborum fere incurabilium medicationes docentur per ſolam diætam & ligni Guajaci diverſimode præparati adminiſtrationem. *Matthias Ludovicus Glandorp*, Colonienſis ſecundum nonnullos, ſecundum alios vero Bremenſis, medicus Regum Daniæ Friderici (II. ut apparet,) & Chriſtiani IV, nec non Friderici Ducis Holſatiæ †. 1626. 29. Januar. (qui quidem rectius ad ſuperius ſæculum poſt a. 1580. referri videtur;) bonorum librorum Chirurgicorum autor, ut ſunt, Speculum Chirurgorum, quid in unoquoque Vulnere faciendum, quidve omittendum, obſervationibus adjunctis: methodus medendæ Paronychiæ, cui acceſſit decas obſervationum: tractatus de Polypo Narium, obſervationibus illuſtratus: gazophylacium polyplusium Fonticulorum & Setonum reſeratum.

§. 755.

§. 755. *Erneſtus Fridericus Fabricius*, Charitinus, Med. D. & primum in Aula Cæſarea, deinde circa a. 1626. Hamburgi practicus, cujus extat medicinæ utriusque, Galenicæ & Hermeticæ, anatome philoſophica, abſolutæ artis medicæ oculis ſubjiciens ſciagraphiam. *Johannes Narſius*, Dordracenus, ab a. 1605. usque ad 1619. Eccleſiaſtes Arminianus Graviæ in Geldria, poſthac Med. D., Hamburgi, Friderichſtadii, in Suecia, ac Polonia medicinam faciens, tum in Bataviam reverſus, & a. 1635. profectus in Indiam Orientalem, factusque Societatis illic Batavorum Indicæ medicus, & Juſtitiæ Præfectus. *Johannes Starcius*, Poeta Laureatus Cæſareus & Notarius Publicus, circa a. 1609. Francofurti ad Mœnum Organoedus, deinde Juris utriusque & Med. Licentiatus, Hamburgi 1620, 1624, &c. commoratus, adhuc 1628. ſuperſtes. *Jacobus Albinus*, Hamburgenſis, Med. D. & in patria urbe practicus circa a. 1620. *Johannes Tetens*, Eidoraſtadienſis, Med. D. & in patria regione practicus circa 1620. *Nicolaus Teting* aut *Knutſen*, Huſumo-Cimber, civis & Chemiater Flensburgenſis usque ad a. 1622, idem fanaticus, poſthac diverſis in locis oberrans, ſed tandem ex Cimbria relegatus, tum ab a. 1624. Hamburgi degens, hinc tamen etiam a. 1635. proſcriptus. *Georgius Eberlin*, Spitzio-Auſtriacus, natus 1585. 5. Mart., medicinâ per quinquennium Wittebergæ cultâ, per alias Germaniæ academias a. 1612. Patavium profectus, ibi per annum Conſiliarius Nationis Germanicæ, tum reliquâ Italia, Sicilia, ac Melita, demum Gallia peragrata, Baſileæ Med. D. creatus, hinc

hinc Auſtriæ ſub Enſa medicus Ordinarius, a. 1622. Presburgi medicus Ordinarius conſtitutus, †. 1628. 29. Octob.

§. 756. *Hermannus Corbejus*, Theodori filius, cujus edita ſunt, de Vulneribus Lethalibus ſanabilibus oratio panegyrica, in academia Marpurgenſi habita: Gynæceium, ſive de cognoſcendis, præcavendis, curandisque præcipuis Mulierum affectibus libri duo: brevis totius Medicinæ delineatio, quæ eſt præfatio, parentis pathologiæ recuſæ præmiſſa; &c. *Johannes Chriſtophorus Eiſenmenger*, Heilbrunnenſis, Baſileæ Med. D. creatus: quemadmodum etiam *Victor Manggus*, Schrattenchialenſis: & *Zacharias Roſenbach*, Butzbacenſis. *Henricus Artocophinus*, cujus prodierunt, prodromus Myſteriorum Naturæ: &, analyſis & ſyntheſis Phyſico-Chemico-medica artificioſiſſima. *Johannes Stephanus Strobelberger*, Græcio-Styrus, Monspelii a. 1615. Med. D. creatus, qua occaſione prodiit ejus Hiſtoria Monspelienſis, in qua tum urbis Monspeliacæ, tum Scholæ ejusdem celeberrimæ brevis deſcriptio, ac vitæ illuſtrium ejusdem Profeſſorum recenſentur, cum autoris theſibus inauguralibus: deinde ſecuta, tractatus de Cocco baphica, &, quæ inde paratur, Confectionis Alchermes recto uſu; cui inſertus eſt *Laurentii Catelani* genuinus ejusdem Confectionis apparandæ modus: Galliæ politicæ medicæ deſcriptio: Prælectionum Monspelienſium brevis recapitulatio, continens brevem libri primi Galeni de Affectorum Locorum notitia explanationem: Laureationum medica-

dicarum apud exteros promeritarum adverſus obtrectatores vindiciæ, in honorem Scholæ medicæ Monſpelienſis propoſitæ: publica intimatio de ſuis tam propriis quam alienis novis, cum *Oberndorferianis* tum *Janichianis* Operibus medicis edendis: epiſtolaris concertatio ſuper variis tam theoricis quam practicis quæſtionibus Febrim Malignam concernentibus, agitata inter eum & Joachimum Burſerum, Annæbergenſem: diſſertationes de Peſte: remediorum ſingularium pro curandis Febribus introductio, cum deſpectu opprobrii medici de febre Quartana: Maſtichologia: de Dentium podagra, ſeu potius de Odontagra doloreve dentium tractatus abſolutiſſimus: manuductio ad curandos Pueriles affectus: ſyſtematica univerſæ Medicinæ adumbratio; &c. *Johannes Georgius Groſſius*, Theologus quidem, ſed edito Compendio medicinæ ex Scriptura Sacra depromto, locum inter ſcriptores noſtros adeptus.

§. 757. Poſt a. 1620: *Joachimus Burſerus*, Annæbergenſis, cujus extant, de Febre Epidemia ſeu Petechiali probe agnoſcenda & curanda commentatio philoſophico-medica, locupletata variis animadverſionibus in opiniones hucusque receptas circa Pathologica quædam tam generalia quam ſpecialia: diſceptatio de Venenatorum natura & qualitatibus: de Fontium origine tractatus: introductio ad ſcientiam Naturalem. *Chriſtophorus Preibiſius*, Sprottaviâ-Sileſius, natus 1580, primum medicinæ ſtudiis addictus Lipſiæ, unde nata eſt ejus Fabrica Corporis humani, in gratiam nonnullorum ju-

juvenum, octo diſputationibus in academia Lipſienſi comprehenſa, 1621; poſtea vero ad Jurisprudentiam transgreſſus, in eaque factus Doctor, Profeſſor, & Facultatis Ordinarius, cæt. idem Comes Palatinus & S. Rom. Imperii Liber Baro; antea fuit Profeſſor Ethices, deinde Phyſices; †. Rector Magnificus, isque primus in hoc magiſtratu, 1651. 1. Mart. *Gregorius Martinus*, Schwibuſio-Sileſius, cujus prodiit Commentatiuncula in libri, qui inſcribitur, de Chemicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu ac diſſenſu (Dan. Sennerti) caput XI, quod eſt de principiis chemicorum. *Cornelius Alvetanus*, Ansrodius, qui ſcripſit de conficiendo divino Elixire ſive Lapide Philoſophico. *Georgius Myller*. *Petrus Vander Howen*, cujus prodiit de Sympathia ſeu affectu per Conſenſum tractatus. *Henricus Botterus*, cujus epiſtola de expurgatione Empyematis, inter Greg. Horſtii Obſervationes occurrit, & cujus tractatus extat de Scorbuto, cum epiſtola ad Joh. Wolfium, videtur idem eſſe cum Profeſſore Marpurgenſi ſuperioris ſæculi, vid. §. 481.

§. 758. *Johannes Baptiſta Van Helmont*, Nobilis Belga, natus Bruxellis 1577, Med. D. Lovaniiſ 1599, ubi etiam cum venia Profeſſorum Chirurgica prælegit; 1609. Vilvoordam ſeceſſit, †. 1644. 30. Decemb. qui ſe ipſe Philoſophum per Ignem appellavit, Galeni adverſarius, Archei inventor, novæque Sectæ autor, a quo vivo prodierunt, de Magnetica Vulnerum naturali & legitima curatione, contra Johannem Roberti, Soc. Jeſu Theo-

Theologum: ſupplementum de Spadanis fontibus: Febrium doctrina inaudita: opuſcula medica inaudita, de Lithiaſi, de Febribus, de Humoribus Galeni, de Peſte; quæ deinde cum plurimis poſthumis conjuncte ſæpius excuſa ſunt. *Johannes Raicus*, Schlaccowaldâ-Bohemus, Med. Lic. Wittebergæ 1615, cujus extat de Podagra tractatus medico-chemicus. *Caſpar Stein*, Regiomontanus, natus 1592. 9. Jul. Med. Lic. Jenæ 1618, hinc Italiam, Galliam, Angliamque peragratus, tum ab a. 1621. Regiomonte praxin exercens, †. 1652. 1. Febr. Profeſſione Medicinali Jenæ 1633. oblatâ, non acceptâ. *Johannes Schleupner* de Schleupberg, ex Comitatu Glacenſi, natus 1594. menſe Auguſto, a. 1616. Regiomonte ſtudiis operatus, 1620. Patavii Philoſ. & Med. D., Phyſicusque Welſæ Auſtriacæ, inde pulſus a. 1624, tum 14. annis variis in locis Germaniæ, Hungariæ, Helvetiæ, verſatus, hinc medicus Caſtrenſis cum Præſidiariis militibus Vindobonam reverſus, tribus poſt annis in Hungariam, atque hinc Marienburgum Pruſſorum, & denique Regiomontem digreſſus, ibidem †. 1647. menſe Junio; qui ſcripſit a. 1623. de Febri Epidemia, fuitque etiam Poeta Laureatus. *Johannes Wilhelmus Mannagetta*, Wilhelmsburgo-Auſtriacus, natus 1588. 1. Maji, 1614. Pragæ Baccalaureus, 1615. ibidem Philoſophiæ Magiſter, 1620. Patavii Med. D. deinde Med. Profeſſor Vindobonæ, undecies Facultatis ſuæ Decanus, octies Rector Magnificus, primo 1632, quatuordecim ſtipendiorum literariorum Superintendens, idem

Nn Ar-

Archiater Impp. Ferdinandi II, III, & Leopoldi, a Ferdinando II. Comes Palatinus & Dominus a Lerchenau creatus; †. 1666, ſepultus 3. Jun. relictis liberalibus ſtipendiis.

§. 759. *Johannes Ebelingius* ſenior, Hamburgenſis, Med. D., ab a. 1621. ibidem Poliater, poſtea Protophyſicus, idem Decanus Vicariorum Templi Cathedralis ab a. 1652. ad a. 1657, †. 1658. 8. Jul. *Georgius Fridericus Laurentius*, Lubenâ-Luſatus, Med. D., ab a. 1621. practicus Dantiſcanus, 1624. Lipſienſis, 1632. Hamburgenſis, 1636. Lubecenſis, 1638. iterum Hamburgenſis, 1648. Niecopiæ Falſtriorum Archiater Magdalenæ Sibyllæ viduæ Principis Danici Chriſtiani V, 1652. Altenburgi in Miſnia, poſthæc Friderici III. Regis Danorum Archiater, denique circa a. 1663. medicus Lubecenſis, †. 1673. 1. Febr. natus annos 79; a quo in lucem data, exercitationum in nonnullos minus abſolute veros Hippocratis Aphoriſmos, eorumque rationes, pars prima, & inde nata ſcripta cum adverſariis eriſtica, nominatim cum Bernhardo Langwedelio: &, defenſio Venæſectionis in Febre acuta continua & maligna, prope Pedis dextri Pollicem. *Johannes Ludovicus Gans*, a quo profecta, Hippocratis Aphoriſmi carminice, & Corallorum hiſtoria. *Joachimus Curtius*, Hamburgenſis, Med. D., practicus in patria circa a. 1622, †. 1642. 7. April. natus annos 57. *Melchior Breler*, Fuldenſis, Med. D., Auguſti Junioris Ducis Brunſvicenſium ac Luneburgenſium Archia-

chiater, †. Hamburgi 1627. *Johannes Weſthovius*, Med. D., artem Hamburgi exercens circa a. 1622. *Johannes Schœpf.*

§. 760. *Johannes Neander*, Bremanus, celebris ob ſuam Tabacologiam, Saſſafr ſologiam, & ſyntagma, in quo medicinæ cum laudes & natalitia, ſectæ earumque placita, tum cataclypſes ejus ac reſtauratores, & ad hæc noſtra usque tempora propagatores, cum Hiſtoriis eorum, Vitis ac Scriptis, graphice depinguntur. *Hubertus Arnoldus Rietmaekers*, Bredanus, Thenenſis reip. medicus Ordinarius, & Conſularis; cujus extat liber de Nephritico dolore. *Daniel Geyger*, Roſenhemio-Bavarus, natus 1595. 8. Octob. patre *Johanne Jacobo*, celebri Chirurgo & Lithotomo oppidique Senatore, deinde circa a. 1606. reipublicæ Auguſtanæ Lithotomo Ordinario; avo materno *Johanne Jacobi*, itidem Chirurgo ac Senatore Roſenheimenſi: 1614. circa Paſchatis feſtum Tubingæ Baccalaureus, 1615. Magiſter Philoſophiæ: tum apud patruum, *Tobiam Geygerum*, Philoſophiæ, Medicinæ, ac Chirurgiæ Doctorem, Ducis Bavariæ medicum Aulicum, celeberrimumque Chirurgum, usque ad 1617. commoratus, hinc in Argentinenſem academiam, deinde in Patavinam profectus, atque hic 1618. 16. Maji Utriusque Medicinæ Doctor creatus: porro iterum Monachii duce patruo praxin Chirurgicam exercuit usque ad a. 1622: tum Auguſtæ Vindelicorum Collegio Medico aggregatus, hinc tamen a. 1629, interdicto Religionis Evangelicæ exercitio, Poſonium digreſſus, ubi praxin in

magna celebritate agitavit, plurium quoque Principum & Magnatum Archiater conſtitutus, & a Ferdinando III. Imp. Nobilitatis inſignibus auctus: denique a. 1657. Ratisbonam ſe contulit, ibique praxi pari cum felicitate exercitâ, defunctus 1664. 14. Febr. *Johannes Burgower*, Scaphuſinus, Med. D. Baſileenſis, qui ſcripſit de neceſſitate Turundarum poſt extractationem Calculi, de Ruminatione humana, &c.

§. 761. *Bernhardus Langwedel*, Hamburgenſis, Med. D., in urbe patria practicus ab a. 1623, unaque ab a. 1639. Julii Henrici Ducis Saxo-Lauenburgenſis Conſiliarius & Archiater, †. 1656. 10. Febr. natus annos 60; cujus prodiere, Theſaurus Hippocraticus, ſive Aphoriſmi Hippocratis in claſſes & certos titulos ordine diſpoſiti, atque ſuccinctis rationibus illuſtrati: Hippocratis defenſio contra quoscumque petulcos ejusdem obtrectatores ac calumniatores, (magis proprie contra Georg. Frid. Laurentium;) Colloquium Romano-Hippocraticum inter Marforium & Pasquinum, in eadem controverſia: Carolus Piſo enucleatus. *Johannes Jacobus Friſius*, Tigurinus. *Daniel Fabritius*, Dantiſcanus, Med. D. Georgii Nösleri ſocius itineris in reditu ex Italia circa a. 1618. *Johannes Benedictus Berger*, natus Rotenburgi ad Tubarim 1589. 20. Septemb. ex Pharmaceutico miniſtro Medicæ artis cultor Argentorati, & 1616. Baſileæ Doctor, hinc in natali urbe Poliater, †. ex infelici lapſu 1626. ſepultus 24. Novemb. *Joſaphat Weinlein*, Halâ-Suevus, natus 1601. 30. Novemb., patre

patre *Johanne Caſparo*, Pharmacopœo, poſt hunc nactus vitricum *Michaelem Stellwagium*, itidem Pharmacopœum & Judicii Hallenſis Aſſeſſorem: 1622. menſe Majo Tubingæ Med. D., 1623. Crailshemii medicus Ordinarius, ſucceſſor *Johannis Chriſtophori Keyſeri*, Kitzingam abeuntis: 1627. 26 Januar. Rotenburgi ſucceſſor Phyſici Ordinarii *Johannis Benedicti Bergeri*, Med. D., 1631. menſe Novemb. ibidem locum nactus *Bernhardi Stieberi*, Med. D. & Senioris Phyſici; †. 1662. 25. Febr. in Chemicis medicamentis elaborandis uſurpandisque feliciter verſatus. *Johannes Chriſtophorus*, ejus filius, etiam Med. D. factus.

§. 762. *Mauritius Blum*, Wittebergenſis, natus 1596. 26. Aug. 1616. Philoſ. Magiſter, deinde Patavii medicinæ ſtudium proſecutus, ibique factus Nationis Germanicæ Procurator, tum Baſileæ Med. D. creatus, hinc in natali academia privatus doctor & practicus, idemque poſt obitum Wolfgangi Schalleri deſignatus Profeſſor publicus a. 1626. 22. Maji, ſed †. eodem anno 2. Jun. *Andreas Singer. Cajus Holzmann. Ezechiel Bayer*, Bayr, Payr, Beyer. *Jacobus Martini* ſenior, Lauenburgo-Saxo, Med. D., Poliater, ut creditur, Lubecenſis usque ad a. 1627, Hamburgi medicinam faciens circa a. 1636. *Benedictus a Caſtro*, Hamburgenſis, Judæus, Med. D. & practicus in ea civitate ab a. 1622, deinde ſimul Chriſtinæ Reginæ Sueciæ Archiater, †. 1684. 7. Januar. natus annos 86. *Samuel de Sylva*, Luſitanus, Judæus medicus, artem agitans circa 1623. Amſtelodami, poſteaque

que Hamburgi, ibi †. 1631. 4. Januar. *Martinus Stelling*, civis & medicus Hamburgenſis, deinde circa a. 1625. Loemiater Bremenſis. *Johannes Thaumaxenus*, Heſſus. *Simeon Partlitz* de Spitzberg, cujus prodiit Aſtronomici Apologetici pars prior, ſive diſſertatio de Influentiis: Medici Syſtematis harmonici prodromus; & alia.

§. 763. *Philippus Hœchſtetter*, Auguſtanus, Med. D. & in patria republica practicus, †. 1635; veras laudes meritus ſuarum Rararum Obſervationum medicinalium decadibus 10, quarum quatuor poſtremæ a filio *Johanne Philippo* demum in lucem publicam protractæ ſunt. *Thomas Reineſius*, Gothanus, natus 1587. 13. Decemb. ſtudiis Wittebergæ, Jenæ, Francofurti ad Viadrum, & Patavii cultis, comparatisque etiam vetuſtis codicibus marmorumque, lapidum, & aliorum monumentorum Inſcriptionibus, Baſileæ creatus Med. D., hinc Curiæ Variſcorum praxin exorſus, tum Comitum Reuſſiorum Archiater, Profeſſor & Inſpector Gymnaſii Gerani, poſtea Altenburgi Ducalis Archiater & Conſul urbanus, denique Saxonicus Electoralis Conſiliarius, †. 1667. 14. Febr. Lipſiæ, Polyhiſtor eximius, in Antiquitatibus præſertim valde verſatus, a Rege Galliarum annuo honorario donatus; cujus extant, Chemiatria, hoc eſt, medicina nobili & neceſſaria ſui parte, Chemia, inſtructa & exornata, inque theatrum illuſtris ad Eliſtrum Athenæi ſermone panegyrico producta: de vaſis Umbilicalibus eorumque ruptura obſervatio ſingularis: Variarum lectionum libri 3, earumque defenſio: Epiſtolarum

rum ad *Neſteros*, patrem & filium, farrago: Scholia Jureconſultorum medica, Relationum aliquot libris comprehenſa, (quæ tamen nihil aliud eſt niſi Fortunati Fidelis de Relationibus medicorum libri 4, cum nomine Reineſii præfixo:) Syntagma Inſcriptionum, aliaque, præter manuſcripta. *Wilhelmus Erneſtus Scheffer*, Budingenſis, natus 1590. 14. Mart. Gieſſæ, Helmſtadii, Leidæ, & Oxoniæ ſtudiis agitatis, 1624. Argentorati Med. D., hinc Francofurti ad Mœnum artem exercens, †. 1665. 21. Mart. *Petrus Schonæus*, Harlemo-Batavus, Artium & Med. D., medicus Caſtrenſis in exercitu Hiſpanico. *Nicolaus Johannis a Waſſenaer* ſeu Waſſenarius, Heusdanus, Med. D. Amſtelodami praxin agitans, antea Conrector ſcholæ Harlemenſis. *Johannes Heinſtius*, cujus prodiit diaſcepſis de Pilis eorumque natura, & Epiſtolæ variæ in Hornungi Ciſta. *Daniel Sueppius*.

§. 764. *Johannes Jacobus Federer*, cujus prodiit Febris Ungaricæ curandæ, cognoſcendæ, & ab aliis febribus diſcernendæ methodus. *Jacobus Bartſchius*, Laubâ-Luſatus. *Fridericus Vander Mye*, Delphenſis, Phyſicus Bredanus, & Poeta; a quo edita, de Arthritide & Calculo gemino tractatus duo, una cum diſputatione philoſophica de Lapidum generatione, item hiſtoria medica de Vertigine, Catarrho, Tuſſi vehementi, Abortu, &c. & de morbis & ſymptomatibus Popularibus Bredanis tempore Obſidionis, deque Medicamentis in ſumma rerum Inopia adhibitis, tractatus duo. *Johannes Carolus Roſenberg*, Argentinenſis, cujus

extat Roſa nobilis iatrica, ſeu Animadverſiones & Exercitationes medicæ, Hippocraticæ & Hermeticæ: & Rhodologia, ſeu philoſophico-medica generoſæ Roſæ deſcriptio. *Laurentius Eichſtadius*, Stettinenſis, Med. D. Wittebergæ 1621. 18. Septemb. †. 1660. 8. Septemb. qui ſcripſit de Theriaca & Mithridatio: de Confectione Alkermes: de Camphora: Collegium Anatomicum: de Diebus Criticis: Ephemerides, tabulas harmonicas Motuum Cœleſtium, pædiam Aſtrologicam, aliaque Mathematica. *Augerius Clutius*, Belga, Botanicus Monspelienſis, in profectionibus Africanis ter captivorum ſortem expertus; cujus prodierunt Calſuee, ſive diſſertatio Lapidis Nephritici, ſeu jaſpidis viridis, a quibusdam callois dicti, naturam, proprietates, & operationes exhibens, quam ſermone latino recenſuit *Guilielmus*, Guilielmi filius, *Lauremberg*, Roſtochii 1627: & opuſcula duo ſingularia, 1. de Nuce Medica, 2. de Hemerobio ſive Ephemero inſecto, & Majali Verme.

§. 765. *Johannes Hornung*, Rotenburgo ad Tubarim oriundus, a quo edita Ciſta medica, in qua Epiſtolæ clariſſimorum Germaniæ Medicorum aſſervantur, potiſſimum ex poſthuma Doctoris *Sigiſmundi Schnitzeri*, Ulmenſis, bibliotheca: extat item Epiſtola Hornungi inter Obſervationes Greg. Horſtii: & ipſius *Schnitzeri* tum plurimæ in modo dicta Ciſta, tum duæ inter Horſtianas Obſervationes. *Johannes Donatus*, Sileſius. *Johannes Varwich*. *Elias Teichmann*. *Georgius Tidicæus*. *Georgius Torræus*, Inſulenſis, Med. D.

D. Monſpelii creatus 1626, cujus tamen jam præterlapſo anno prodierat Epileptica conſideratio, id eſt morbi Comitialis qua theoretica qua practica medicina. *Arnoldus Weickhardus*, Bacharacenſis, Conſiliarius & Archiater Palatinus, pluriumque Principum medicus, & Collegii Medici Mœno-Francofurtenſis Senior, †. 1645. 23. Novemb. natus annos 67; relicto Theſauro Pharmaceutico Galeno-Chemico, ſive tractatu Practico, in ſex libros digeſto: de variis & periculoſis Morbis a capite usque ad calcem in utraque Praxi medendis Practica univerſalis Galeno-Chemica, in ſex libros diviſa, niſi ſub novo titulo idem opus cum præcedente eſt: præterea ipſi tribuitur Pharmacia domeſtica. *Johannes Götzigerodius*, Schlesvicenſis, Med. D. & practicus Eideroſtadienſis circa a. 1625, deinde circa 1639. Reginæ Sueciæ Archiater.

§. 766. *Valerius Charſtadius*, Stettinenſis, cujus prodiere, Disputationes 13. in Argentinenſium Univerſitate, conſenſu Facultatis Medicæ propoſitæ, Argentorati 1626, 4: &; Synopſis univerſæ Medicinæ Dogmaticæ, in 12. Disputationibus adumbrata, ibid. 1634, 12. *Daniel Bucretius*, Germanice *Rindfleiſch*, Vratislavienſis, editis Julii Caſſerii Tabulis Anatomicis, & Adriani Spigelii de humani corporis Fabrica libris 10, utrisque poſthumis, famam nactus. *Guilielmus Marcquis*, Antverpianus, cujus extat Decas Peſtifuga, ſeu decem quæſtiones problematicæ de Peſte, una cum exactiſſima inſtructione purgandarum ædium

infectarum : &, Aloë morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata. *Georgius Hebenſtreit*, Auguſtanus, cujus ſunt, pemptas una quæſtionum miſcellanearum Politico-Medicarum : & Epiſtolæ nonnullæ in Hornungi Ciſta, & Greg. Horſtii Obſervationibus. *Arnoldus Gislenius*. *Michael Friderici*, Wilſtriâ-Holſatus, Med. D. Wittebergæ creatus 1624. 15. Januar. tum Poliater & Pharmacopola Flensburgenſis. *Godofredus Cundiſius*. *Johannes Andreæ*, Ribnicio-Megapolitanus, Med. D., praxi deditus Roſtochii & Revaliæ, †. 1650. 25. April. natus annos 60; editis Quæſtionibus phyſico-medicis,. variisque diſſertationibus.

§. 767. *Auguſtinus Thoner*, Ulmanus, qui ultra 82. annos vivendo attigit, cujusque prodierunt Obſervationum medicinalium haut vulgarium libri 4, eximiæ laudis, quibus adjuncti ſunt Conſultationum cum diverſarum regionum medicis habitarum, & Epiſtolarum de variis rebus Medico-Philoſophicis libri 2: item, Epiſtolarum medicinalium appendix; &c. *Andreas Tenzel*, cujus extat, exegeſis Chemiatrica; &, medicina Diaſtatica in tractatum tertium de tempore Theoph. Paracelſi. *Engelbertus Lamelin*, Cameracenſis, cujus ſunt, de Vita Longa libri 2, quibus adjuncta ſunt commoda & incommoda Sobriæ & moderatæ Vitæ, nec non tractatus de Peſte ejusque præſervatione, a *Patre* ſuo compoſitus, ab ipſo autem e Gallico in Latinum transverſus. *Nicolaus Braun*. *Jacobus Faber*. *Johannes Greifenhagen*. *Johannes Nicolaus Baumann*, qui de Tabaci virtutibus, uſu, & abuſu

abuſu ſcripſit. *Helvicus Dietericus*, Kyrtorſio-Haſſus, natus 1601. 24. Jun. 1620. Gieſſæ Magiſter, tum Linguam Hebræam Ulmæ privatim docens, hinc 1622. ex Theologiæ candidato medicinæ cultor Tubingæ, Altorfii, Wittebergæ, & 1625. in Italia, 1627. Med. D. Argentorati & ibidem practicus, a. 1628. Archiater Georgii Landgravii Haſſo-Darmſtadini, 1634. Georgii Wilhelmi Electoris Brandenburgici Berolini, 1641. Chriſtiani V. Principis Regii Danici & Conſiliarius, 1644. Chriſtiani IV. Regis Daniæ, 1647. Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgici, eodem anno medicus Hamburgenſis, †. 1655. 13. Decemb. natus annos 54; a quo profecta, elogium Planetarum cæleſtium & terreſtrium Macrocosmi & Microcosmi: Puerperium Martis: Reſponſa medica de probatione, facultate, & uſu acidularum ac fontium Schwalbaci ſuſurrantium, a celeberrimis aliquot medicis ſcripta: de iisdem aquis medicatis librum Germanicum: vindiciæ adverſus Ottonem Tackenium; &c. *Johannes Arcularius.*

§. 768. *Otto Sperling* ſenior, Hamburgenſis, Med. D., Bergis Norvegiæ practicus a. 1628, 1630. ibidem Phyſicus Provincialis, 1632. Chriſtianiæ, 1634. practicus Iernloſiæ in Seelandia, 1637. Hafniæ, 1638. ibidem Orphanotrophei medicus Regiusque Archiater ac Botanicus, 1641. ſimul Poliater Ordinarius, 1652. medicus Amſtelodamenſis, 1654. Hamburgenſis, unaque ab a. 1653. Archiater Suecicus, ſed a. 1664. Hafniam in captivitatem ductus, in qua †. 1681. 26. Decemb. natus annos

79;

79; qui Hortum Chriſtianæum evulgavit, cæterum Nummariis Antiquariisque ſcriptis magis illuſtratus. *Johannes Placcius* ſenior, Suerſtadio-Thuringus, Med. D., Jenæ 1629. Aſſeſſor Ordinis Philoſophici, 1638. ibidem Med. Profeſſor deſignatus, 1640. Hamburgi medicus, & 1653. Poliater, †. 1656. 7. Octob. ætatis a. 52. *Thomas a Rappolt*, Eques Sileſius, Med. D., Electoris Brandenburgici Conſiliarius Metallicus, deinde circa a. 1633. in Aula Holſato-Gottorpienſi commoratus. *Wilhelmus Schmidt*. *Antonius Obert*, Audomaro-Belga, cujus prodiere, de Venæſectione in Pleuritide eudoxa contra paradoxam Fuchſii, Fernelii, & aliorum ſententiam: anaſtichioſis apologetica pro Parænesi contra D. Lud. du Gardin decretum, quo oppoſitam in Pleuritide Revulſionem condemnat, quam Parænesis approbat: de Venæſectione in Pleuritide Parænesis ſecunda, ſeu anacephalæoſis omnium pæne controverſiarum, quæ Parænesis prima, & pro ea ſcripta Apologia atque analyſis contra D. Lud. du Gardin continebat, ſicut & noviſſimæ illius Declamationes quatuor; acceſſit de Venæſectione in Variolis adminiſtranda contra popularem errorem aſſertio. *Johannes Fuchſius*, cujus prodiit Compendium Abuſuum autoritate Galeni & Hippocratis damnatorum.

§. 769. *Bernhardus Suevus*, qui ſcripſit de inſpectione Vulnerum letalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani. *Chriſtophorus Fridericus Willich*, Hamburgenſis, Med. D. & in natali urbe practicus, †. 1646. 11. Januar. ætatis

anno

anno 36. *Johannes Georgius Laurentius*, Lubenâ-Luſatus, Med. D. Wittebergæ 1629. 12. Maji, 1630. Lipſiæ practicus, circa a. 1634. Friderici Ducis Holſato-Gottorpienſis Archiater, circa 1647. Lubecæ medicus, & circa 1668. Poliater, †. 1673. menſe Septemb. natus annos 79. *Jacobus Witte*, Med. D., Regis Guſtavi Adolphi in expeditione Germanica Archiater, deinde circa a. 1630. Hamburgi practicus, adhuc 1637. in vivis. *Juſtus Stroperius*, Wallenſteinii, Ducis Fridlandii, medicus Caſtrenſis. *Johannes Mercker*, Med. D. & Salzungæ practicus, idem Poeta Latinus. *Martinus Schmuck*, filius Vincentii Theologi, Lipſienſis, Phyſicus Hersbruccæ, †. 1640.

§. 770. *Adam Zuszner* von Zuszneregg und Würzenfels, Clagenfurto-Carinthius, natus 1602. 16. Septemb. ab a. 1614. per ſexennium Argentorati ſtudiis excultus, & in hoſpitio *Johannis Küferi*, Med. D., in operationibus Chemicis verſatus, hinc Tubingæ ſtudia per biennium perſecutus, 1624. Patavii etiam per biennium, inde per Galliam domum reverſus, 1628. iterum Patavium profectus, ibidem Conſiliarius Nationis Germanicæ Artiſtarum electus, 1630. Philoſ. & Med. D. a *Cæſare Cremonino* creatus, non multo poſt Ducatus Carinthiæ medicus Ordinarius conſtitutus, 1657. Religionis cauſâ Norimbergam digreſſus, ibique †. 1661. 1. Mart. Ejus pater, *Urbanus*, Philoſ. & 1571. 13. Jul. Wittebergæ Med. D., artem in Carinthia per 56. annos exercuit, †. 1645, quum ætatem ad 96. annos produxiſſet. *Gerhardus de*

Boot,

Boot, Gorcomio-Batavus, natus 1604, factus Londini medicus Regius Britannicus. *Daniel Winckler*, ſenior, Nimicio-Sileſius, Med. D. Witteberg æ 1624. 15. Januar. creatus, hinc practicus Vratislavienſis; qui edidit Animadverſiones in tractatum, qui inſcribitur Diſſertatio de Vita Fœtus in utero cæt. (Greg. Nymmanni:) & de Opio. *Sebaſtianus Greif. Lævinus Fiſcher*, cujus extant, de aurea Auri Tinctura, ſive veri Auri Potabilis medicina, commentarius: Conſilium Anti-Hypochondriacum: de Loco vero ac foco affectus præcordialis, vulgo Hypochondriaci dicti, deque Viis per quas ſeroſitates morbificæ excernuntur, ex vero medicinæ fonte Hippocrateo, præviis iſtius rei obſervationibus Anatomicis, deducta exetaſis: de Prolonganda Vita dialogus philoſophico-medicus, quo inſuper de medicinæ Principio primo enucleate diſſeritur, unde modus, corpus medicinæ univerſale digerendi, aliaque intimantur, pro reſtituenda vera medicina: Corpus medicinæ Imperiale, per certa & apodictica Neotericorum veræ artis principia, ac Panacei remediorum Methodicorum, Chemiatricorum, Specificorum normam digeſtum, &c.

§. 771. Inter medicos ſcriptores relati, licet non fuerint medici: *Melchior Adamus*, (ad præterlapſum proxime decennium referendus,) Rector Heidelbergæ, †. 1622. qui Vitas Germanorum medicorum, qui ſæculo ſuperiore & quod excurrit, claruerunt, congeſſit & ad a. 1620. deduxit. *Tobias Adami*, Jureconſultus, Ducalis Saxo-

Saxo-Vinarienſis & Iſenacenſis Conſiliarius Aulicus, †. 1643. 29. Septemb. in peregrinationibus ſuis factus ſummus Thomæ Campanellæ amicus, cujus proinde nonnulla etiam medicinalis argumenti manuſcripta ab autore obtinuit ediditque. *Johannes Henricus Alſtedius*, Profeſſor Philoſophiæ & Theologiæ Herbornæ, poſteaque Weiſſenburgi in Tranſilvania, †. 1638. natus annos 50, in cujus Encyclopædia medicinalis quoque doctrinæ partes comprehenduntur.

§. 772. Poſt annum 1630: *Martinus Blochwitz*, Hainâ-Misnicus, Med. D., Oſchatzienſis Phyſicus Ordinarius, cujus diligenter ſcriptus liber, anatomia Sambuci, poſt mortem autoris ab ipſius fratre *Johanne*, tunc Medic. ſtudioſo, 1631. editus eſt. *Bernhardinus Stainer*, cujus laudatum Gerocomicon, ſive diæteticum regimen de conſervanda Senum ſanitate eodem anno a *Johanne Neydecker* publici juris factum eſt. *Malachias Geiger*, Bavarus medicus, cujus extat præclara Kelegraphia ſeu deſcriptio Herniarum, cum earundem curationibus tam medicis quam chirurgicis; & microcosmus Hypochondriacus, ſive de Melancholia Hypochondriaca tractatus. *Ludovicus von Hoernigk*, Nobilium ordini adſcriptus, medicinæ ſtudiis Gieſſæ, in Italia, Galliaque tractatis, Argentinæ ejus artis Doctor creatus, Comes Palatinus Cæſareus 1628, poſtea quoque Juris Doctor, Conſiliarius Cæſareus & Moguntinus Electoralis Aulicus Conſiliarius, Vindobonæ a. 1647. Romano-Catholicam fidem amplexus, cæterum Francofurti ad Mœnum degens,

gens, †. 1667; cujus, præter Juris Publici ſcripta, ſunt multa Germanica ad corrigendos in republica medica abuſus ſpectantia, ut, Politia medica: medicaſter Apella: alphabetum Medicaſtrorum: quæſtiones ad Pharmacopoeos & Materialium mercatores pertinentes, cæt. item tractatus de acidulis Schwalbacenſibus: Angelus occiſor, ſeu liber de Peſtilentia; &c. *Johannes Sophronius Kozak*, Prachino-Bohemus, Med. D. & practicus Bremenſis per 45. annos, †. 1685. 30. Januar. natus annos 83; Robertum Fluddium ſecutus, cujus prodiere diſcurſus Phyſici tractatus quatuor, de rerum Naturalium Principiis, de Generationum & Transplantationum modis, Morborum cauſis & ſpeciebus, Methodo Curationum: anatomia Vitalis Microcoſmi, in qua Naturæ humanæ proprietates, quas homo cum rebus extra ſe poſitis communes habet, tum Morborum origines, eorumque legitimus Curandi modus, breviter & dilucide explicantur: tractatus medicus de Sale, ejusdemque in corpore humano reſolutionibus ſalutaribus & noxiis: tractatus de Hæmorrhagia, cæt. *Hadrianus a Mynſicht*, Comes Palatinus, Medicinæ Utriusque D., Poeta Laureatus Cæſareus, Conſiliarius & Archiater Megapolitanus, diverſorumque Principum aliorum; excellens Chemicus, ex cujus adeo medicamentis multa in officinas publicas migrarunt, deſcripta in ejus Theſauro & Armamentario medico-chemico; cui adjunctum eſt Teſtamentum Hadrianeum de Aureo Philoſophorum Lapide.

§. 773.

§. 773. Mynſichti amici jam circa a. 1631, quo eorum gratulationes cum Mynſichti Theſauro editæ ſunt: *Ferdinandus Sagittarius*, Oenipontanus, Philoſ. & Med. D., Maximiliani V. Bavariæ Ducis & Electoris Conſiliarius & medicus Cubicularius. *Joachimus Stockmann*, Roſtochienſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Phyſicæ & Metaphyſicæ Roſtochii, deinde etiam Medicinæ, Poliater, Facultatis tandem Medicæ, totiusque Univerſitatis Senior, denique Emeritus, † 1653. 5. Jun. natus annos 62; editis Diſputationibus, aliisque ſcriptis academicis. *Conradus Mithobius*, Med. D., Ducis Brunſvicenſium & Luneburgenſium Archiater, cujus epiſtola de Aqua Vitæ Juniperina jam a 1628. inter Greg. Horſtii Obſervationes prodiit. *Jacobus Martini*, Philoſ. & Med. Utriusque D., reipublicæ Lubecenſis Phyſicus Ordinarius & Primarius, idem ſine dubio, qui ſupra dictus §. 762. *Melchior Breler*, Conſiliarius & Archiater Lunæburgico-Megapolitanus, qui, ſi idem eſt, ut videtur, cum illo ſuperius §. 759. commemorato, ille vel nondum a. 1627. defunctus, vel gratulatio diu anticipata. *Johannes Helingius*, Med. D. & medicus Aulicus Suerinenſis. *Joël Pinnovius*, Philoſ. & Med. D., Poeta Laureatus Cæſareus. *Johannes Elerus*, Philoſ. & Med. D., & reipub. Luneburgenſis Phyſicus Ordinarius & Primarius; idem, ut veriſimile eſt, cum ſuperiore §. 754. *Johannes Neucrantz*, Philoſ. & Med. D., Phyſicus Stralſundenſis Primarius; a quo poſtea conſcriptum eſt Auctarium Pharmacopœiæ Stralſundenſis.

§. 774. *Philippus Grüling*, Stolbergenſis, ibidem medicus Aulicus & urbis Conſul, †. 1667. ætatis a. 74; cujus extant, Florilegium Chemicum, hoc eſt, libellus de quorundam Medicamentorum Chemicorum præparatione, uſu, & doſi, multis exemplis obſervationibusque illuſtratus; deinde longe auctius, inſcriptum, Florilegium Hippocrateo-Galeno-Chemicum novum, quaſi prodromus practici operis; Obſervationum & Curationum medicinalium Dogmatico-Hermeticarum centuriæ 7: medicinæ Practicæ libri 5: tractatus ſingularis de Purgatione quæ in medicina fit, cum multis Obſervationibus: de triplici in medicina Univerſalis Evacuationis genere: de Calculo & Suppreſſione urinæ; &c. *Petrus a Naeldwyck*, Batavus, Med. D. & Gothoburgi in Suecia practicus; cujus extant libri duo Philippicorum, ſive de Equorum natura, electione, educatione, diſciplina, & curatione. *Jacobus Lansbergius*, aut *Landsberg*, Goeſanus, Med. D., Middelburgi 1640. Senator, & 1649. Conſul, ſed poſtea exauctoratus, †. 1657. natus annos 67; qui ſcripſit disputationem ſcholaſticam de Moſcho, adverſus medicos Mittelburgenſes. *Caſparus Horn*, Freibergâ-Miſnicus, (filius, ut videtur, iſtius ejusdem nominis, qui Wittebergæ fuit Magiſter, & 1600. 18. Octob Med. D.) Wittebergæ convictu Dan. Sennerti per ſexennium uſus, Baſileæ 1616. Med. D., hinc Phyſicus primum Dresdæ per ſeptennium, usque ad a. 1623, tum per decennium Plaviæ Variſcorum, denique 1633. natalis urbis medicus Ordinarius, †. 1653. natus annos 70; qui edidit Gebri Arabis Chemiam, additâ ſuâ Medullâ

Alche-

Alchemiæ Gebricæ. Alius *Caſparus Horn*, natus Dresdæ 1590, Med. D. 1626, in medicorum Norimbergenſium numerum relatus a. 1633, †. 1643. 27. Aug. qui Speculo Scorbutico, Germanice conſcripto, inclaruit.

§. 775. *Paulus Neucrantz*, Med. D., Roſtochienſis, primum in patria practicus ab a. 1632, deinde ab a. 1634. Lubecæ, ab a. 1655. ibidem Poliater, †. 1671. 24. Maji, natus annos 66; cujus extat liber de Purpura, in quo Febrium Malignarum natura & curatio proponitur: de Harengo exercitatio medica, in qua principis piſcium exquiſitiſſima bonitas & ſumma gloria aſſerta & vindicata: idea perfecti Medici. *Franciſcus Chemnitius*, Stettinenſis, Schlesvigæ educatus, Med. D. & circa a. 1632. practicus Hamburgenſis, deinde medicus Caſtrenſis Suecicus in bello Germanico & Polonico, †. 1656. ætatis a. 47. Magiſter *Jacobus Engelbrecht*, Stralſundius, Med. Cultor, a. 1632. & ſequentibus Schlesvigæ commoratus, adhuc 1641. in vivis. *Caſparus Amthor*, cujus prodiit Chryſoſcopion ſeu Aurilogium, auri arcana repandens, & quomodo vitæ hujus noſtræ demenſum per id phyſice ſanum & incolume propagari ac prolongari queat, edocens: & Memorabilium medicorum pars prima, continens regulas diæteticas Morborum, item curationes per euporiſta cum Chemica tum Galenica ſingularia. *Michael Perner. Stephanus Dominicus Brunheimer. Johannes Erneſtus Scheffler.*

§. 776. *Nicolaus Fontanus*, Amſtelredamus, Græce Latineque doctiſſimus, a quo profecta, Aphoriſmi Hippocratis methodice diſpoſiti, quibus

accedit tractatus de extractione Fœtus mortui per Uncum: inſtitutiones Pharmaceuticæ ex Bauderonio & *Johanne du Boys*, (Pariſienſi, qui a. 1572. in methodum miſcendorum Medicamentorum obſervationes ex Græcis, Arabibus, & neotericis edidit:) Florilegium medicum, opus non ſolum medicis, verum & Chirurgis apprime jucundum & neceſſarium: Reſponſionum & Curationum liber unus: Obſervationum rariorum analecta: fons ſive origo Febrium, earumque remedia: ſyntagma de morbis Mulierum: commentarius in Sebaſt. Auſtrium de Puerorum morbis: ſimiles in alios ſcriptores practicos: reſponſio ad propoſitam ſibi quæſtionem, an Manus Clavis transfixæ pares ſint ferendo corpus inde pendulum; &c. *Wilhelmus Sybeliſta*, Halâ Saxo, Med. D. & in Holſatia practicus, a. 1633. Archiater Ruſſicus, 1646. in prædio ſuo Bundesbüllenſi Cimbriæ medicinam faciens, deinde Hamburgi, tum ab a. 1652. usque ad 1655. Archiater Brunſvico-Guelpherbytanus, 1660. Rigæ medicus Caſtrenſis Suecicus, 1663. Holmiæ Archiater Suecicus, ſimul Conſiliarius Metallicus, circa 1677. denuo practicus Hamburgenſis. *Laurentius Bapſt*, Viennâ Auſtriacus, Med. D. Wittebergæ 1627. 4. Decemb., deinde medicus Electoralis Saxonicus. *Paulus Flemming*, Hartenſteinio-Miſnicus, Med. D., Legatorum in Perſiam Holſaticorum ab a. 1633. ad 1639. comes, tum medicus Hamburgenſis, †. 1640. 2. April. natus annos 31; Carminibus Germanicis elegantius pangendis magnum nomen adeptus. *Hartmannus Gramannus*, Ilma-Thuringus, Med. D. & ejusdem

dem Holſaticæ Legationis ab a. 1633. usque ad 1639. medicus, antea practicus Saxo-Halenſis, poſtea Ruſſicus Archiater.

§. 777. *Adrianus Toll*, Leidenſis, ibidem Med. D. & ſecundum quosdam Profeſſor, †. 1635; qui Galeni Commentarios in Aphorismos Hippocratis, Joh. Stockeri Praxin cum ſuis commentariis, Anshelmi Boetii de Boodt Gemmarum & Lapidum hiſtoriam, itidem a ſe illuſtratam, edidit. *Johannes Beverovicius*, ſive *van Beverwyck*, Dordracenus, Med. D. in natali republica practicus, Senator, & Conſul, †. 1647. 19. Januar. natus annos 52; a quo edita, epiſtolica quæſtio de Vitæ Termino, fatali an mobili? cum doctorum Reſponſis, 3. partibus; ſeorſim accedit *Annæ Mariæ a Schurmann* de eodem argumento epiſtola: item ejusdem argumenti alia a *Johanne Elichmanno* (Sileſio, Medico practico Leidenſi, complurium linguarum, præſertim Perſicæ, peritiſſimo, †. 1659, editâ etiam epiſtola Arabica de uſu hujus linguæ in medicina,) ex mente & monimentis Arabum & Perſarum contexta: aliæ epiſtolicæ Quæſtiones, cum doctorum Reſponſis: idea medicinæ Veterum: Autarkeia Bataviæ, ſive introductio ad medicinam Indigenam: de Calculo Renum & Veſicæ liber, cum epiſtolis & conſultationibus magnorum virorum: Theſaurus Sanitatis, linguâ Batavâ, qua etiam ejus Opera omnia prodierunt; &c. *Conradus Walther*, Hamburgenſis, Med. D., & in patria practicus, & a. 1657. Vicariorum ædis Cathedralis Decanus, †. eodem anno 18. Jul. natus annos 48. *Chriſtianus a Lenger-*

ke, Osnabrugenſis, Med. D., & circa a. 1634. Hamburgi praxin exercens. *Fridericus Greif*, Tubingenſis, natus 1601. 29. Octob., patre *Michaele* Pharmacopola ibidem: filius in academia patria gradum Baccalaurei, & 1620. Magiſterii primo inter 35. candidatos loco nactus, deinde, quum, medicinæ ſtudiis rite tractatis, jam ad Doctoris in ea gradum adſpiraret, inter ipſum apparatum coactus Officinæ paternæ curam ſuſcipere: quam tamen non multo poſt in alium transtulit, ipſe arti Chemicæ medicamentisque hujus generis præparandis unice addictus: in quibus ſuam Theriacæ Cæleſtis elaborationem tandem in manus Ducis Würtembergici, Domini ſui, reſignavit, edito etiam ſcripto profeſſus, eam non niſi apud illum Sereniſſimum Ducem ſinceram inveniri: †. 1668. 18. Novemb. ob Poeticum quoque ſtudium memorabilis, quo permulta Carmina ſacra, Hymnos, Precationes, paraphraſes Pſalmorum Davidis, ſimiliaque, linguâ compoſuit patria. *Chriſtophorus Albinus*, Med. D. & practicus Stettinenſis.

§. 778. *Johannes Marcus Marci* a Kronland, Bohemus, Pragenſis Profeſſor Medicinæ Primarius & Regni Phyſicus, linguæ Hebraicæ, Syræ, Græcæque callentiſſimus, natus 1595, †. 1667. 30. Decemb. cujus ſunt, Idearum operatricium idea, ſive hypotypoſis & detectio illius occultæ virtutis, quæ Semina foecundat, & ex iisdem corpora Organica producit: de proportione motus, ſeu regula ſphygmica ad celeritatem & tarditatem Pulſuum, ex illius motu ponderibus geometricis librato, metiendam: Philoſophia Vetus reſtituta, 5. par-

partibus comprehenſa: liturgia mentis, ſeu diſceptatio medica, philoſophica, & optica de natura Epilepſiæ, illius ortu & cauſis, deque ſymptomatis quæ circa imaginationem & motum eveniunt; cui acceſſit tractatus medicus de natura Urinæ, &c. Orhoſophia, ſeu philoſophia impulſus univerſalis, in quo opere geneſis, progreſſus, vires impulſus, cum in animalibus, tum in liquidis & ſolidis corporibus explicantur. *Rotgerus Hemſing. Rolandus Sturmius*, Lovanienſis, cujus prodiit, Hippocratico-Hermeticologia, ſive dialogus inter Hippocraticum & Hermeticum: &, Vindiciæ pulveris Febrifugi Peruviani. *Johannes Henricus Freitag*, cujus extat Catalogi teſtium veritatis Chemiatricæ prodromus, hoc eſt, Obſervationum ſeu Curationum medico-chirurgicarum ad methodum chemicam inſtitutarum, centuria prima. *Johannes Pharamundus*, ſeu Veremundus, *Rhumelius*, Johannis Conradi ſenioris filius, junioris frater; cujus extat compendium Hermeticum de macrocosmo & microcosmo, cum addito Diſpenſatorio chemico. *Hartwig Lohmann*, Flensburgenſis ab a. 1616. Secretarius, 1622 & 1623. Schwabſtedæ exul, 1624. ducatibus Cimbricis ob heterodoxiam ejectus, circa a. 1635. Hafniæ medicum profeſſus.

§. 779. *Fridericus Zobel*, Holſatus, circa a. 1636. Friderici Ducis Holſato-Gottorpienſis Archiater & Laboratorii Chemici præfectus, †. circiter a. 1647; cujus Tartarologia ſpagyrica, ſeu medicamentorum ex tartaro in laboratorio Gottorpienſi paratorum deſcriptio, a Georgio Wolfgango Wedelio in lucem producta eſt. *Lazarus*

zarus Marquis, reipublicæ Antverpianæ medicus Ordinarius. *Johannes Bodæus a Stapel*, Amſtelodamenſis, Med. D. †. præmature a. 1636, cujus elaborata editio Theophraſti de hiſtoria Plantarum ab ipſius parente *Egberto*, Med. practico Amſtelodamenſi procurata eſt 1644. *Daniel Jongtys*, Dordracenus, Med. D., Roterodami medicus practicus & Scabinus, †. 1654. *Samuel Schönborn*, qui ſcripſit manuale medicinæ Practicæ Galeno-Chemicæ. *Robertus Montanus*, Dixmudius, cujus prodiit Diætema, ſive ſalubris victus ratio novo-antiqua per controverſias digeſta. *Robertus de Farvacques*, ſive *Farvacius*, Inſulanus, in Pharmaceuticis clarus, cujus etiam extat disquiſitio, num Pilulæ dejectoriæ cum cœna recte exhibeantur? An idem, qui §. 461. commemoratus eſt? *Petrus Tulpius*, amicus Joh. Antonidis Vander Linden. *Johannes Bruno*, Kilonienſis, Med. D. & in loco natali practicus circa a. 1637. *David Herrmann. Johannes Sadler.*

§. 780. *Honorius Hering*, Oldenburgo-Friſius, cujus, inter alia, prodiit ſchediasma iatricum ſeu conſilium medicinale extemporaneum, Febrium Erraticarum, per oras hasce (Bremæ) Septentrionales longe lateque diſſeminatarum, & plane domeſticarum, theoriam & therapiam per aphorismos breviter delineatam exhibens. *Cornelius a Someren*, Dordracenſis, qui, præter alia, ſcripſit de Variolis & Morbillis. *Jacobus de Back*, Roterodamus, inprimis ob diſſertationem ſuam de Corde notus. *Jacobus Roſales*, Judæus Luſitanus, Med. D. &

Comes

Comes Palatinus Cæſareus, practicus circa a. 1637. usque ad 1645. Hamburgi, circa 1655. Amſtelodami, tandem Liburni Hetruriæ, †. 1668. natus annos 75. *Benjamin Muſſaphia*, Judæus Hiſpanus, Med. D., circa 1638. practicus Hamburgi, deinde Gluckſtadii, denique Amſtelodami, †. 1674. natus annos 69. *Caſpar Danckwerth*, Oldenswortha-Eideroſtadius, Med. D., Huſumi practicus, & ab a. 1641. Conſul, †. 1672. 25. Januar. celebris ob contextam deſcriptionem geographicam politicamque ducatuum Schlesvici & Holſatiæ. *Paulus Moht*, Flensburgenſis, Med. D., in oppido natali artem exercens 1640, Lubecæ 1644, Ottoniæ in Fyonia 1646, denique 1651. Hafniæ Regis Danorum Friderici III. Archiater, †. 1670. 6. Maji, natus annos 70; cujus extat caſus Chirurgicus perforati Thoracis.

§. 781. *Chriſtophorus a Bühren*, Luneburgenſis, Med. D., Rendsburgi practicus, †. a. 1645. *Guilielmus Vanden Boſſche*, Leodius, urbis Teneramundæ medicus. *Jacobus Janus*, Lubenâ-Luſatus, Med. D., Archiater circa a. 1639. Hedwigis viduæ Chriſtiani II. Electoris Saxoniæ, Lichtenbergæ, deinde ab a. 1642. Regum Daniæ Gluckſtadii, & poſtea Hafniæ, adhuc 1658. ſuperſtes. *Nicolaus Alardus*, Wilſtriâ-Holſatus, Med. D., in loco natali circa a. 1640. practicus. *Petrus Sparckius*, Wilſtriâ-Holſatus, Med. D. a. 1637. creatus. *Henricus Julius Bokelius*, Hamburgenſis, Med. D., rei Tormentariæ in exercitu Suecico præfectus. *Johannes Tilemann*, cujus ſunt, ſy-

nopſis Aphoriſmorum Hippocratis facili methodo digeſtorum, cum ipſo textu, aliisque inſuper Therapeuticis; & appendix de Materia medica ad aphoriſmos therapeuticos: harmonia phyſico-medica de numero Elementorum: experimenta circa veras & irreducibiles Auri ſolutiones: Tilemannus Cous, h. e. Hippocratica praxis in cognitione affectuum tam naturalium, quam præternaturalium, annorum climactericorum, dierum criticorum, & aliarum mutationum, e tenebris eruta. *Hippolytus Guarinonius*, Tridentinus, cujus eſt Hydrœnogamia triumphans, ſeu aquæ vinique connubium vetuſtum, ſanctum, ſalutare, neceſſarium pro Hieron. Drexelio: Chyloſophiæ academicæ tomi primi pars prima, Oeniponti 1648.

§. 782. Poſt a. 1640: *Nicolaus Tulpius*, Amſtelodamus, natus 1593, Med. D. Leidæ creatus, hinc practicus in urbe natali, Scabinus, Conſul, & Univerſitatis Leidenſis Curator, †. 1674, editis eximiis Obſervationum medicarum libris quatuor, ob ſtili quoque elegantiam commendabilibus. *Johannes Georgius Wirſungus*, Bavarus, ſed Patavii medicus Practicus, qui ductum Pancreaticum, a Maurit. Hofmanno in gallo Indico inventum, primus ibidem in homine publice demonſtravit, propterea ab æmulo gloriæ Italo peremtus a. 1643. *Johannes Walæus*, Middelburgo-Zeelandus, natus 1604. 27. Decemb. Matheſi, literis Humanioribus, præcipueque medicina excultus, quam etiam ab a. 1632. Leidæ docuit, primusque Medendi methodum ad Circulationem ſanguinis adornatam com-

compoſuit: ejusdem quoque Epiſtolæ binæ de motu Chyli & Sanguinis frequenter excuſæ ſunt. *Jacobus Bontius*, Roterodamus, cujus præclari extant libri de medicina Indorum (Orientalium:) item opuſcula varia ad hygienem & therapeuticen, nec non res Naturales ejusdem Indiæ pertinentia. *Gregorius Hilling*, (ſupra inter Norimbergenſes omiſſus,) Elnbogâ-Bohemus, natus 1619. 10. Octob. Philoſ. Magiſter, deinde Patavii Med. D., Medicorum Norimbergenſium Collegio aggregatus 1641. idem Academiæ Naturæ Curioſorum Collega. †. 1680. 11. Octob. *Marcus Gisbertus Voëtius*, Batavus. *Michael Raphael Schmutzius.*

§. 783. *Matthias Clauſſen*, Kilonienſis, Med. D., in patria practicus ab a. 1640, ſimul ab a. 1661. Archiater Chriſtiani Alberti Ducis Holſato-Gottorpienſis, †. 1675. 5. Novemb. *Albertus Otto Faber*, Med. D., circa a. 1641. practicus Lubecenſis, deinde Hamburgenſis, poſtea Principis Sulzbaco-Palatini medicus Aulicus & Caſtrenſis, denique Regis Angliæ Caroli II. Archiater, †. 1686; cujus prodiit expoſitio practica de Auro Potabili medicinali, ejusque virtute ad Carolum M. Britanniæ Regem, Anglice & Latine. *Chriſtianus Fabricius*, Broackerâ-Cimber, Juris Utriusque & Med. D., Hafniæ medicinam faciens circa a. 1641, †. 1666. 20. Novemb. natus annos 65. *Joel Langelottus*, Ohrdruffio-Thuringus, Med. D., a. 1642. ad Chemicos labores conductus a Friderico Duce Holſato-Gottorpienſi, a. 1647. ejus medicus Aulicus, 1648. ejusdem & Chriſtiani Al-

berti

berti Ducis filii Archiater, †. 1680. 8. Decemb. natus annos 64; ſcriptâ Epiſtolâ ad Naturæ Curioſos, (quorum Collega fuit,) de quibusdam in Chemia prætermiſſis: pluribusque Obſervationibus ad Ephemerides ejus Academiæ collatis. *Jacobus Tacquet*, circa a. 1641. Pharmacopola Hamburgi.

§. 784. *Woldechus Welandus*, Werda-Weſtphalus, Medicinæ Candidatus, Mathematicus Hamburgenſis, †. 1641. 6. Maji, natus annos 28. *Petrus Bulichius*, Soltquellâ-Marchicus, Med. D., Poliater Flensburgi 1643, deinde 1648. Archiater Friderici III. Regis Daniæ, unaque a. 1660. Cameræ Conſiliarius & Collegii Status Aſſeſſor, ſimul a. 1667. Præſes urbis Hafnienſis, idem Canonicus Lubecenſis, †. 1671. *Albertus Kirchhof*, Osnabrugenſis, Med. D. & practicus Hamburgenſis, †. 1651. 20. Jul. *Joachimus Timmermann*, Rendesburgenſis, Regiomonte 1641. 14. Mart. Med. D., ibidem poſtea adhuc binis habitis disputationibus, Ripas digreſſus ad praxin exercendam, deinde factus Poliater Ottonienſis, †. 1648. 22. Januar. Magiſter *Balthaſar Zimmermann*, Rendesburgenſis, Medicinæ Candidatus, †. 1646. 1. Maji, ætatis anno 29. *Chriſtophorus Kern*, medicus Gothanus, Caſp. Hofmanni, Profeſſoris Altorfini, gener. *Johannes Roſa*, Ambergenſis, natus 1579. 12. Januar., Med. D Baſileæ 1603, hinc in patria practicus, ſed 1627. Religione Proteſtantium ibi interdictâ, inde Ratisbonam digreſſus, †. 1643. 12 Januar. Ejus pater *Andreas* fuit pariter Med. D., Ma-

Mathematicus, & Archiater Comitum Palatinorum fratrum Ottonis Henrici & Johannis Friderici.

§. 785. *Martinus Gebler*, Saxo-Ducalis medicus Aulicus & Archiater. *Daniel Vermoſtius*, Arſchotanus, qui ſcripſit Apologema pro Vop. Fort. Plempio. *Anchiſes ab Andla*, qui ſcripſit de natura & viribus Menthæ. *Johannes Weſterburgius*, cujus extat epiſtola de Priſci ævi diuturna Vita. *Ludovicus Naſſavius*, qui deſcripſit modum curandi Vulnera per Sympathiam. *Chriſtophorus Fingerlin*, Phyſicus Ulmenſis. *Franciſcus Beſenius*, Aulæ Friſiæ Orientalis Archiater. *Henricus Levinus Fiſcherus*, Med. Candidatus & Practicus Hamburgenſis, circa a. 1644. *Gilianus Gartzius*, Hamburgenſis, Med. D. & practicus in urbe natali & Güſtrovii.

§. 786. *Ahasverus Payngh*, Huſumo-Cimber, Med. D. & practicus in oppido natali, deinde Hafniæ, ibidem quoque Regis Friderici III. medicus Aulicus, †. 1667. 13. Maji, natus annos 59. *Heino Rigius*, Hamburgenſis, Med. D. & practicus Meldorfienſis, Roſtochienſis, denique 1657. Sternbergenſis in Ducatu Megapolenſi, †. 1659. 25. Mart. natus annos 43. *Nicolaus Oelhafen*, qui dedit elenchum Plantarum circa Dantiſcum naſcentium. *Martinus Schoockius*, Ultrajectinus, natus 1614. 1. April. non medicus, ſed polyhiſtor, diverſis in locis Profeſſor Eloquentiæ, Hiſtoriarum, Græcæ linguæ, Phyſicæ, Logicæ, Philoſophiæ practicæ, nominatim Ultrajecti, Daventriæ, Gro-

ningæ,

ningæ, denique Francofurti ad Viadrum, hic quoque Electoralis Brandenburgicus Hiſtoriographus & Conſiliarius, †. 1665; ex cujus ſcriptis medicam diſciplinam tangunt, de Ovo & Pullo, de Signaturis Fœtus, de Ciconiis, de Harengis ſive halecibus, de Sternutatione, de Turfis ſeu Ceſpitibus bituminoſis, de Fermento & fermentatione liber, complectens multa ſingularia, ſpeciatim rationem Coctionis cibi in ventriculo: de Butyro: de averſatione Caſei.

§. 787. *Andreas Cnœſſel*, Budiſſinâ-Luſatus, Med. D., Regis Poloniæ Conſiliarius & Archiater, Conſul Marienburgenſis, †. in caſtris ante Thorunium a. 1658. 24. Decemb. cujus prodierunt, epiſtola de curata Podagra: methodus medendi Febribus Epidemicis & Peſtilentialibus: reſponſum ad poſitiones de Spiritu Mundi, quod in ſe continet reſerationem Tumbæ Semiramidis: Arcana & experimenta Specifica, permultæque Obſervationes ſingulares, Ephemeridibus Academiæ Naturæ Curioſorum inſertæ. *Johannes Daniel Seiler. Joſephus Schmidt. Georgius Marcgravius de Liebſtadt*, Misnicus, Medicus pariter ac Principis Johannis Mauritii, Gubernatoris Braſiliæ, Geographus & Militaris Architectus, Societatisque Mercatorum Braſilienſis Aſtronomus, †. 1644. natus annos 34; clarus ob conſcriptam rerum Naturalium Braſiliæ hiſtoriam. *Petrus Picardus*, Inſulis-Belga. *Bartholomæus Moſerus*, cujus extat Quadriga medicinæ triumphantis, quatuor tractatibus conſtans, ſcilicet, de Origine & progreſſu medicinæ, de Ho-

Honoribus & Divitiis medicinæ, de Viris illuſtribus medicinæ, de medicis Sanctis eorumque vitis. *Johannes Francke*, qui ſcripſit de Signaturis Plantarum. *Petrus Sartorius*. *Johannes Snippendalius*, qui catalogum Horti Amſtelodamenſis vulgavit.

§. 788. *Cornelius ab Hoghelande*, cujus extant Cogitationes quibus Dei exiſtentia, item Animæ ſpiritalitas & poſſibilis cum corpore unio demonſtrantur, nec non brevis hiſtoria Oeconomiæ corporis Animalis proponitur ac mechanice explicatur. *Johannes Follinus*, Silvæducenſis, filius Hermanni, cujus eſt ſynopſis tuendæ & Conſervandæ bonæ Valetudinis, & alia. *Johannes Schmidt*. *Johannes Broſterhuſius*, qui catalogum Horti Bredani publicavit. *Georgius Kirſtenius*, Stettinenſis, natus 1613. 20. Januar., Med. D. Leidæ creatus, deinde ſucceſſor *Belovii*, Med. D. & Profeſſoris in academia Dorpatenſi deſtinatus, ſed factus in Gymnaſio Stettinenſi Profeſſor Med. †. 1660. 11. Mart. cujus prodiit oratio de medicinæ Dignitate & Præſtantia contra Platonem & Plinium: adverſaria & animadverſiones in Joh. Agricolæ commentaria in Poppium, & Chirurgiam parvam: disquiſitiones Philologicæ; &c. *Henricus Julius*, cujus prodiit Hamburgi a. 1648. Ariſtarchus ſive cenſura in novitium quendam Hippocratis exagitatorem, (credo Georg. Frid. Laurentium.)

§. 789. *Philippus Jacobus Sachs*, a Lewenheim, Vratislavienſis, natus 1627. 26. Aug. Nobili genere, matre filia *Danielis Rindfleiſch*, ſive *Bucretii*,

tii, Caroli Archiducis Auſtriæ, Epiſcopi Vratiſlavienſis Archiatri, reipublicæ Vratislavienſis Phyſici: 1647. Lipſiæ Baccalaureus, 1648. Magiſter, mox Collegii Majoris Principum Collegiatus, hinc in itineribus in notitiam adductus Dresdæ Archiatrorum Electoralium, *Caſpari Suevi*, *Laurentii Bapſt*, *Abrahami Birnbaum*; Enchuſæ *Bernhardi Paludani*, Medici celeberrimi, præſertim ob congeſtum exquiſitum uberrimumque rerum Naturalium exoticarum theſaurum, deinde a. 1651. a Friderico Duce Holſato-Gottorpienſi, miſſo Adamo Oleario, coemtum: porro profectus per reliquum Belgium in Galliam, & comitibus *Johanne Udalrico Widholz*, Med. D., *Danielis Widholz*, Phyſici quondam Auguſtani filio, poſtea Phyſico Kaufbeyrenſi, & *Martino Chriſtophoro Metzgero*, Med. D., poſtea practico Poſonienſi in Hungaria, in Italiam, Patavii 1651. 27. Mart. Doctor creatus, in reditu Oeniponti notitiam conſecutus *Oſwaldi*, Ferdinandi Caroli, Archiducis Auſtriæ, Archiatri: Vratislaviæ deinde conſtitutus Phyſicus Ordinarius, in ordine decimusoctavus: a. 1658. Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, dictus *Phoſphorus*, 1666. Adjunctus; †. 1671. 7. Januar. cujus editi libri ſunt, Ampelographia, ſive vitis viniferæ ejusque partium conſideratio phyſico-philologico-hiſtorico-medico-chemica: reſponſoria diſſertatio hiſtorico-medica de miranda Lapidum natura: Oceanus Macro-Microcosmicus, ſeu diſſertatio epiſtolica de analogo motu aquarum ex & ad oceanum, ſanguinis ex & ad cor: Gammarologia, ſive gammarorum, vulgo cancrorum, conſideratio phyſico-philolo-

lologico-hiſtorico-medico-chemica: adhæc plurimæ Obſervationes ſingulares in Miſcellaneis Naturæ Curioſorum editæ.

§. 790. *Ludovicus Keplerus*, Johannis celeberrimi mathematici & aſtronomi filius, natus Pragæ 1607. die S. Thomæ, 1627. Tubingæ Magiſter Philoſophiæ, tum medicinæ ſtudiis ibidem & Baſileæ, Argentorati, ac Genevæ deditus, 1635. Regiomonti licentiam praxis exercendæ a Facultate Medica conſecutus, hinc Patavium profectus ad obtinendam in medicina lauream, qua accepta per tres annos in Hungaria praxin ſecutus, deinde vero Regiomontum reverſus, factusque Regius Polonicus & Electoralis Brandenburgicus medicus Aulicus, itemque Poliater urbis Veteris, †. 1663. 9. Septemb. a quo in lucem data, methodi Conciliandarum Sectarum in medicina diſcrepantium ſectio prima, in qua introducitur homo, in conſtitutione ſana repræſentans ſimulachrum in mente conſtitutum; Aſtralium proprietatum analogiam & concordiam, inferiorum ſeu Elementalium qualitatum ideam; medicinæ convenientiam cum Theologia, Cabala, Magia naturali; vera demonſtrans fundamenta realia Phyſico Chemica, Mathematica, Metaphyſica: liber de Febri Epidemia Regiomontana anni 1649: disputatio de Incubo; &c. *Guilielmus Piſo*, Leidenſis, illuſtris ob libros de medicina Braſilienſi, in qua regione fuit medicus Gubernatoris Mauritii Naſſavii Societatisque Batavorum Indicæ Occidentalis. *Johannes Schrœder*, Salzuffelâ-Weſtphalus, natus 1600, Med. D., in Germania

mania, Dania, Gallia, Italia ſtudia proſecutus, aliquamdiu Hornii Archiſtrategi Suecici medicus Caſtrenſis, deinde Francofurti ad Mœnum ſede conſtituta, ibi factus Phyſicus Ordinarius, †. 1664. 30. Januar. celebris inprimis ob ſuam Pharmacopœiam medico-chemicam ſive Theſaurum Pharmacologicum, ſæpiſſime editum, in aliarum quoque gentium linguas converſum, & diverſorum commentariis illuſtratum: præterea dedit Quercetanum redivivum, hoc eſt, artem medicam dogmatico-hermeticam ex ſcriptis Joſephi Quercetani tribus tomis digeſtam: librum de Febribus Epidemiis; aliaque.

§. 791. *Andreas Caſſius I*, Schlesvicenſis, Med. D., practicus Hamburgenſis, unaque Johannis Epiſcopi Lubecenſis Archiater. *Henricus Schævius*, Kilonienſis, Philoſ. & Med. D., & Poeta Laureatus, jam a. 1645. Regiomonti Carmine heroico in pacem Sueco-Danicam inclareſcens, a. circiter 1650. Prorector Gymnaſii Stettinenſis, 1660. Rector Gymnaſii Thorunienſis, †. 1661. 7. Novemb. ætatis a. 38. *Michael Titius*, natus prope Brandenburgum in Pruſſia 1614. 28. Septemb. cum Theologia ſimul Botanices ſtudioſus, qui mandato Electorali Herbas Pruſſiæ indigenas collegit, & Regiomonti conſentiente Univerſitate Botanicam publice docuit, ſimul Depoſitor academicus, †. 1658. 17. Febr.; autor ſine dubio Catalogi Plantarum Horti Electoralis Regiomontani, 1654. *Georgius Reichius*, Lubecenſis, Med. D., practicus 1648. in urbe natali, ſimul a. 1655. Johannis Epiſcopi

Epiſcopi Lubecenſis Archiater, †. 1657. 23. Januar. natus annos 59. *Chriſtianus Otfarus*, Terbizio-Misnicus, ex Gymnaſii Bordisholmenſis in Holſatia Præceptore Med. D., ab a. 1653. Roſtochii, Wismariæ, iterumque Roſtochii medicinam faciens, †. 1660. 22. Decemb. natus annos 51.

§. 792. *Godofredus Acidalius*, Wittſtockio-Marchicus, Med. D. Wittebergæ 1640. 1. Decemb. deinde practicus Lubecenſis, ſimulque Archiater Electoralis Brandenburgicus & Holſato-Plœnenſis, adhuc a. 1665. ſuperſtes. *Arnoldus Bootius*, cujus Obſervationes medicæ de affectibus Omiſſis laudem promeruere. *Johannes Coſterus* de Roſenberg, Lubecenſis, Regiomonti 1640 & 1641. in Schola templi Cathedralis Collega quartus, 1645. Leidæ Med. D. 1646. Regiomonti in Facultatem Medicam receptus, 1649. Poliater Wismarienſis, deinde Revaliæ Ordinis Equeſtris Eſthonicæ Phyſicus per quinquennium, poſtea Archiater Caroli Guſtavi Regis Sueciæ, & Czari Ruſſiæ, (a quo ædis ſacræ pro Evangelicis Moſcuæ condendæ gratiam obtinuit,) deñique Revaliam reverſus, †. ibidem 1685. 22. Febr. natus annos 71; cujus extat Affectuum totius corporis humani præcipuorum theoria & praxis, Tabulis exhibita; acceſſit Caroli Guſtavi Regis morbi & obitus relatio medica, (a quo nobilitatus erat.) *Joachimus Læger*, cujus prodiit rari, admirandi, & plus quam ferini, Veneficio illati affectus hiſtoria, Brunſvigæ 1649. *Johannes Jacobus Scharandæus*, Solodoro-Helvetius, cu-

jus extat de ratione Conſervandæ Sanitatis liber; item, modus & ratio Viſendi ægros. *Henricus Nicolai*, Dantiſcanus, non quidem medicus, ſed Profeſſor Logicæ Metaphyſicæque, deinde Theologiæ Dantiſci & Elbingæ, qui tamen propter tractatum de Magicis actionibus, & alterum de Panis natura, uſu, affectionibus, operationibus, diviſionibus, & varietatibus, inter ſcriptores medicos recenſetur. *Petrus von der Stille*, Chirurgus. *Nicolaus Haſſius*, Leidenſis.

§. 793. *Zacharias Sylvius*, Roterodamus, qui Scholam Salernitanam bene edidit, ſimiliterque aliorum opera. *Chriſtianus Buncken*, Hamburgenſis, Med. D., in thermis Embſenſibus practicus circa a. 1650, 1651. Gieſſæ Profeſſor Med. & Archiater Haſſo-Darmſtadinus, 1652. Hamburgenſis Poliater, †. 1659; cujus extat ſpeculum optimi & perfecti Medici, inaugurali oratione in alma Gieſſena exhibitum. *Hermannus Vander Heiden*, qui diſcurſus de Paradoxis aliquorum remediorum Effectibus ſcripſit. *Caſpar March*, ſenior, Stettino-aut Pencumio-Pomeranus, natus 1629. Med. D., Profeſſor 1649. Gryphiswaldiæ Matheſeos, deinde etiam Chemiæ, 1657. Roſtochii Medicinæ & Matheſeos, 1665. Kilonii Medicinæ primus primariusque, ſimul Archiater Holſato-Gottorpienſis, 1673. Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgenſis Conſiliarius & Archiater, †. 1677. 26. Octob. cujus ſunt variæ Diſputationes & Ephemeridibus Academiæ Naturæ Curioſorum inſertæ Obſer-

ſervationes. *Petrus Dehns*, Lubecenſis, Med. D. & in patria republica practicus, †. 1675. 25. Jun. natus annos 55.

§. 794. *Michael Kirſtenius*, Beronâ-Moravus, Med. D. practicus Hamburgi, ſimul ibidem Profeſſor Mathematum, poſtea Phyſices & Poetices, †. 1678. 2. Mart. natus annos 59. *Ulricus Pfeffer*, Itzehoâ-Holſatus, Chemiater & Chirurgus, in religione Separatiſta, a. 1660. adhuc vivens. *Johannes Scheele*, civis, & Chirurgus Hamburgenſis hoc ſæculo, qui tamen quo præciſe tempore vixerit, non habetur certior notitia. *Michael Rurock*, Dantiſcanus, natus 1625. die feſto S. Michaelis, 1649. 8. Decemb. Baſileæ Med. D., 1651. Archiater Principis Radzivilis, 1652. Dantiſci ſedem conſtituens, 1654. Phyſicus Cauenſis, 1655. Regiomontum digreſſus, ubi etiam publice de Tremore diſputavit, 1656. Phyſicus ibidem Kniphofenſis, ſed eodem anno †. 6. Decemb. *Stephanus Ram*, Marnâ-Dithmarſus, Med. D., Phyſicus Provincialis Fyoniæ, †. 1658. natus annos 33. *Chriſtianus Risler*, Buxtehudenſis, Med. D. Rendesburgenſis practicus circa a. 1652. *Jacobus Thomæus*, Tonningenſis, Med. D., circa a. 1651. Phyſicus Eideroſtadienſis. *Philippus Valentinus Wacker*, Francus, Med. D., Hamburgenſis practicus circa a. 1652.

§. 795. *Auguſtus Hauptmann*, Dresdenſis, notus ob hypotheſin de Vermibus omnium morbo-

rum cauſis, ad quam pertinet ipſius epiſtola præliminaris tractatui de Viva Mortis imagine, mox edendo, (quod tamen non factum memini,) ſacrata, 1650. *Ortolphus Maroldus*, medicus Schmalcaldenſis, cujus Practica poſthuma prodiit 1650. *Johannes Chriſtophorus Geilfuß*, cujus extant Inſtitutiones medicæ, hiſtoriis, obſervationibus rarioribus, ſecretisque multis auctæ. *Johannes Georgius Reinhard. Chriſtianus Menzelius*, natus Fürſtenwaldæ in Marchia Brandenburgenſi Media 1622. 15. Jun. Francofurti ad Viadrum, Regiomonti, Varſaviæ, Dantiſci, in Batavia, Italia, Inſulis Maris Mediterranei ſtudia culturamque perſecutus, 1654. Patavii Med. D. creatus, 1658. Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgici medicus Caſtrenſis & Itinerum comes, mox Conſiliarius & Archiater, 1688. veniam aula excedendi conſecutus, idem Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, in lingua & hiſtoria Sinica verſatiſſimus omnium ſui temporis, †. 1701. 17. Januar. cujus prodiere Catalogus Plantarum circa Gedanum ſponte naſcentium: Lapis Bononienſis in obſcuro lucens, collatus cum phosphoro hermetico *Chriſtiani Adolphi Balduini*: Pinax ſive Index nominum Plantarum univerſalis, diverſis terrarum gentiumque linguis ad unum redactus; cui acceſſit Pugillus Plantarum rariorum, cum figuris æneis & deſcriptionibus: plures Obſervationes in Miſcellaneis Academiæ Naturæ Curioſorum. *Henricus Martinius*, Dantiſcanus, medicus Ducis Bregenſis in Sileſia, †. 1675. 10. Febr. cujus extat anatomia U-

rinæ

rinæ Galeno-Spagyrica, acceſſit ejusdem Ars pronunciandi ex urinis, tam rationalis quam mechanica; &c.

§. 796. *Johannes Scultetus*, ſive *Schultes*, Ulmanus, natus 1595. 12. Octob. anno ætatis 26. Patavii Doctor Philoſophiæ, Medicinæ, & Chirurgiæ creatus, 1625. 23. Mart. in Collegium medicum patriæ receptus, factus gener *Joſephi Reguli Villingeri*, pharmacopœi Ulmenſis, †. Stutgardiæ 1645. 1. Decemb. celebris ob poſthumum Armamentarium Chirurgicum, Germanice quoque, Gallice, Belgice ſæpius editum; cui adjecta eſt ipſius Obſervationum medico-chirurgicarum centuria. *Johannes Chemnitius*, Brunſvici natus a. 1610, filius Pauli, nepos Martini theologi: ſtudiis Lipſiæ, Jenæ, Patavii, ubi Doctor creatus, Oxoniæ cultis, practicus in urbe natali, †. 1651. 30. Januar. relicto Indice Plantarum circa Brunſvigam trium fere milliarium circuitu naſcentium, cum appendice Iconum. *Chriſtianus Weber*. *Iſrael Hiebner*, Schneebergenſis, medicus & Aſtrologus Erfurti, qui vulgavit Germanice tractatum Aſtrologicum de prædictione omnium ac ſingulorum Eventuum in annum 1649. & 1650: item, eadem linguâ Myſterium Sigillorum, Herbarum, & Lapidum, ſive methodum perfecte Curandi ſanandique omnes morbos & vitia, affectiones animi pariter ac corporis, ope diverſorum remediorum, in quorum uſu non opus eſt medicamenta intro aſſumere.

§. 797. Britanni: *Thomas Newton*, inſignis ille Poeta Latinus, & Magiſter Scholæ, ſimul & medicam praxin exercuit, & diverſos libros medicinales Anglice partim ipſe compoſuit, partim ex aliis convertit, ut ex Gratarolo, jam 1574, & ex Læv. Lemnio: ipſe conſcripſit Medicamenta probata & præcepta cardiaca cum natura & ſymptomatibus morborum, cæt. †. 1607. menſe Majo. *Johannes David Rheſe*, aut *Johannes David* vel *Davis*, ex Lanvaethley, loco inſulæ Anglesey, poſt ſtudia Oxoniæ per tres pluresve annos agitata, peregre profectus a. 1555. natus annos 21, deinde Med. D. Senis creatus, & Moderator Scholæ Piſtorienſis in Hetruria factus, poſthæc in patriam reverſus, ubi medicinam feliciſſime exercuit, ſimul præclarus Philologus & Poeta, †. circiter a. 1609; editis, libro de Italicæ linguæ pronuntiatione, & Cambro-Britannicæ Cymeræcæve linguæ inſtitutionibus, item Italico idiomate Regulis addiſcendi linguam latinam. *Nicolaus Hill*, Londinenſis, in Lulliana doctrina valde verſatus, dicitur, quum in conſpirationem quandam implicitus eſſet, pulſus Roterodamum fugiſſe, ibique etiam praxin medicam agitaſſe, mortuusque veneno ob inſperatum filii obitum ſumto circa a. 1610.

§. 798. *Simon Forman*, ex Quidhampton prope Wiltoniam, natus 1552. 30. Decemb. variis vitæ & ſtudiorum viciſſitudinibus circumactus, poſt annum ætatis 20. ad Aſtronomiam, Medicinam, Magicam artem, Philoſophiam, Chirurgiam, & res connexas animum multo cum ſucceſſu applicuit,

cuit, ſed, dum medicam praxin exercebat, a legitimis medicis multum moleſtiarum ac detrimentorum paſſus, donec a. 1603. 27. Jun. Med. & Aſtronomiæ Doctor fieret, †. 1611. ſepultus 12. Septemb. cujus ſcripta ſuperſunt manu exarata in omni genere diſciplinarum, ut de Splene, de Materie medica, de Alchemia & Lapide Philoſophico, de Peſte & ejus ſymptomatibus, de Geomantia, de Aſtrologicis in Medicina judiciis, cæt. adeoque de rebus Theologicis Juridicisque. Ejus diſcipulus, magiſtrum adeo ſuperans in arte Medica & ſanctitate vitæ, *Richardus Napier*, filius Roberti, Baroneti, Magiſter Artium Cantabrigienſis, Rector Lindfordi Majoris in Comitatu Buckinghamenſi, Doctor quoque vulgo nuncupatus, etſi non conſtat hunc gradum ei reapſe collatum eſſe; cæterum curationes mirificas annulis talismanicis & amuletis perpetraſſe fertur, †. 1634. 1. April. natus annos 75. vel ultra. *Johannes* item *Bond*, celebris ille Philologus, Scholæque Magiſter, tandem medicinam quoque exercuit, idque cum magna fama, nullo tamen autoramento publico, †. a. 1612. 3. Aug. natus annos circiter 62.

§. 799. *Thomas Chaloner*, Nobilis & Eques, hic commemorandus ob librum Anglicum de virtute Nitri, in quo variæ curationes eo peractæ exponuntur, 1584. †. circa 17. Novemb. 1615. *Oliver Hackluyt*, frater Richardi Itinerariorum ſcriptoris, fuit Med. D. & felix practicus. *Henricus Savile*, olim *Shawhill*, vulgo dictus *Long Harry Savile*, vir plurimis artibus ac ſcientiis præclare

excultus, facultatem exercendi medicinam impetravit Oxoniæ 1601. 28. Novemb., antea Magiſter Artium, †. 1617. 29. April. natus annos 49. Cum eo eandem licentiam conſecutus *Edmundus Deane*, ex Eboracenſi Ducatu, natus circa a. 1572. Baccalaureus Med. 1602. 28. Jun. poſthac etiam Med. D., & Eboracenſis practicus eximius; cujus prodierunt, Spadacrene Anglica, ſive de acidulo fonte ſoterio apud Knaresborough in Eboracenſi ducatu, item de aliis ibidem aquis medicatis, Anglice, 1626. & Admiranda Chemica, quibus adjecti tractatus *Samuelis Nortoni*, Briſtolienſis, (qui etiam Admiranda iſta ex parte feciſſe perhibetur,) ſcilicet Catholicon Phyſicorum, ſeu modus conficiendi Tincturam Phyſicam, Mercurius redivivus, cæt. 1630.

§. 800. *Radulphus*, Ralph, *Hulton*, Med. D. Cantabrigiæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1602. 3. Jul. *Thomas Lodge*, ex Lincolnienſi comitatu oriundus, in Univerſitatem Oxonienſem venit circa a. 1573, primo inter Poetas vernaculos Satyricos magnum nomen adeptus, deinde medicinæ addictus, & ejus facultatis Doctor Avenione creatus, incorporatus Oxoniæ 1602. 25. Octob. tum Londini inſignis practicus, †. 1625. menſe Septembri; edito a. 1603. libro de Peſte, ſermone Anglicano. *Wilhelmus Tooker*, Theologiæ D., Canonicus, & Decanus, memorandus ob librum, inſcriptum Charisma ſive donum ſanationis, ſeu explicatio totius quæſtionis de mirabilium ſanitatum gratia, cæt. quo Regibus Angliæ donum ſanandi

nandi ſtrumas, per contactum, a Deo conceſſum contendit, 1597. †. 1621. 19. Mart. Oxoniæ etiam aliquamdiu ſtudiorum cauſa verſatus eſt *Johannes Combachius*, Wetteris-Haſſus, deinde Marpurgi Profeſſor Philoſophiæ; cujus, præter alia Philoſophica & Theologica, extant quoque de Philtris tractatus, utrum animi hominis his commoveantur necne: liber de Homine, cui addita disquiſitio duplex, de Caſeo, & de Divinationibus & Aſtrologia Judiciaria.

§. 801. *Samuel Turner*, Petri filius, Artium Magiſter Oxoniæ 1604. 22. Octob. conſummatus 1605. 8. Jul., deinde in extera quadam Univerſitate Med. D., tum practicus in patria, poſtea membrum Parlamenti plus ſimplici vice ex parte Shaftsburienſium, cæt. †. 1647. *Petrus Browne*, vel *Brounæus*, ex Bedfordienſi comitatu, natus circa a. 1575, Artium Magiſter, poſtea Med. D. & Londini practicus magnæ exiſtimationis; cujus extat Pſeudomedicorum anatomia, 1624. *Marcus Ridley*, Philoſ. & Med. D. Cantabrigienſis, medicus Mercatorum Anglicanorum in Ruſſia, tum Archiater Czari Ruſſorum, deinde unus octo Electorum aut Principalium Collegii Medicorum Londinenſis; ſcripſit Anglice Animadverſiones in Wilh. Barlowii Magnetical Advertiſement. *Raphael Thorius*, vulgo *Thoris*, origine Gallus, Oxoniæ in medicina multum eruditionis conſecutus, nullo tamen in ea gradu aſſumto, deinde Londini practicus, dictus coryphæus medici gregis, idem quoque eximius Poëta Latinus, †. ante a. 1624; cujus ſunt,

ſunt, Epiſtolæ duæ de Iſaaci Caſauboni morbi mortisque cauſa : Hymnus Tabaci ſive de Pæto libri duo, carmen : Cheimonopægnia, item carmen. *Duncanus Liddelius*, vid. inter Profeſſores Helmſtadienſes.

§. 802. *Eduardus Jorden*, ex High-Halden Cantii, Med. D. Patavii creatus, hinc Londini practicus & Collegio Medicorum aggregatus, deinde Bathoniæ ſede fixa, †. 1632. (1633.) 7. Januar. natus annos 63; laudem eruditi, candidi, honeſti medici promeritus : ſcriptis Anglice diſſertatione de Suffocatione hyſterica, diſſertatione de Balneis Naturalibus & Aquis Mineralibus, cæt. *Edwardus Bolneſt*. *Matthæus Liſter*, Thorntonio-Eboracenſis, Med. D. Baſileenſis Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1605. 15. Maji, poſtea medicus Reginæ Annæ conjugis Jacobi I, tum medicus Ordinarius Regis Caroli I, ab hoc a. 1636. 11. Octob. creatus Eques, deinde Præſes Collegii Medici Londinenſis, †. 1657. natus annos 92. Ejusdem familiæ, *Edwardus Liſter*, Wakefieldâ-Eboracenſis, Med D. & per multos annos Londini practicus, ibidem †. 1620. 27. Mart. hujusque frater *Joſephus Liſter*, Med. D. & practicus Eboraci. Quidam *Craig*, Scotus, Med. D. Baſileenſis, incorporatus Oxoniæ 1605. 30. Aug. fortaſſe unus ex Doctoribus *Craigs*, Archiatris Regis, quorum unus †. 1620. menſe April. Fuit quoque *Johannes Cragg*, Med. D., cujus ſupereſt Capnuraniæ, ſeu Cometarum in æthera ſublimationis refutatio manuſcripta ad Tych. Brahe. Quidam Doctor *Johannes*

hannes Cragg, ſepultus eſt prope Londinum 1653. *Johannes Hammond*, pater Theologi Henrici, Med. D. Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1605. 30. Aug.

§. 803. *Robertus Fludd*, aut *de Fluctibus*, filius Thomæ Equitis, Milgato-Cantius, aut Salopius, Convictor Collegii S. Johannis Oxoniæ 1591, ætatis anno 17, 1595. 3. Febr. Baccalaureus Artium, 1598. 8. Jul. Magiſter Artium, 1605. 16. Maji Med. Baccalaureus & Doctor, ſex annis peregrinatus in Gallia, Hiſpania, Italia, Germania, Chemiæ addictus, & Roſæcrucius profeſſus, circa a. 1605. Londini praxin ſecutus, factus quoque ibi ſocius Collegii Medicorum, †. 1637. 8. Septemb. cujus ſcripta, in rarioribus numeranda, ſunt, Apologia compendiaria Fraternitatem de Roſea Cruce ſuſpicionis & infamiæ maculis aſperſam abluens & abſtergens: tractatus theologico-philoſophicus de Vita, morte, & reſurrectione, ſub nomine *Rudolfi Otreb*: utriusque Coſmi, majoris ſcilicet & minoris, Metaphyſica, Phyſica, & Technica hiſtoria, duobus tomis, in aliquot tractatus & ſectiones diſtributis: Anatomiæ amphitheatrum, (quod eſt Portio tertia Sectionis I. Tractatus II. Tomi II.) Pulſus, ſeu nova & arcana pulſuum hiſtoria, hoc eſt, Portionis tertiæ Pars tertia, de pulſuum ſcientia: Medicina Catholica, ſeu myſterium artis medicandi, Tomus I. Tractatus I. ſive Sanitatis myſterium: Tomi I. Tractatus II. ſive Morborum myſterium, cujus ſectio 2. eſt catholicon medicorum catoptron, i. e. de morborum ſignis: Veritatis Proſcenium, ſeu

ſeu demonſtratio quædam analytica, in qua cuilibet comparationis particulæ, in appendice quadam a Joh. Keplero nuper in fine Harmoniæ ſuæ mundanæ edita, factæ inter harmoniam ſuam mundanam & illam Roberti Fludd reſpondetur: Monochordum mundi ſymphoniacum, ſeu replicatio, in qua Robertus Fludd validioribus Johannis Kepleri objectionibus adverſus ſuam demonſtrationem analyticam, comiter reſpondere aggreditur: Sophiæ cum Moria certamen, in quo lapis Lydius a falſo ſtructore Fratre Marino Merſenno reprobatus, voluminis ſui Babylonici (in Geneſin) figmenta examinat, (quod etiam cum Medicina Catholica, Tomo I. Tractatu I. conjunctum eſſe ſolet:) Summum Bonum, quod eſt Magiæ, Cabalæ, Alchemiæ, Fratrum Roſeæ Crucis, ſubjectum, in inſignis calumniatoris Fr. Marini Merſenni dedecus publicatum per *Joachimum Frizium*: Clavis Philoſophiæ & Alchemiæ Fluddanæ, ſive ad Epiſtolicam Petri Gaſſendi Exercitationem Reſponſum: Reſponſum ad Hoplochrisma-ſpongum Magiſtri Wilh. Foſteri, Presbyteri, ab ipſo ad Unguenti Armarii validitatem delendam ordinatum, hoc eſt, ſpongiæ M. Foſteri expreſſio & eliſio: Philoſophia Sacra & vere Chriſtiana, ſeu Meteorologia Coſmica: Philoſophia Moſaica. *Henricus Ashworth*, Med. D. creatus Oxoniæ 1605. 13. Aug. medicus excellens & eruditus: eodem die Med. D., & ejusdem laudis, *Johannes Cheynell*, a. 1602. 14. Jun. Med. Baccalaureus.

§. 804. *Theodorus Turquettus de Mayerne*, vel *Theodorus de Mayerne*, vel *Mayernius Turquettus*, jam inter Gallos dictus §. 627: addatur, idem incorporatus Med. Doctor Oxoniæ 1606. 8. April., a Rege Jacobo miſſus Legatus in Galliam ineunte a. 1618, ſed, quia turbarum excitandarum ſuſpectus erat, regno excedere juſſus: a. 1624. 14 Jul. creatus Eques. †. ineunte a. 1655. (circa 26. Mart.) ſepultus 30. Mart. *Richardus Andrews*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1607. 1. Jun. deinde a. 1608. 1. Jun. Med. D., antea itineribus apud exteros apprime excultus. *Wilhelmus Barker*, eruditus vir, Med. D. Oxoniæ 1607. 4 Jul. *Wilhelmus Turner*, Londinenſis, Magiſter Artium Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1602, in exteris academiis per aliquot annos Medicinæ ſtudiis addictus, ad praxin admiſſus Oxoniæ 1604. 13. Jul. Med. D. 1608. 1. Jun. deinde Londini Collegio Medicorum aggregatus, factusque ibidem inſignis practicus. *Wilhelmus Eire* ſive *Eierus*, Med. D. Leidenſis Facultatis, incorporatus Oxoniæ 1608. 8. Jul.

§. 805. *Thomas Johnſon*, Med. D. Oxoniæ 1609. 26. Jun. †. 1621. ſepultus 16. Novemb. Oxoniæ. A quo diverſus videtur ille Doctor *Thomas Johnſon*, ſub cujus nomine Practica medicinæ de ægritudinibus Capitis Londini 1602. prodiit. *Hippocrates d'Othon* aut *Othen*, Med. D. Facultatis Montispeſſulanæ, incorporatus Oxoniæ 1609. 12. Jun. †. 1611. 3. Novemb. *Theodorus Goulſon*, *Gulſon*, aut *Goulſton*, ex Comitatu Northampto-

hamptonienſi, Magiſter Artium Oxonienſis, deinde ad Medicinam applicitis ſtudiis, factus a. 1610. 30. April. Med. Baccalaureus & Doctor, 1611. ſocius Collegii Medici Londinenſis, poſtea Cenſor ejusdem Collegii, †. 1632. 4. Maji: in Latinitate & Græcitate, magisque adhuc in Theologia, probe verſatus; cujus in medicina prodiit Verſio, variæ lectiones, & annotationes criticæ in opuscula varia Galeni, Lond. 1640.

§. 806. Poſt a. 1610: *Simon Baskervile*, Baskervyle, Baccalaureus Artium Oxoniæ 1596. 8. Jul. Procurator Univerſitatis 1606. ultimo April., Baccalaureus Med. 1611. 20. Mart., Med. D. eodem anno 20. Jun., idem a. 1605, quum Rex Jacobus academiam Oxonienſem viſeret, electus ad disputandum coram Rege in Philoſophia: deinde a Carolo I. Equeſtri dignitate ornatus: †. 1641. 5. Jul. natus annos 68, multum laudatus ob peritiam in Anatomicis, & felicitatem in praxi. *Robertus Vilvaine*, Exonienſis, Baccalaureus Artium Oxoniæ 1597. 9. Maji, Muſicæ 1599. 11. Jul. Med. Baccalaureus 1611. 20. Mart. Doctor 20. Jun. tum practicus in patria, ibi †. 1662. (1663.) 21. Febr. natus annos 87; editis pluribus ſcriptis Theologicis, Chronologicis, Epigrammatis, cæt. multum laudis, ſicut in arte medendi, conſecutus. *Edwardus Lapworth*, Med. D. Oxoniæ 1611. 20. Jun. deinde 1618. primus Lector Philoſophiæ Naturalis ex fundatione Wilhelmi Sedley, †. Bathoniæ, ubi per æſtatem praxin exercebat, 1636. 23. Maji. *Thomas Clayton*, Med. D. Oxoniæ 1611. 20. Jun. mox ibi-

ibidem Regius Profeſſor Med., & 1624. Profeſſor Anatomiæ, idem poſtremus Principalis Aulæ Broadgate, & primus Magiſter Collegii Pembrokiani 1624. *Thomas Spackman*, Med. D Cantabrigienſis incorporatus Oxoniæ 1611. 5. Jul. qui ſcripſit Anglice de ſymptomatibus, quæ morbum canis Rabioſi ſequi ſolent, deque eorum curatione. *Thomas Bonham*, itidam Med. D. Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1611. 9. Jul. cujus prodiit Anglice Officina Chirurgorum, vel Antidotarium Chirurgicum, in ordinem digeſtum ab ejus quondam miniſtro, *Edwardo Poeton*, Petworthenſi, Medicinæ & Chirurgiæ Licentiato.

§. 807. *Johannes Meredyth*, Med. D., 1622. Subdecanus Chicheſtrienſis, quod beneficium reſignavit 1627. 10. Octob. ad Paſtorale munus Bedhamptonium recedens, ubi mox †., editis nonnullis ſcriptis theologicis Anglicis. *Johannes Goſtlyn* aut *Goslyn*, Norvicenſis, Procurator Univerſitatis Cantabrigienſis, Magiſter vel Cuſtos Collegii Caji, bis Vice - Cancellarius Academicus, Med. D. 1602., & Regius Profeſſor ejusdem Facultatis ibidem, Oxoniæ incorporatus Doctor 1612. 14. Jul. †. 1626. menſe Octobri aut Novembri; qui Collegium Caji magnis auxit beneficiis, & laudem eruditi univerſalis, eloquentis, & medici eximii conſecutus eſt. *Wilhelmus Conway*, Med D. Cadomi creatus, Oxoniae incorporatus 1612. 14. Jul. *Tobias Venner*, Baccalaureus & Doctor Med. Oxoniæ 1613. ultimo Mart. *Chriſtianus Rumphius*, Philoſ. & Med. D., Friderici V. Principis

Electoralis Palatini Archiater, Oxoniæ incorporatus Med. D. 1613. 3. April. eo ſtatu quo fuerat Baſileæ & Heidelbergæ. *Petrus Bowne*, Med. Baccalaureus & D. Oxoniæ 1614. 12. Jul. Eodem anno pro admiſſione ſupplicavit *Richardus Berry*, utrum admiſſus, non certo conſtat; quum tamen mortuus eſſet 1651. menſe Junio, tumulo conditus eſt ut Med. Doctor.

§ 808. *Edmundus Wilſon*, filius Wilhelmi Doctoris Theologiæ, Med. D. Cantabrigienſis, Socius Collegii Medicorum Londinenſis, incorporatus Oxoniæ 1614. 12. Jul. factus Canonicus Windſorienſis 1616. 18. Decemb., ſed quia deinde ſacro Ordine ſe non initiandum curaverat, iterum eo beneficio privatus anno ſequente: cæterum pluribus annis practicus Windſorii, †. Londini 1633. Octobri ineunte; magnâ librorum copiâ Collegio Lincolnienſi Oxoniæ donatâ. *Clemens Weſtcombe*, Med. D. Oxoniæ 1615. 3. Jul. celeberrimus practicus Exonienſis, †. circa a. 1652. *Eleazar Hodſon*, Med. D. Patavinæ Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1615. 2. Januar. deinde excellens practicus Londinenſis, † circa finem anni 1638. *Franciſcus Antonius Olevian*, Germanus ex Palatinatu Rheni, per 10. annos medicinæ ſtudiis addictus Heidelbergæ, Monſpelii, Pariſiis, Oxoniæ, 1616. Oxoniæ Med. Baccalaureus, hinc Licentiatus, & practicus in Blandford Forum, in comitatu Dorſetenſi, †. 1642.

§. 809.

§. 809. *Helkiah Crooke*, medicus Regius. *Henricus Blackwood*, Scotus, Med. D. clarus circa a. 1614. *Johannes Macollo*, Scotus, *Dermutius* vel *Dermitius*, *Meara* vel *de Meara*, Ormondo-Hibernus, Oxoniæ medicinæ ſtudiis deditus, de quo tamen incertum, an gradum ceperit; cæterum excellens practicus in patria, cujus extat de morbis Hereditariis tractatus Spagyrico-dogmaticus: inſuper Carmina Latina varii generis, quibus quoque laudem promeritus eſt. Ralph, ſive *Radulphus Baylie*, Med. D. Oxoniæ creatus 1617. 16. Jul. poſtea celebris practicus Bathoniæ, †. 1645. *Andreas Byrd*, Med. D. Oxoniæ 1618. 25. Jun. tum practicus Readingenſis, †. 1636. *Georgius Raleigh*, ibidem eodem die Med. D. creatus, & Oxoniæ practicus magnæ famæ, †. circa a. 1623. *Patrik Saunders*, Med. D. Franekeræ creatus, Oxoniæ incorporatus 1619. 2. Decemb., tum practicus Londini, †. 1637.

§. 810. *Samuel Smith*, Nobili genere natus, ex comitatu Lincolnienſi, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1620. 17. April. idem Procurator junior Univerſitatis, ſed †. 17. Jun. natus circiter 33. annos; laudem accuratiſſimi disputatoris in academia & profundiſſimi philoſophi conſecutus. *Jacobus Otten* vel *van Otten*, admiſſus Oxoniæ ad exercendam artem medicam anno & die eodem. *Daniel Oxenbridge*, & *Franciſcus Baniſter*, Med. DD. ibidem creati eodem anno 23. Maji; antea Baccalaurei 17. April. *Petrus Chamberlayne*, Med. D Patavinæ facultatis, Oxoniæ incorporatus 1620. 26. Jun. qui

 ſcripſit

ſcripſit Anglice Advocatum Pauperum ſive Samaritanum Angliæ, 1649: vindicias Balneorum Artificialium publicorum; & alia: ex ejus quoque ſchedis confectus eſt liber Anglicus dictus, the accompliſh'd Midwife. *Thomas Chamberlayne*, Med. D. & practicus Londinenſis, †. 1666.

§. 811. *Johannes Bainbridge*, natus Ashbyi de la Zouch in Comitatu Leiceſtrienſi, Med. D. Cantabrigiæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1620. 7. Jul. Profeſſor ſive Lector Aſtronomiæ Savilianus 1619, ſimulque 1635. ſuperior Lector Medicinæ Linacrianus, †. 1643. 3. Novemb. cujus extant plura ſcripta Aſtronomica. *Thomas Grent*, Med. D. Oxoniæ 1620. 18. Maji, deinde celebris ob inſtituta Balnea artificialia, inventaque naturalia. *Alexander Rhead* vel *Read*, *Redius*, Scotus, Med. D. Oxoniæ ad mandatum Regis Jacobi I. 1620. 29. Maji, poſthac Socius Collegii Medicorum Londinenſis, & Frater Societatis Chirurgorum Barbitonſorum, †. a. 1650, poſtquam artem ſuam per 50. annos factitaverat; legatis Collegio Mareſchallio Aberdonenſi 200. libris Sterlingicis, totâque ſuâ Bibliotheca; cujus prodierunt Anglice, deſcriptio Corporis Humani per Figuras artificiales: Lectiones Chirurgicæ de Tumoribus & Ulceribus: tractatus de prima parte Chirurgiæ, ſcilicet Syntheſi: tractatus de Muſculis humani corporis: Anatomia manualis, quæ eadem eſſe creditur cum ejusdem Epitome Anatomiæ *Crookii*: probata Medicamen-

ta

ta & Remedia adverſus morbos humani corporis. *Duncanus Burnettus*, Johannis Freitagii amicus Helmſtadii, factus poſtea Archiater.

§. 812. *Robertus Pinck*, de Winslade in Comitatu Hamptonienſi, Med. Baccalaureus Oxoniæ factus 1612, deinde ad Theologiam transgreſſus, Cuſtos Novi Collegii 1617; poſthac Theol. D., Univerſitatis Vice-Cancellarius 1634. usque ad 1636. †. 1647. 2. Novemb. *Robertus Dudley*, Roberti Comitis Leiceſtrienſis filius, ipſe ab Imperatore Ferdinando II. 1620. 9. Mart. creatus Dux S. R. I. cæt. vir in pluribus artibus ac ſcientiis apprime verſatus, nominatim etiam in Medicis Chemicisque, natus 1574. †. Carbelli in confiniis Florentiæ 1649. menſe Septemb. ſcripſit librum medicinalem Catholicon dictum: fuitque verus inventor Pulveris Purgantis Marci Cornacchini, prout hic ipſe in dedicatione libri ſui de iſto pulvere ad noſtrum Dudleyum ſignificat; qui liber jam a. 1619. Florentiæ prodiiſſe fertur. *Arthur Dee*, natus Mortlaci in provincia Surrey 1579. 14. Jul., poſt actos complures annos in Polonia, Bohemia, &c. cum parente, reverſus in Angliam, miſſusque in Scholam publicam Weſtmonaſterienſem 1592. 3. Maji, deinde dicitur Oxoniæ aliquamdiu literis operam dediſſe, tum ſine collato gradu academico Londinum abiit ibique medicinam facere aggreſſus eſt, ſed a Collegio Medicorum prohibitus, Manceſtriam ſeceſſit, poſtea, quum Magnus Dux Ruſſiæ a Rege Jacobo unum ex ſuis medicis peteret, ab hoc commendatus eſt noſter Deeus, fuitque Czari

Archiater per 14. annos aut ultra: deinde cum ampliſſimis teſtimoniis & Ruſſorum Monarchæ commendationibus reverſus in Angliam, factusque Regis Caroli I. medicus Ordinarius, denique practicus Norvicenſis, †. 1651. menſe Septemb. edito Faſciculo Chemico de abſtruſis Hermeticæ ſcientiæ ingreſſu, progreſſu, &c. ſcripto Moſcuæ 1629, impreſſo Pariſiis 1631, deinde etiam Anglicanam in linguam converſo. Ejus parens, celeberrimus Mathematicus, Aſtrologus, Magicarum artium jactator, in literis tamen Græcis & Latinis probe verſatus, *Johannes Dee*, cum *Eduardo Kelley* artem quoque transmutandi metalla in Polonia & Bohemia agitavit, natus Londini 1527. 13. Jul. †. ut creditur, 1608. Mortlaci; cujus extat Monas Hieroglyphica: propædeumata aphoriſtica de præſtantioribus quibusdam naturæ Virtutibus; &c. Filius a. 1649. Londini ſocietatem ad alchemiam vel chryſopœiam exercendam contraxit cum *Johanne Hunniade* vulgo *Hans Hungar*, qui diu ibi degerat, paulo poſt vero, quum ingraveſcente ætate in Hungariam redire cogitaret, †. Amſtelædami, dum Arthuri noſtri adventum exſpectabat.

§. 813. *Guilielmus Harvey*, Nobili genere natus Folkſtoni in Cantio 1578. 2. April. anno ætatis 14. alumnus Collegii Gonevilio-Caji Cantabrigiæ, a. 19. profectus in Galliam & Italiam, a. 24. Med. & Chirurgiæ D. Patavii, poſt reditum in Angliam primum Cantabrigiæ incorporatus, circa a. 25. Collegio Medicorum Londinenſium aggregatus, a. 37. ibidem Profeſſor Anatomiæ & Chirurgiæ, quo circi-

circiter tempore, id eſt a. 1615, Circulationem ſanguinis detexit: a. ætatis 64. Archiater Ordinarius Regis Caroli I. (ſecundum aliquos etiam antea Regis Jacobi Archiater,) a. eodem, ſive poſt C. N. 1642. 7. Decemb. Oxoniæ incorporatus, 1645. Cuſtos Collegii Mertonenſis, ex voluntate Regis, ſed a. ſequente ab eo munere Londinum diſceſſit: 1654. Præſes Collegii Med. Londinenſis, †. 1657. 30. Jun. anniverſarias in Collegio Med. Londinenſi laudationes promeritus, idque etiam ſcriptis, quæ ſunt, Exercitatio anatomica de Motu Cordis & Sanguinis: Exercitationes duæ anatomicæ de Circulatione ſanguinis ad Joh. Riolanum: Exercitationes de Generatione animalium: Epiſtola ad Joh. Danielem Horſtium de inventis Aſellii & Pecqueti, in qua, quod mireris, contra detectum novum iter chyli antiquam tenuit opinionem chylum per venas meſaraicas ad hepar duci.

§. 814. Poſt annum 1620: *Richardus Baniſter*, Medico-Chirurgus & Ocularius. *Richardus Gardiner*, *Edwardus Dawſon*, *Samuel Bavey*, Germanus, vulgo dictus Doctor Bavey of Bath, quia Bathoniæ frequentiſſimam praxin usque ad obitum exercebat, (conf. §. 816.) admiſſi ab Oxonienſi Facultate ad medicinam agitandam 1621. *Richardus Spicer*, Med. D. Oxoniæ creatus 1622. 27. Maji, poſthac Londini practicus excellens, †. 1640. ineunte. *Thomas Frear* vel *Fryer*, Med. D. Facultatis Patavinæ, Practicus Londinenſis, incorporatus Oxoniæ 1622. 28. Febr. ſed †. poſt duos circiter menſes. *Ludovicus Rouſeus*, Med. D. Leidenſis

denſis Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1625. 12. Jul. *Johannes Speed*, Londinenſis, filius Johannis chronologi, Oxoniæ Magiſter Artium 1620. 3. Maji, ad praxin exercendam admiſſus 1626, Baccalaureus Med. & Doctor 1628. 20. Jun. †. 1640. menſe Maji, ob ingenium, eruditionem, & artis peritiam multum deſideratus. *Thomas Nourſe*, cum Speedo admiſſus ad praxin, 1641. 13. Jul. Med. D., celeberrimus practicus Weſtmonaſterii, †. 1668. 19. Jun. natus annos 69.

§. 815. *Edwardus Alſton*, Med. D. Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1626. 10. Jul. poſtea Eques & Collegii Medici Londinenſis Præſes †. 1669. in hieme *Johannes Burges*, Med. D. & Divini verbi Miniſter in loco Sutton Colfield in Comitatu Warwick, incorporatus Oxoniæ 1627. 10. Jul. †. 1635. 31. Aug. *Johannes Thorie*, *Thorius*, *Thoris*, filius Radulphi ſupra dicti, Baccalaureus Artium Collegii Magdalenæi Oxonienſis, Med. D. Univerſitatis Dublinenſis, incorporatus Oxoniæ 1627. 11. Jul. *Richardus Hawley*, Med. D. Leidenſis Facultatis, incorporatus Oxoniæ eodem anno & die. *Franciſcus Gliſſonius*, Nobili ſtemmate natus, Magiſter Artium Collegii Gonevillio-Caji Cantabrigienſis, incorporatus Oxoniæ 1627. 25. Octob., poſthac Med. D. & Regius Profeſſor Cantabrigiæ, a. 1634. Candidatus Collegii Medici Londinenſis, anno ſequente ejusdem Socius, 1639. Lector Anatomes in eodem, durante rebellione practicus Colceſtriæ, 1655. unus ex Electis ejusdem Collegii, denique ejus Præſes, †. 1677.

1677. menſe Octobri vel Novembri; cujus præclara opera ſunt, tractatus de Rhachitide, Anglice redditus a. 1657. a *Philippo Armin*, & eodem circiter tempore a *Nicolao Culpeper*, qui ſe ipſe vocat Studioſum medicinæ & Aſtrologiæ, idem plurium in utroque genere librorum autor: anatomia Hepatis; tractatus de Ventriculo & Inteſtinis: tractatus de natura ſubſtantiæ Energetica, ſeu de Vita Naturæ; cum adjunctis.

§. 816. *Wilhelmus Taylour*, aut *Taylor*, Med. D. Oxoniæ creatus 1628. 26. Mart. *Johannes Saunders*, Med. D. ibidem anno eodem, 20. Jun. Principalis Aulæ S Mariæ Oxonienſis, 1632. usque ad a. 1644. *Samuel Bave*, aut *Bavo*, vel *Bavey*, (vid. ſuperius §. 814.) filius Franciſci Colonia-Agrippinatis, Med. D. Oxoniæ 1628. 3. Jul. excellens practicus, primum Gloceſtriæ, deinde Bathoniæ, †. 1666. ætatis anno 80. *Philippus Parſons*, Med. D. Patavinus, incorporatus Oxoniæ 1628. 20. Jun. deinde 1633 usque ad 1653. (quo †. videtur,) Principalis Collegii Hartenſis. *Edmundus Randolphe*, etiam Med. D. Patavinus, Oxoniæ incorporatus 1628. 10. Jul. *Mauritius Williams*, (Wilhelmi,) Med. D. Patavinus, incorporatus Oxoniæ 1628. 27. Octob. Socius Collegii Orieli Oxonienſis ab a. 1620, hoc autem relicto Londinum 1631. digreſſus, ibique factus Socius Collegii Medicorum, Eques, & excellens practicus, †. 1658. ineunte. *Jacobus Primeroſe*, filius Gilberti, Scoti, theologi, natus in oppido Guiennæ Gallicæ S. Jean d'Angely, Magiſter Artium

Burdigalæ creatus, Monſpelii a. 1617. Med. D., incorporatus Oxoniæ 1628. (1629.) menſe Martio, Hullæ in ducatu Eboracenſi practicus magnæ exiſtimationis, etiam ob libros editos, quales ſunt, præter ea quæ contra Circulationem ſanguinis ſcripſit, Academia Monſpelienſis deſcripta, & laurus ipſius Monſpeliaca: de Vulgi Erroribus in medicina libri 4, Anglice converſi a *Roberto Wittie*, Med. D. & practico Hullenſi: Aphoriſmi neceſſarii, nec non quæſtiones quædam ad doctrinam medicinæ acquirendam perutiles: Enchiridion medicum Practicum: ars Pharmaceutica: de morbis Mulierum & ſymptomatis libri 5: de morbis Puerorum partes duæ: de Febribus libri 4: deſtructio Fundamentorum Vop. Fort. Plempii; &c.

§. 817. *Johannes Parkinſon*, clarus ob editum Anglice Paradiſum terreſtrem, & Theatrum Botanicum. *Tobias Venner*, natus Pethertoni prope Bridgwater in Comitatu Somerſetenſi circa a. 1577. Oxoniæ in Artibus primum gradum conſecutus, 1613. ultimo Martii Med. Baccalaureus & Doctor, practicus Oxoniæ, deinde 1624. in oppido Bridgwater, denique Bathoniæ, †. 1660. 29. Mart. laudem candidi & gratioſi pariter ac felicis medici adeptus; cujus prodierunt Anglice, Via recta ad Vitam Longam: & philoſophica diſſertatio de Diæteticis Obſervationibus ad conſervandam ſanitatem. Commemorandus quoque eſt *Franciſcus Baco de Verulamio*, qui, quamvis non fuit medicus, tamen libris ſuis, nominatim illis de Augmentis Scientiarum, & Hiſtoria Vitæ & Mortis, magnum contulit

tulit momentum ad medicinalem quoque diſciplinam amplificandam.

§. 818. *Georgius Bate*, de Burton aut Bourton in Comitatu Buckinghamenſi, natus circiter a. 1608. Oxoniæ Artium Magiſter, & 1629. 1. Mart. Med. Baccalaureus, 1637. 7. Jul. Doctor, deinde Regis Caroli I. Archiater, tum Londini medicus Domus Carthuſianorum, Socius Collegii Medici Londinenſis, medicus primarius Oliverii Cromwelli, & poſtea Regis Caroli II. Protomedicus, membrumque Societatis Scientiarum Londinenſis, †. 1669. 19. April. a quo profecta, Obſervationes de Rhachitide, cum Gliſſonio de eodem argumento: Bathonienſium & Aquisgranenſium Aquarum comparatio: Pharmacopœia Bateana, e praxi ejus excerpta: itemque politica, ut Apologia Regia, Anglice: Elenchus Motuum nuperorum in Anglia; &c. *Henricus Herne*, admiſſus ad praxin Oxoniæ 1629. *Balduinus Hamey*, *Hamæus*, Med. D. Facultatis Leidenſis, incorporatus Oxoniæ 1629. (1630.) 4. Febr. anno ſequente Collegii Med. Londinenſis Candidatus, poſtea Socius, Cenſor, Lector Anatomicus, Elector, Regiſtrator, & Conſiliarius, †. 1676. 14. Maji, natus annos 76; vocatus Muſarum & Apollinis deliciæ. Ejus pater ejusdem nominis, fuit Med. D. de Brugis Flandriæ. *Hugh Symmes*, Med. D. Leidenſis, Oxoniæ incorporatus 1630. menſe Julio. *Petrus Turner*, Med. Doctoris ejusdem nominis (§. 562.) filius, Socius Collegii Mertonenſis Oxoniæ 1607, Magiſter Artium, in lingua Latina & Græca, Hebræa

&

& Arabica, in Mathematicis, Patribus & Conciliis, Critica, Politica, aliisque doctrinis verſatiſſimus, primum Profeſſor Geometriæ Collegii Greshamenſis, deinde a. 1630. Profeſſor Geometriæ Savilianus Oxoniæ, 1636. Med. D. Oxoniæ creatus, poſthac in bello civili miles voluntarius in exercitu Regis, propterea a Parlamentariis loco Collegii Mertonenſis & Profeſſionis motus, †. 1651. (1652.) menſe Januar. natus annos circiter 66.

§. 819. *Johannes Jonſtonus*, origine Scotus, polyhiſtor, natus in Polonia 1603. †. in Sileſia 1675; cujus extant, Hiſtoria Animalium & Dendrologia cum Merianis iconibus: Thaumatographia Naturalis: notitia regni Vegetabilis: notitia regni Mineralis: Hippocratis Coacæ Prænotiones, Græce & Latine, cum notis: enchiridii Noſologici generalis & ſpecialis libri 8: idea Hygienes recenſita libris 2: idea univerſæ medicinæ Practicæ, libris 12 abſoluta: ſyntagma univerſæ medicinæ Practicæ, libris 14; &c. Alii ſcriptores Scoti, Med. Doctores, *Wilhelmus Barckly*: *Alexander Beaton*: *Johannes Dumbar*: *Marcus Duncan*, medicus Salmurii in Gallia pereruditus: *Georgius Engliſhame*: *Arthur Johnſtoun*: *Jacobus Leith*: *Georgius Sibbald*.

§. 820. Poſt annum 1630: *Owen Wood*, cujus prodierunt Anglice liber alphabeticus de Secretis medicinalibus: & tractatus brevis de judiciis Urinarum. *Nicolaus Lamie*, Gallus, qui ſeptem annis Cadomi medicinæ ſtudia tractaverat, Oxoniæ 1631.

1631. Med. Baccalaureus. *Wilhelmus Manowrier*, Dominus de Pratis, itidem Gallus, eodem anno Oxoniæ facultatem adeptus exercendi Chirurgiam. *Wilhelmus Ford*, Med. D. Oxoniæ 1631. 21. Jul. *Thomas Simpſon*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1632, Doctor eodem anno 4. Jul. eruditus vir. *Petrus Salmon*, Eſſexius, Med. D. Patavinus, incorporatus Oxoniæ 1631. exeunte; cujus nominis quidam medicus †. Londini 1675. menſe Novembri. *Johannes Kirton*, itidem Patavinus Doctor, Oxoniæ incorporatus eodem tempore, qui deinde maximam vitæ partem in Italia exegit, Florentiæ degens, & Roberto Dudleyo Duci Northumbriæ, cujus erat medicus, operam in laboribus Chemicis præſtans.

§. 821. *Johannes Hawkins*, Med. D. Londinenſis Collegii, vir ingenioſus, frater Thomæ Equitis, inſignis Poetæ. *Robertus Wintertonus. Johannes Frerus. Thomas Johnſon*, natus prope Hullam, ex Pharmacopola præſtantiſſimus ſui temporis in Anglia Botanicus, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1642. (1643.) 31. Januar. Doctor 1643. 9. Maji, eodem anno Tribunus militum Locumtenens in Præſidio Baſinghouſii, ex accepto a. 1644. 14. Septemb. vulnere humeri per ſclopetum inflicto †. 14. poſt diebus, cujus prodierunt, Mercurius Botanicus: Thermæ Bathonicæ: Joh. Gerardi Herbarium auctum & emendatum, Anglice: Ambroſii Paræi opera Chirurgica Anglice translata. *Robertus Harvey*, Legum Doctor Cantabrigienſis, Med. D. Patavinus. *Carolus Boſtock*, Med. Baccalaureus

laureus Oxoniæ 1633. Med. D. 1640. 9. Jun. *Thomas Trapham*, de Maidſtone in Cantio, 1633. 3. Mart. Oxoniæ conſecutus veniam exercendi Chirurgiam, 1648. Chirurgus Oliv. Cromwellii, 1649. 9. Maji Baccalaureus Med. Oxoniæ, †. 1683. Abingdoni, circa finem menſis Decemb. ſepultus 29. Decemb.

§. 822. *Edwardus Dawſon*, Med. D. Oxoniæ 1633. 21. Jun. in arte ſua eximius: quemadmodum et *Antonius Salter*, ſimul cum priore Med. D. creatus. *Wilhelmus Hatton*, Med. D. Patavinæ Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1633. 24. Octob. *Samuel Bispham* ex Lancaſtrienſi Comitatu, Med. D. Leidenſis, 1633. Oxoniæ incorporatus, deinde practicus Londinenſis, †. 1664. *Wilhelmus Denton*, Med. Baccalaureus & D. Oxoniæ 1634. 10. Octob. natus Stowi in Comitatu Buckinghamenſe 1605. menſe Aprili, ante promotionem in praxi exercitatus ſub *Henrico Ashworth*, celebri medico Oxoniæ, idem antea quoque Baccalaureus Artium, medicus Ordinarius Regis Caroli I. 1636. menſe Aprili, durante Rebellione & Cromwellii dominatu Practicus Londini & Weſtmonaſterii, poſtea Regis Caroli II. medicus Ordinarius, Collegii Medicorum Londinenſis Socius Honorarius, †. 1691. 9. circiter die Maji; editis variis libris Politicis & Juris Eccleſiaſtici. *Johannes Dixon*, & *Johannes Aubrey*, admiſſi Oxoniæ ad praxin: Aubrey deinde Doctor 1639. 5. Jul. *Guilielmus Daviſſonus*, Scotus, cujus extant, Philoſophia Pyrotechnica, ſeu curriculus Chemiatricus, & Commentariorum in

Petr

Petri Severini Ideam medicinæ philoſophicæ Prodromus.

§. 823. *Rogerius Goodiere*, Med. D. Facultatis Leidenſis: *Wilhelmus Goddard*, Patavinæ: *Johannes Hodge*, Montispeſſulanæ; Oxoniæ incorporati 1634. menſe Jul. *Johannes Spencer*, Med. D. Facultatis Leidenſis, Oxoniæ incorporatus 1634. (1635.) 29. Januar. *Stephanus Bridges*, Med. Baccalaureus, itemque *Leonhardus Traherne*, Oxoniæ 1635. *Johannes Bugges*, Londinenſis, Med. D. Leidenſis, incorporatus Oxoniæ 1635. 16. Jun. *Chriſtophorus Merret*, Winchcombenſis ex Ducatu Gloceſtrienſi, natus 1614. 16. Febr. Artium Baccalaureus Oxoniæ 1634. (1635.) 24. Januar., Medicinæ 1636. 30. Jun., Doctor 1642 (1643.) 31. Januar. tum Londini clarus practicus, deinde etiam Collegii Medicorum Socius, & Cenſor, itemque Regalis Scientiarum Societatis membrum, †. 1695. 19. Aug. a quo profecta, Collectio actorum publicorum, legum, judicum ſententiarum, cæt. quæ pertinent ad privilegia Collegio Medicorum Londinenſi data, Anglice: Pinax rerum Naturalium Britannicarum: brevis expoſitio fraudum atque abuſuum, qui a Pharmacopœis reſpectu ægrorum & medicorum committuntur, Anglice, quæ diſſertatio acerbam reſponſionem *Henrici Stubbe* pro Pharmacopœis, pluraque ſcripta eriſtica excitavit: Character perfecti Medici aut naturæ conſulti, Anglice; & alia; idem Antonii Neri artem Vitrariam ex Italico in Anglicanum convertit ſermonem, cum addi-

additionibus. *Nathan. Chamberlaine*, admiſſus ad praxin medicam Oxoniæ 1636.

§. 824. *Valentinus Broadbent*, Med. D. Oxoniæ 1636. 7. Jul. *Simon Owen*, Med. Baccalaureus & D Oxoniæ 1636. 15. Jul. *Aſſuerus Regemorterus*, Regimorter, Londino-Anglus, Med. D. Leidenſis, incorporatus Oxoniæ 1636. 26. Mart. practicus Londinenſis dominante Cromwellio; cujus obſervationes de Rhachitide cum libro Gliſſonii prodierunt, dicitur etiam ſcripſiſſe Principia medicinæ, præter disputationem inauguralem de febribus Intermittentibus. *Fridericus Sagittarius*, Palatinatu-Germanus, Artium Baccalaureus Oxoniæ 1636. Med. D. 1661. 12. Septemb. poſtea practicus in provincia Dorſetenſi, & Regalis Societatis membrum Honorarium. *Nicolaus Oudart*, Mechliniâ Brabantus, Esquire, Artium Magiſter Oxoniæ 1636: Med. Baccalaureus 1642. (1643.) 31. Januar. cæterum Secretarii munere functus apud Miniſtros Status, Principem Aurantium, Regem Angliæ Carolum II. †. 1681. circa Nativitatem Chriſti. *Johannes Carter*, Med. D. Oxoniæ 1636. deinde Practicus Londini. *Gaſpar Hopſius*, Palatinatu-Germanus, Med. D. Oxoniæ creatus a. 1636.

§. 825. *Johannes Edwards*, Med. D., Profeſſor Philoſophiæ Naturalis Oxoniæ 1636. Med. Baccalaureus 1639, Doctor eodem anno 14. Jun. *Johannes Jacob*, Med. D. Cantabrigiæ praxin exercens. *Thomas Browne*, Nobili genere natus Londini

dini 1605. 19. Novemb. Artium Baccalaureus & Magiſter Oxonienſis, deinde Med. cultor & practicus, tum in transmarinis regionibus peregrinatus, factusque Leidæ Med. D., incorporatus Oxoniæ 1637. 10. Jul. tum practicus Norvicenſis celeberrimus, Collegii Med. Londinenſis Socius Honorarius, creatus a Carolo II. Rege Miles ſive Eques 1671. verſus exitum menſis Septemb. †. 1682. 19. Octob. cujus ſunt magnæ famæ libri, nominatim Religio Medici: Pſeudodoxia Epidemica: Miſcellanei tractatus: item diſſertatio de Urnis Sepulchralibus, & de Horto Cyri ſive veterum more conſerendi in quincuncem; omnia Anglice, ex quibus vero priora in multas alias linguas converſa ſunt: falſo autem ſub ejus ementito nomine prodiit Anglicano ſermone, Muſeum Naturæ apertum, Nature's Cabinet unlocked, 1657. 12. *Hugh Barker*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1638. *Joſephus More*, Med. Baccalaureus & D. Oxoniæ 1638. 15. Jun. *Thomas Bond*, ibidem Med. D. eodem anno 5. Jul. *Johannes Brownlowe*, Med. D. Leidenſis Facultatis 1631, Oxoniæ incorporatus 1638. 10. Jul.

§. 826. *Nathanael Wright*, Magiſter Artium Cantabrigiæ creatus, Med. D. Biturici in Gallia 1635, incorporatus Oxoniæ 1638. 30 Maji, deinde Socius Collegii Medicorum Londinenſis, medicus Cromwellii 1650 & 1651. *Georgius Entius*, natus Sandvici in Cantio 1604. 6. Novemb. Med. D. Patavinus, incorporatus Oxoniæ 1638. 7. Novemb., Socius Collegii Medicorum Londinenſis,

eximiusque practicus durante uſurpatione, poſtea Præſes Collegii, & deinde Equeſtri dignitate a Carolo II. Rege affectus, †. 1689. 13. Octob. cujus extant, apologia pro Circulatione Sanguinis contra Æmilium Pariſanum: animadverſiones in *Malachiæ Thruſtoni* Med. D. diatribam de Reſpirationis uſu primario; & quædam alia. *Johannes Schmidt*, †. 1679. *Georgius Scharo*, Scotus. *Johannes Fage*. *Johannes Pennant*. *Tobias Whitaker*.

§. 827. *Edwardus Lenton*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1639. Med. D. 1641. 10. Jul. *Thomas Clayton*, Med. D. Oxoniæ 1639. 19. Jun. Profeſſor Anatomiæ, nec non Medicinæ Regius 1647, Collegii Mertonenſis Cuſtos 1661, Equeſtri etiam dignitate condecoratus. *Bridſtock Harford*, Med. D. Oxoniæ 1639. 24. Novemb. *Edwardus Greaves*, Croydenſis ex Surrey, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1640. 18. Jul. Doctor 1641. 8. Jul. 1643. 14. Novemb. in Collegio Mertonenſi Lector Medicinæ Linacrianus Superior, poſtea Regis cauſâ in pejus ruente Londinum digreſſus, ibidemque & Bathoniæ praxi occupatus, factus quoque Collegii Medicorum Londinenſis Socius, Caroli II. Regis medicus Ordinarius, titulumque Baronetti adeptus, †. 1686. 11. Novemb. cujus prodierunt, morbus Epidemicus anni 1643, ſeu de morbi ſic dicti Campeſtris, Oxoniæ eo anno graſſantis, ſignis, cauſis, remediis, cæt. Oratio habita in ædibus Collegii Medicorum Londinenſium 25. Jul. 1661, die Harvæi memoriæ dicato. *Franciſcus Goddard*, Med. Baccalaureus 1640. 18. Jul. Oxoniæ, Doctor 1641.

10. Jul.

10. Jul. *Johannes Regius* ſive *King*, Med. D. Leidæ creatus 1638, Oxoniæ incorporatus 1640. (1641.) 14. Januar.

§. 828. *Nathanael Heighmore, Highmore*, de Fordingbridge ex Comitatu Hamptonienſi, a. 1634. (1635.) 6. Febr. Oxoniæ Baccalaureus Artium, 1637. (1638.) 21. Febr. Artium Magiſter, 1641. 10. Jul. Baccalaureus Medicinæ, Doctor 1642. (1643.) 31. Januar., tum felix practicus Shirebourni in Comitatu Dorſetenſi, inprimis Eccleſiaſtico Ordini valde acceptus, a quibus ſcilicet nihil unquam ſoſtri ſumſit, †. 1684. (1685.) 21 Mart. natus annos 71; celebris etiam ob inventa quædam Anatomica, atque laudatiſſima ſcripta, quæ ſunt, Corporis humani disquiſitio Anatomica: hiſtoria Generationis, Anglice, cum diſſertatione de curatione Vulnerum per Sympathiam: de Hyſterica paſſione & de affectione Hypochondriaca theſes duæ; de Hyſterica & Hypochondriaca paſſione reſponſio epiſtolaris ad Doctorem Willis. *Nathanael Johnſton*, de Pomfret in Eboracenſi Ducatu, Med. D., nonnullorum librorum autor, in quibus eſt collectio Antiquitatum unius diſtrictus Eboracenſis Ducatus. *Thomas Gifford*, Med. D. Leidæ creatus 1636. menſe Majo, incorporatus Oxoniæ 1642. 20. Maji. *Henricus Stanley*, Med. D. Patavii creatus 1637, Oxoniæ incorporatus 1641. 2. April. *Nicolaus Davies*, Med. D. Leidæ factus 1638. menſe Aprili, incorporatus Oxoniæ 1642. 10. Octob. Ejusdem nominis medicus incorpora-

tus ibidem occurrit a. 1660. *Edwardus Dynham*, Londinenſis, Med. D. Monſpelii 1639. 19. Mart. incorporatus Oxoniæ 1641. 3. April.

§. 829. Poſt annum 1640.: *Rogerius Drake*, qui Vindicias edidit contra Animadverſiones Primeroſii in Theſes ipſius, quas pro ſanguinis motu Circulari, ſub præſidio Joh. Walæi in Academia Leidenſi examini publico ſubjecerat. *Johannes Sambach*, Med. D. ibidem eodem anno 8. Jul. *Aaron Streater*, de Lewis in Suſſexia, natus circa a. 1610, primum Sacro Ordini adſcriptus, deinde ad medicinæ ſtudium transgreſſus, & Oxoniæ Licentiatum ſe venditans; cujus prodiit liber Anglicus de Acuta febre, ſive ſit quotidiana, ſive tertiana, ſive quartana, ejusque curatione; &c. *Hugh Barker*, Med. D. Oxoniæ 1642. 28. Jun. *Rogerius Puliſton*, Med. D. ibidem eodemque anno 7. Jul. *Thomas Duke*, itidem Oxoniæ Med. D. dicto anno 8. Jul. A 1. Novemb. 1642. usque ad ſequentis anni initium, Rege præſente & volente, ingens creatio, Carolina nonnunquam dicta, perfacta fuit; quo pertinent ſequentes: *Henricus Jacob*, vir ad miraculum eruditus, præſertim in Philologicis, Med. Baccalaureus Oxoniæ factus 1642. 1. Novemb. †. Cantuarii 1652. 5. Novemb. natus annos circiter 44. *Edwardus Buckoke*, Med. Baccal. Oxoniæ 1642. 1. Novemb. deinde Principis Caroli medicus, proptereaque ad commendationem Cancellarii creatus Doctor 1645. 30. Octob. poſtea medicus celebris in Eboracenſi Ducatu. Eodem die

die 1. Novemb. 1642. ibidem creati Med. Baccalaurei *Wilhelmus Croot*: *Henricus Sawyer*: *Stephanus Boughton.*

§. 830. *Jacobus Hyde*, filius undecimus & poſtremus Laurentii Equitis, Salisburienſis, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1642. 10. Decemb. Med. D. 1646. 17. Jun. ibidem Profeſſor Anatomiæ 1661, Medicinæ Regius 1665, Principalis Aulæ Magdalenææ 1662, †. 1681. 7. Maji, ætatis anno 64. *Georgius Rogers*, Londinenſis, natus circiter a. 1618, Artium Magiſter Oxoniæ 1641. 4. Decemb. Med. Baccal. 1642. 10. Decemb., Med. D. Patavii factus 1646. 30. April., incorporatus Oxoniæ 1648, 14. April. tum practicus Londini, Collegii Medici Socius & 1689. Præſes; cujus prodiit Oratio anniverſaria habita in Theatro Collegii Medicorum Londinenſium 18. Octob. 1681. in commemorationem benefactorum a Doctore Harveio aliisque munificis viris fœminisque eidem Collegio præſtitorum. *Thomas Champion* aut *Campion*, Med. Baccal. Oxoniæ 1642, (1643.) 31. Januar. *Richardus Napier*, Artium Baccal. Oxoniæ 1626. 4. Decemb. Magiſter ex commendatione Cancellarii 1627. 31. Decemb. Med. D. 1642. 1. Novemb., idem creatus Eques, Socius inter primos Regiæ Scientiarum Societatis, †. 1675. 17. Januar. vir, qui multum ſtrepitus in mundo excitaſſe judicatur, ſed parum aut nihil ad publicum bonum contuliſſe, cæterum Aſtrologiæ ſectator. Eodem die Med. Doctores Oxoniæ *Franciſcus Smith*: *Thomas Smith*:

Georgius Roe: *Johannes Hinton*, qui poſtea factus Eques & Archiater Regis Caroli II. & Reginæ.

§. 831. *Wilhelmus Hunt*, & *Andreas Pindar*, Med. DD. Oxoniæ 1642. 20. Decemb. *Johannes Marret*, Centurio in Cornwallia, Med. D. Oxoniæ 1642. (1643.) 16. Januar. *Walter*, *Gualterus*, *Charlton*, *Charleton*, *Carletonus*, de Shepton-Mallet in Somerſetenſi Comitatu, antiquo & Nobili ſtemmate natus 1619. 2. Febr. Med. D. Oxoniæ 1642. (1643.) 16. Januar. circa idem tempus unus ex medicis Ordinariis Regis Caroli I, rebus autem Regis everſis practicus Londini, Collegiique Medicorum Socius, item Regis Caroli II. medicus Ordinarius in ejus exilio, poſt reſtitutionem in regnum Societatis Regalis Membrum, 1678. Patavium invitatus ad Profeſſionem Medicinæ Practicæ Ordinariæ Primam, conditione etiam accepta, ſed non ingreſſus id muneris; 1689. 30. Septemb. Præſes Collegii Medicorum Londinenſis usque ad a. 1691, poſthac in inſula Jerſey degens, a. 1695. adhuc in vivis; pluribus ſcriptis inclytus, quæ ſunt, de Lithiaſi diatriba, ſeu ſpiritus Gorgonicus vi ſua ſaxipara exutus, ſeu de cauſis, ſignis, & ſanatione lithiaſeos: tenebræ Atheismi detectæ per lumen Naturæ, Anglice: Phyſiologia Epicuro-Gaſſendo-Charltoniana, ſive ſyſtema naturalis ſcientiæ conſtructum ſuper antiquiſſima Atomorum hypotheſi, Anglice: Immortalitas Animæ humanæ ex rationibus naturalibus demonſtrata, Anglice: Oeconomia Animalis, novis anatomicorum inventis, inde-

indeque deſumtis modernorum medicorum hypotheſibus phyſicis ſuperſtructa, & mechanice explicata, ſive Exercitationes phyſico-anatomicæ de Oeconomia Animali, Latine & Anglice: Exercitationes Pathologicæ, in quibus morborum natura, generatio, & cauſæ ex novis anatomicorum inventis inquiruntur: Onomaſticon Zoicon, animalium differentias & nomina exponens; cui accedunt, mantiſſa Anatomica, & quædam de variis Foſſilium generibus: duæ diatribæ philoſophicæ, prima de diverſitate Ingeniorum hominum, altera de myſterio Oenopolarum ſive de variis corruptionibus Vini earumque remediis, Anglice; de Scorbuto: naturalis hiſtoria Paſſionum, Anglice: inquiſitiones in Naturam humanam, ſex Anatomicis Prælectionibus in novo Regalis Collegii Medicorum Londinenſis Theatro habitis, Anglice: oratio anniverſaria Harvejana, habita in eodem Theatro 5. Aug. 1680: harmonia Naturalium & Poſitivarum Legum Divinarum, Anglice: tres Prælectiones Anatomicæ, videlicet de Motu Sanguinis per venas & arterias, de organica ſtructura Cordis, & de cauſa efficiente Pulſus cordis, habitæ die 19. 20 & 21. Mart. 1682. in modo dicto Theatro, Anglice: inquiſitio phyſica de cauſis Catameniorum, & Uteri Rheumatismo, in qua probatur, ſanguinem in animali fermenteſcere nunquam: adhæc translationes Anglicæ variorum ſcriptorum Joh. Bapt. Helmontii, & aliorum: item Chorea Gigantum ſive de monumento celebri dicto Stone-henge, Anglice; &c.

§. 832. *Thomas Baylie*, filius Radulphi, Med. D. Oxoniæ 1642. (1643.) 31. Januar. deinde practicus Newburienſis in Berkſhire, ſed †. in flore ætatis. *Thomas Hayes*, medicus caſtrenſis in Regis exercitu, Med. D. ibidem eodemque die factus: ut etiam *Henricus Manwaring*, Eques: item *Johannes Terringham*, Eques, Judex ſupremus (High-Sheriff) in Comitatu Buckinghamenſi, †. 1645. 2. Maji: & *Johannes Stawell*, Eques Ordinis de Balneo, Magiſter Artium Oxoniæ 1642. (1643.) 16. Januar. Med. D. 31. Januar. multis officiis civilibus bellicisque pro Regis cauſa perfunctus, multaque perpeſſus, †. 1661. 21. Febr. natus annos 62. Eodem die creati Med. DD. *Robertus Lee*, & *Johannes Paulet*, Equites: item *Jacobus Young*. *Robertus Bosworth*, Med. D. Oxoniæ 1642. (1643.) 4. Mart. civitatis Herefordienſis deputatus ad Parlamentum 1658. 27. Januar.

§. 833. *Franciſcus Metcalf*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1643. 17. Octob. idem creditur eſſe, qui alicubi vocatur *Adrianus Metcalfe*, Magiſter Artium Oxoniæ 1642. 1. Novemb. Med. D. 1645. 6. Maji. *Johannes Catchpole*, ibidem Med. Bacc. eodem anno (1644.) 8. Febr. *Henricus Sanct-Georgius*, Eques, principalis Rex Armorum vel Heraldus Ordinis Periſcelidis, Med. D. creatus Oxoniæ 1643. 9. Maji, †. 1644. 5. Novemb. *Spencer Lucius*, Tribunus Militum in Regis Exercitu, Med. D. Oxoniæ 1643. 18. Novemb. *Henricus Nisbett*, Scotus, qui per aliquot annos Patavii ad medicinæ ſtudia incubuerat, ejus artis Doctor Oxoniæ

niæ creatus vi literarum Cancellarii, 1643. (1644.) 31. Januar. *Henricus Hanks*, Med. D. ibidem eodem anno 27. Febr. *Wilhelmus Glanvill*, Esquire, Med. D. ibidem dicto anno 21. Mart. nomine oppidi Cameilford in Cornwallia membrum Parlamenti 1640. 3. Novemb.

§. 834. *Arthurus Aſton*, Eques, Sergeant-Major-General Equeſtris Exercitus Regii, Gubernator Præſidii Militaris Oxoniæ, creatus ibi Med. D. cum magna ſolemnitate 1644. 1. Maji, bello cadens 1649. circiter 10. Septemb. Eodem die Med DD *Robertus Croke*, nomine oppidi Wendover in Comitatu Buckenſi vel Buckinghamenſi membrum Parlamenti 1640. 3. Novemb. congregati: & *Liſterus Blount*. *Johannes Caſtle*, Esquire, Med. D. ibidem eodemque anno 10. Jul. *Wilhelmus Thomas*, 12. Decemb. ejusdem anni admiſſus in domo Congregationis & Convocationis. *Petrus Eliot*, Artium Magiſter & Divini Verbi Præco, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1645. (1646.) 25. Febr. idem 1652. 9. Jul. Med. D., artem deinde exercens Oxoniæ & in circumjacentibus, †. 1681. 5. Mart. *Thomas King*, Magiſter Artium; Med. Bacc. cum Elioto. *Wilhelmus Sparke*, Med. Bacc. Oxoniæ 1645. 3. Decemb. Doctor 1661. 10. Octob. *Henricus Seymour*, Dominus, (Lord,) Magiſter Artium Oxoniæ 1642. (1643.) 16. Januar. Equeſtri dignitate ornatus 1644. (1645.) 17. Januar. idem, ut videtur, qui 1645. 12. Aug. factus Med. D. & ad ferendum

ſuffragium in domo Congregationis & Convocationis admiſſus.

§. 835. *Johannes Baber*, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1646. 3. Decemb. vi literarum Johannis Lambert, Præfecti Præſidii Militaris Oxonienſis, idem, ut veriſimile, qui a. 1648. menſe Novembri Andegavi creatus Med. D. 1650. 18. Jul. Oxoniæ incorporatus, tum practicus Weſtmonaſterii, deinde Regis Caroli II. reſtituti Archiater, & 1660. 19. Mart. Eques. *Thomas Willis*, de Great Bedwyn in Comitatu Wiltonienſi, natus 1621. (1622.) 27. Januar. Oxoniæ Artium Baccalaureus, & 1642. 18. Jun. Magiſter, 1646. 8. Decemb. Med. Baccal. hinc practicus celeberrimus, 1660. Profeſſor Philoſophiæ Naturalis Sedleyanus, paulo poſt, ſcilicet 30. Octob. eodem anno Med. D., item noviter conſtitutæ Societatis Scientiarum Regalis Socius, 1666. Weſtmonaſterii practicus brevi omnium ſui temporis famigeratiſſimus, eodem circiter tempore Collegio Medicorum Londinenſi aggregatus, †. 1675. 11. Novemb. conſtituto jam aliquot ante annos ſalario pro Lectore Precum in æde S. Martini Weſtmonaſterienſi in Campo, ad uſum eorum, qui ordinarium officium divinum ibi frequentare non poſſunt; cujus ſcripta inclyta ſunt, diatribæ duæ medico-philoſophicæ, de Fermentatione, & de Febribus, acceſſit diſſertatio epiſtolica de Urinis: Cerebri anatome, cui acceſſit Nervorum deſcriptio & uſus, item de ratione motus Muſculorum: Pathologiæ Cerebri & Nervoſi generis

neris ſpecimen, in quo agitur de morbis Convulſivis & de Scorbuto: affectionum, quæ dicuntur, Hyſtericæ & Hypochondriacæ pathologia ſpasmodica vindicata contra reſponſionem epiſtolarem Nathan. Highmore; cui acceſſerunt exercitationes medico-phyſicæ duæ, de Sanguinis accenſione, & de motu Muſculari: de Anima Brutorum, quæ hominis vitalis ac ſenſitiva eſt, exercitationes duæ: Pharmaceutice rationalis, ſive diatriba de medicamentorum operationibus in humano corpore, 2. partes: poſt obitum ejus prodiit Anglice, perſpicua & facilis methodus præſervandi Peſtem & quoslibet morbos Contagioſos, eosdemque curandi. *Humphredus Brooke*, Londinenſis, Nobili patre natus, Oxoniæ 1646. 8. Decemb. Magiſter Artium ſimul & Med. Baccalaureus, 1659. (1660.) 19. Januar. Med. D. hinc Londini practicus & Collegii Medicorum Socius, †. 1695. cujus prodiit ars Conſervandi ſanitatem.

§. 836. *Johannes Wilby*, Med. Baccalaureus Cantabrigiæ 1638, Doctor Oxoniæ 1646. 16. Novemb. *Johannes Wedderbourne*, Nobilis, Med. D. Andreapoli in Scotia factus, Oxoniæ incorporatus 1646. 9. April. primum Philoſophiæ Profeſſor Andreapolitanus, deinde multum peregrinatus, conſtitutus Regis medicus Ordinarius, poſtea quoque Equeſtri dignitate ornatus, princeps ſuo tempore medicorum ſuæ nationis, tam doctrina & experientia, quam virtute ac moribus. *Edmundus Wilſon*, Oxonia-Anglus, Med. Baccalaureus Cantabrigiæ 1638. 9. April., Med. D. Patavii 1641. (1642.) menſe Januario, Oxoniæ eodem ordine,

quo

quo Patavii ſteterat, incorporatus 1646. menſe Octob. ad quem autorem referenda videtur Spadacrene Dunelmenſis, ſive brevis tractatus Anglicus de antiquo fonte medicinali prope Dunelmum: item liber, eadem lingua compoſitus, de ſpiritu Salis, cum vero oleo ſeu ſpiritu Sulphuris, &c. *Thomas Cox*, Nobili genere prognatus, ex Comitatu Somerſetenſi, Med. D. Patavii creatus 1641. menſe Decembri, Oxoniæ incorporatus 1646. 15. Octob. idem medicus Caſtrenſis in Exercitu Parlamenti, deinde Collegii Medici Londinenſis Socius, ejusque Præſes, ſed hac dignitate dejectus a. 1683. †. ut videtur, a. 1684. *Wilhelmus Currer*, ex Eboracenſi Ducatu, Med. D. Leidæ creatus a. 1643, Oxoniæ incorporatus 1646. menſe Novemb. †. 1668. 16. Septemb. in Chemicis multum laudis adeptus. *Edwardus Æmilius*, Med. D. Leidenſis Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1646. (1647.) 12. Febr. deinde practicus Londinenſis, †. 1658. ineunte.

§. 837. *Petrus Maſſonet*, Genevenſis, Præceptor ſecundus Jacobi Ducis Eboracenſis, Med. D. Oxoniæ creatus 1646. 9. April. *Carolus Scarborough*, Artium Magiſter Cantabrigiæ factus, adjutor Wilh. Harveji in elaborando opere de Generatione Animalium, Med. D. Oxoniæ 1646. 23. Jun. multum perpeſſus in civili bello a Regis hoſtibus, deinde Collegii Medicorum Londinenſis Socius, medicus primarius Regis Caroli II, ab hoc dignitate Equeſtri ornatus 1669. 15. Aug. idem Archiater Jacobi Ducis Eboracenſis, poſteaque Regis, medicus quoque Turris Londinenſis, & deinde

de etiam Archiater Wilhelmi III. Regis, &c. qui primus Geometricas & Mechanicas rationes in Anatomen introduxit atque applicavit, præſertim in celebribus ſuis Prælectionibus ſuper Muſculis humani corporis, quas in publico Aulæ Chirurgorum Theatro Londinenſi per 16. aut 17. annos cum ingenti applauſu habuit; ſub cujus nomine extat, ſyllabus Musculorum, adjectus Anatomicæ Adminiſtrationi Anglicanæ omnium Musculorum, cum additionibus *Wilhelmi Molins*, Magiſtri Chirurgi: Trigonometria, Anglice: adhæc, Grammatica Wilhelmi Lilye in compendium methodice redacta: denique Elegia manuſcripta in Abrahamum Cowley. *Robertus Mead*, Magiſter Artium, & Centurio in Regis Exercitu, Med. D. Oxoniæ 1646. 23. Jun. *Wilhelmus* Dominus *Brounker*, Vice-Comes de Caſtle Lyons, Med. D. Oxoniæ 1646. 23. Jun. deinde Mathematicis ſtudiis unice addictus, Socius Regiæ Scientiarum Societatis, ejusque per 15. circiter annos Præſes, cæterum maximis quoque muneribus Regni perfunctus, †. 1684. 5. April. natus annos 64. Ejus frater junior, *Henricus Brounker*, eodem die ibidem creatus Med. D. ſucceſſit in fratris dignitatem, †. 1687. 4. Januar.

§. 838. *Georgius Jolliff*, vel *Joyliff*, Nobili parente natus, de Eaſt-Stower in diſtrictu Dorſetenſi, Magiſter Artium Oxoniæ 1643. 20. April. tunc temporis Locumtenens in Exercitu Regio, deinde ad Medicinæ ſtudium applicato animo, in Anatomicis multum verſatus, detectis quoque vaſis Lymphaticis, quæ, quum poſtea Cantabrigiæ gra-

gradum Doctoris Med. cepiſſet, plenius circa a. 1653. Londini prælectionibus in Collegio Medicorum expoſuit, †. circa a. 1655. *Johannes Wyberd*, Nobili patre natus circa a. 1614, ex Comitatu Eſſexiæ, particeps (Commoner) Collegii Pembrokiani Oxoniæ 1638, Philologiæ Studioſus in Bibliotheca Publica Univerſitatis Oxonienſis 1640. 12. Maji, poſt duos circiter annos peregre profectus, Med. D. Franekeræ factus 1644 menſe Jul. hinc practicus Londinenſis, incorporatus Oxoniæ 1654. 26. Maji, deinde etiam, ut videtur, Collegio Medicorum Londinenſium aggregatus; cujus prodiit Tactometria vel Tetagmenometria, Anglice; & forte alia. *Chriſtophorus Bennet*, *Benedictus*, de Raynton in Somerſetſhire, natus anno circiter 1617, Artium gradus Oxoniæ nactus, Medicinæ vero alibi, poſtea Collegii Medici Londinenſis membrum, †. 1655. ſepultus 2. Maji; cujus extat Theatri Tabidorum veſtibulum, ſeu exercitationes dianoëticæ cum hiſtoriis & experimentis demonſtrativis, quibus alimentorum vitia deteguntur in morbis pleriſque, præſertim phthiſi, atrophia, & hectica; vel alia inſcriptione, Tabidorum Theatrum, ſive phthiſeos, atrophiæ, & hecticæ xenodochium: idem emendavit & auxit librum appellatum Health's improvement, Sanitatis incrementum, continens regulas de natura, methodo, & more præparandi omnis generis alimenta in Anglicana natione uſitata, qui liber primum a Thoma Mouſeto conſcriptus fuit. *Johannes French*, de Broughton in provincia Oxonienſi, natus circa a. 1616, Artium gradus Oxoniæ adeptus, deinde

deinde medicinæ ſtudiis agitatis, practicus in Exercitu Parlamenti, & denique unus ex duobus medicis totius Exercitus ſub duce Fairfaxio, tum Oxoniæ in Convocatione habita 1647. 17. Jun. veniâ ipſi conceſſâ accumulandi gradus Baccalaurei & Doctoris Med. quod tamen demum 1648. 14. April. fecit, circa idem tempus medicus Hoſpitalis dicti Savoy, & Collegii Medicorum membrum, †. 1657. menſe Octobri aut Novembri, prope Boloniam Galliæ, ubi medicus erat caſtrenſis copiarum Anglicarum; cujus libri, Anglicano ſermone ſcripti, ſunt, ars Diſtillationis, & Diſtillator Londinenſis: Aquæ Minerales Eboracenſes, ſive tractatus de quatuor ejus ducatus fontibus ſoteriis: item aliquot opera Mich. Sendivogii & Theophr. Paracelſi in Anglicam linguam tranſlati.

§. 839. *Johannes Finch*, Nobili genere prognatus, Artium Baccalaureus Oxoniæ 1647. 22. Maji, tum ad ſtudium Medicinæ converſus, ſed anno proxime ſequente ob turbatam a viſitatoribus academiam, in Italiam profectus, ibidemque, Patavii ut veriſimile eſt, Med. D. creatus, deinde ibi Conſul Anglorum, & 1656. 1. Aug. Syndicus & Prorector Univerſitatis, in Italia etiam publicus Lector Med. nonnullis in locis fuit, & a Magno Duce Hetruriæ Piſis Profeſſor publicus conſtitutus: in Angliam reſtituto Rege reverſus, 1661. 10. Jun. Equeſtri dignitate condecoratus, 1665. legatus Reſidens apud Magnum Hetruriæ Ducem, aliquot poſt annis Legatus miſſus Conſtantinopolin, denique †. 1682. 18. Novemb. Londini, ubi etiam Col-

Collegii Medicorum erat ſocius. *Edmundus Dickinſon*, de Appleton in Berkſhire, natus circa a. 1626, Artium Baccalaureus Oxoniæ 1647. 22. Jun. 1649. 27. Novemb. Magiſter, tum ad medicam diſciplinam converſus, & praxi aliquamdiu agitata Med. Baccalaureus & Doctor 1656. 3. Jul. deinde in Collegio Mertonenſi, cujus erat Socius, Medicinæ Lector ſuperior Linacrianus, idem Chemicis laboribus valde intentus: poſt medicinam 20. prope annis Oxoniæ factitatam, digreſſus Weſtmonaſterium, factus Collegii Medicorum Londinenſis ſocius, & medicus Aulæ Whitehallenſis 1684; cujus extant, epiſtola ad Theodorum Mundanum philoſophum adeptum de Quinteſſentia philoſophorum & de vera Phyſiologia: Phyſica vetus & vera: ſed liber inſcriptus Delphi Phœnicizantes, ſive tractatus in quo, Græcos, quicquid apud Delphos celebre erat, e Joſuæ hiſtoria ſcriptisque ſacris effinxiſſe oſtenditur, cum annexis, ex Henrici Jacob ſcriniis a Dickinſono per plagium editus fertur. *Georgius Tonſtall*, Med. Baccal. Oxoniæ 1647. 2. April. cujus extat, Fons ſoterius Scarboroughenſis ſpagirice explicatus, Anglice, in cujus libri, 1672. editi, titulo appellatur Med. D. cæterum natus in Eboracenſi provincia circa a. 1616. parente Nobili, Magiſter Artium Oxoniæ 1640. *Thomas Holyoake*, aut *Holyoke*, Latine *de Sacra Quercu*, filius Franciſci theologi, de Stony Thorp in Warwickſhire, natus circa a. 1616. Oxoniæ promotus in Artibus, factus Capellanus Collegii Reginæ, exorto bello civili Centurio manipuli Studioſorum Oxoniæ, præſtitisque

bonis

bonis officiis, creatus ex favore Regis Doctor Theologiæ, poſtea 1647 ibidem licentiam nactus exercendi praxin medicam, quod deinde in ſolo natali bono cum ſucceſſu fecit usque ad a. 1660, tum Eccleſiaſtica beneficia conſecutus, †. 1675. 10. Jun. ſcripto Dictionario Anglico-Latino. *Matthæus Skinner*, Artium Baccal. Oxoniæ 1642. poſtea Med. D. filius Roberti Epiſcopi Oxonienſis. *Johannes Skinner*, Med. D. Oxoniæ 1647. 22. Maji, deinde Collegii Medici Londinenſis Socius Honorarius.

§. 840. *Johannes Maplet*, Londinenſis, in Artibus gradus adeptus Oxoniæ, nec non, ut dicitur, Sacros Ordines, deinde Med. Cultor, Procurator Univerſitatis 1643. 9. Decemb. Med. D. Oxoniæ 1647. 24. Jul. circa idem tempus Principalis Aulæ Glouceſtrienſis, hoc anno aut ſequente in Galliam profectus cum Lucio Domino juvene Falkland, ſuæ curæ concredito, & per duos circiter annos ibi verſatus, potiſſimum Aureliæ, Blœſiæ (Blæſis,) & Salmurii, tum iterum cum altero Domino juvene Falkland, Henrico, in Bataviam Belgiumque profectus, poſt reditum practicus valde honoratus Bathoniæ per æſtatem, Briſtolii per hiemem, 1660. in munus Principalis Aulæ Gloceſtrienſis, unde ejectus fuerat, reſtitutus, †. 1670. 4. Aug. natus annos 55; laudem boni medici, melioris Chriſtiani, & excellentis Poetæ Latini conſecutus; relictis multis egregiis manuſcriptis Latinis, ex quibus prodiit Epiſtolarum medicarum ſpecimen de Thermarum Bathonienſium effectis ad clariſſimos medicos D. Bate, *Fraſer*, Wedderbourne, &c.

1694. Ab alio *Johanne Maplet* editus eſt liber Anglicus de Metallis, Lapidibus, Herbis, Arboribus, Pecudibus. *Daniel Whiſtler*, de Walthamſtow in Eſſexia, natus circa a. 1619, 1643. (1644.) 8. Febr. Magiſter Artium Oxoniæ, 1645. Leidæ Med. D., 1647. 20. Maji incorporatus Oxoniæ, factus Superior Linacrianus Lector Medicinæ in ſuo Collegio Mertonenſi, abſens tamen Londini practicus, 1653. primarius medicus Legationis in Sueciam, poſt reditum Collegii Medicorum Londinenſis Socius, itemque Regiæ Scientiarum Societatis noviter inſtitutæ, 1683. menſe Octobri circa diem S. Lucæ Præſes Collegii Med. Lond. in locum Thomæ Cox, propter Whiggismum depulſi; †. 1684. 11. Maji; edito libro de morbo Puerili Anglorum, the Rickets, qui fuit ejus disputatio inauguralis. *Henricus Downe*, Devonienſis, Med. D. Cadomenſis, incorporatus Oxoniæ 1647. (1648.) 17. Januar.

§. 841. Sir *Thomas Clayton*, Med. D., Oxoniæ Profeſſor Anatomiæ & Regius Medicinæ 1647, (ſupra §. 827.) quum aſpectum hominis lacerati aut cruenti ferre non poſſet; ei datus eſt in Anatome ſubſtitutus *Wilhelmus Petty*, de Rumſey in Hampſhire, natus 1623. 26. Maji, primo Fabrilibus operibus addictus, deinde linguâ Latina Græcaque leviter perceptis; mercaturam Cadomi in Gallia exercens, tum anno ætatis 18. Artium & Mathematicarum diſciplinarum ſtudioſus, & poſtea Pariſiis Anatomiæ, hinc per Belgium reverſus in Angliam, & 1647. 6. Mart. privilegium a Parlamento in 17. annos nactus docendi artem ſuam

Cry-

Cryptographicam: circa idem tempus Oxoniæ ad Facultatem Medicam ſe applicans, exercuit Anatomen & Chemiam, potiſſimum inter juniores Studioſos, factusque Deputatus vel Vicarius Profeſſor Anatomes pro Thoma Clayton: a. 1649. 7. Mart. creatus Med. D.: 1650. menſe Decembri ingentem famam adeptus reſtitutâ in vitam Anna Green, quæ die 14. ejus menſis laqueo ſuſpenſa fuerat: eodem anno (vel 1651.) ineunte Januario electus Anatomiæ Profeſſor Ordinarius, quum Claytonus abdicaſſet: brevi poſt Collegio Medicorum Londinenſium adſcriptus, & Profeſſor Muſices in Collegio Greshamenſi conſtitutus: 1652. conductus Geodæta Hiberniæ, ubi etiam artem medicam Dublini inter primarios cives exercuit, factusque Scriba Concilii, & Secretarius Domini Locumtenentis: 1658. menſe Januario electus Weſtlowi Cornubiæ Deputatus ad Parlamentum die 27. ejusdem menſis congregatum: poſthæc Rege reſtituto, unus ex primis Regiæ Societatis membris: 1661. 11. April. dignitate Equeſtri ornatus, †. 1687. 16. Decemb. longe clariſſimus ob eximiam in Mathematicis, Mechanicis, Phyſica Experimentali ſcientiam ac dexteritatem, pluraque pulcherrima inventa, editis quoque tum hujusmodi argumentorum, tum etiam ſcholaſtici, politici, adeoque ſacri, permultis ſpeciminibus.

§. 842. *Edmundus Gayton*, vel *de Speciosa Villa*, Londinenſis, natus circa 1609, Oxoniæ Magiſter Artium, 1636. Superior Pedellus Artium & Medicinæ, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1647. (1648.)

1. Febr. anno ſequente munere Pedelli expulſus a Viſitatoribus Parlamentariis, ex quo Londini degit, ſed Rege a. 1660. reverſo in locum ſuum reſtitutus, †. 1666. 12. Decemb. editis multis carminibus Anglicanis, nonnullis quoque Latinis, maximam partem futilibus, ex quibus ad medicinam pertinent hymnus de Febribus, Latine: ars Longævitatis, ſeu Diætetica inſtitutio, Anglice; &c. *Antonius Morgan*, Centurio in Exercitu Fairfaxii, hujus commendatione creatus Med. D. Oxoniæ 1647. 8. Maji: item ex eadem commendatione eodemque die *Thomas Wharton*, ex Eboracenſi ducatu, exorta Rebellione Oxonia ex Trinitatis Collegio, cujus erat membrum, digreſſus Londinum, hic in arte medica exercitatus ſub Doctore Johanne Bathurſt: 1647. Candidatus Collegii Medicorum Londinenſis, 1650. ejus Socius, item per quinque aut ſex annos Cenſor, Lector quoque in Collegio Greshamenſi, excellens ſimul practicus, †. 1673. menſe Octobri, ſecundum alios vero 15. Novemb. cujus extat celebris Adenographia. *Johannes* iſte *Bathurſt* fuit Magiſter Artium Cantabrigiæ creatus, incorporatus Oxoniæ 1642. (1643.) 1. Febr. deinde Med. D. & clarus Londini practicus, 1656. & 1658. membrum Parlamenti nomine oppidi Richmond in ducatu Eboracenſi.

§. 843. *Edmundus Trench*, Nordovicenſis Anglus, a. 1638. Med. D. Bituricenſis, incorporatus Oxoniæ 1648. 14. April. *Johannes Micklethwait*, ex provincia Eboracenſi, Med. D. Patavii 1638, incor-

incorporatus Oxoniæ eodem die cum Trencho, idem Collegii Med. Londinenſis Socius, & aliquot poſt annis Præſes, medicus Ordinarius Regis Caroli II, ab hoc dignitate Equeſtri decoratus, †. 1683. 29. Jul. ætatis anno 70. *Georgius Rogers*, Londinenſis, *patre ejusdem nominis*, Londinenſi, Med. Doctore, natus circa a. 1618. Magiſter Artium Oxoniæ 1641. 4. Decemb. deinde medicinæ ſtudiis deditus, in Italiam profectus, & 1646. 30. April. Patavii Med. D. creatus, Oxoniæ 1648. 14. April. incorporatus, hinc Londini practicus, Collegii Medicorum Socius, & 1689. Præſes; cujus extat oratio anniverſaria Harveyana, habita 1681. 18. Octob. *Robertus Waydesden*, Med. D. Cantabrigiæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1648. 13. Octob.

§. 844. *Thomas Sydenham*, de Winford Eagle in Dorſetenſi provincia, (cujus pater Wilhelmus fuit Esquire,) natus circa a. 1624, Oxoniâ Regio Præſidio occupatâ Londinum digreſſus, a Thoma Cox ad medicinæ ſtudium traductus, hinc Oxoniam, ex quo copiis Parlamenti dedita erat, reverſus in Aulam Magdalenæam, & medicinalibus ſtudiis agitatis, 1648. 14. April. in Pembrokiana Creatione Med. Baccalaureus, factusque a Viſitatoribus Socius Collegii omnium Animarum: deinde relictâ academiâ, & poſtmodum ſede Weſtmonaſterii fixa, factusque Doctor Cantabrigienſis Facultatis, fuit practicorum princeps ab a. 1660. ad 1670, in poſtrema ætate Permiſſus ſive Licentiatus Collegii Med. Londinenſis, †. 1689. 29. De-

 cemb.

cemb. laudem adeptus nobilis & publicorum commodorum ſtudioſi animi, admodum gratioſi vel benefici, floridi ſtili, præter practicam dexteritatem ſummam; cujus libri, ad hanc partem pertinentes, cuilibet debent eſſe notiſſimi. *Johannes Palmer*, alias *Vaulx*, Med. Baccalaureus, & 1648. 12. April. Doctor Oxoniæ, die ſequente Cuſtos Collegii omnium Animarum loco ejecti Gilberti Sheldon, Theologiæ Doctoris, †. 1659. 4. Mart. *Tobias Garbrand*, alias *Herks*, Med. Baccal. & 1648. 14. April. Doctor ibidem, Principalis Aulæ Glouceſtrienſis ab a. 1647. usque ad a. 1660, quo Principalis beneficio orbatus, Abingdonum in Berkſhire digreſſus, ibi praxin medicam agitavit, †. 1689. 7. April. *Samuel Thompſon*, Magiſter Artium, & 1648. 14. April. Oxoniæ Med. D. qui ſcripſit Anglice exercitationes & meditationes in textus nonnullos S. Scripturæ. *Petrus Dormer*, Med. D. ibidem eodem anno, die 15. April. creatus. *Humphredus Whitmore*, membrum utriusque Univerſitatis Anglicanæ, & excellens medicinæ practicus, Med. D. Oxoniæ creatus 1648. (1649.) 9. Febr. ad commendationem Fairfaxii. *Abraham Huard*, alias *Lompré*, Gallus Reformatus, Univerſitatis antea Cadomenſis civis, Oxoniæ Med. D. creatus ex mandato Cancellarii Philippi Comitis Pembrokii 1648. (1649.) 8. Mart.

§. 845. *Jacobus Bobart*, celebris Botanicus, Brunſvicenſis Germanus, Cuſtos Horti Medici Oxonienſis, cujus prodiit Catalogus Plantarum ejusdem Horti, Latino-Anglicus & Anglico-Latinus. *Johannes*

hannes Puntæus, Italus, famigeratiſſimus ſuæ ætatis circumforaneus, qui multis ante annis artem ſuam in variis Angliæ urbibus exercuerat, licentiam agitandi Chirurgiam per univerſum regnum nactus eſt Oxoniæ 1649. 16. Novemb., poſt regis reſtitutionem vixit Saliſburii, mortuusque dives & annorum ſatur. *Franciſcus Barkidale*, favore Fairfaxii & Cromwellii creatus Med. D. Oxoniæ 1649. 8. Jun. hac tamen conditione, ut quælibet ſpecimina intra annum ederet. *Wilhelmo* quoque *Hill*, qui 1641. 7. Jul. ibidem Magiſter Artium creatus erat, conceſſum, ut cumularet gradum Baccalaurei & Doctoris Medicinæ: fuit Cudworthenſis ex provincia Warwick, natus anno 1619, in Græcis, Latinis, & Medicina apprime eruditus, poſt a. 1639. Magiſter Scholæ Liberæ (Free-Shool) in Sutton Colfield, natalis provinciæ loco, quam ſcholam celebrem reddidit: non longe poſt gradum Magiſtri obtentum conceſſit Londinum, ibidemque frequentem praxin medicam conſecutus, uxorem alteram duxit filiam medici *Burges* appellati, filii *Johannis Burges* Med. D.: poſthac fuit primarius Magiſter magnæ Scholæ Dublinenſis, ſed Rege Carolo II. reſtituto coactus eam ſpartam dimittere, conceſſit in pagum aut vicum vicinum Finglaſs dictum, ubi privatim docuit, †. 1667, ſepultus 29. Novemb. *Daniel Malden*, Magiſter Artium Cantabrigiæ creatus, deinde medicinæ ſtudiis per 7. annos tractatis, itineribus quoque ad exteros inſtitutis, habitisque ſolemnibus in medicorum ſchola prælectionibus, creatus Oxoniæ 1649. 14. Jul. Med. D. ex commendatione Archiſtrategi

Fairfaxii & literis Cancellarii, ut qui ſanguinem quoque pro Parlamento fuderat. *Gideon Chabræus*, Studioſus Medicinæ primariis academiæ membris magnopere commendatus, legitimis pro gradu docte laudabiliterque peractis, creatus Doctor in Domo Convocationis 1649. 30. Octob. Occurrit etiam Medicinæ Doctor Cantabrigienſis Facultatis, nomine *Shawbry*, qui Oxoniæ 1643. 12. Novemb. ſepultus eſt.

§. 846. *Johannes Arnold*, ex Pharmacopœo tirone Baccalaureus Medicinæ Leidæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1649. 24. Maji, factus quoque Socius Mertonenſis Collegii menſe Februario ſequente (1650) Med. D. 1654. 11. April. hinc Eboraci practicus usque ad mortem. *Ludovicus du Moulin*, *Molinæus*, Gallus, filius Petri celeberrimi Theologi Reformatorum, Med. D. Leidæ creatus, Cantabrigiæ incorporatus 1634. 10. Octob., Oxoniæ 1649. 14. Jul. paulo ante Profeſſor Hiſtoriarum Cambdenianus, ſed poſt Regis reſtitutionem a Profeſſione remotus, hinc Weſtmonaſterii commoratus, †. 1680. 20. Octob. natus annos 77; acris Non-Conformiſta, qua mente permultos edidit libros. *Jacobus Ward*, ex Cantabrigiæ Novæ Angliæ Collegio Harwarden Baccalaureus Artium 1646. 3. Decemb., incorporatus Oxoniæ 1648. 10. Octob. tum quoque Magiſter, 1649. 14. Novemb. Med. Baccalaureus favore Fairfaxii, paulo ante Socius Collegii Magdalenæi a Viſitatoribus conſtitutus. *Edmundus Scrope*, Nobilis, Med. Baccalaureus Oxoniæ 1649. (1650.) 14. Januar.

man-

mandato Deputatorum Academiæ factus, poſtea Cuſtos Sigilli Privati regni Scotiæ, †. 1658. circiter. *Thomas Sclater*, Magiſter Artium Cantabrigienſis Univerſitatis, Med. D. Oxoniæ ſecundum commendatorias literas Cancellarii 1649. 13. Jun. membrum Parlamenti nomine Univerſitatis Cantabrigienſis 1658. *Johannes Wilkinſon*, aliquando membrum Aulæ Magdalenææ, nunc unus Viſitatorum Univerſitatis Oxonienſis, Med. D. 1649. (1650.) 16. Febr. creatus per diſpenſationem Delegatorum, deinceps Doncaſtrii in Eboracenſi provincia praxin inter ſic dictæ piæ partis aſſeclas exercens, †. 1655.

§. 847. *Robertus Lovel*, ex Comitatu Warwicenſi, Artium Baccalaureus Oxoniæ 1650. 16. Decemb. Magiſter 1653. 21. April. inſignis Botanicus, Oxoniæ in Collegio Chriſti degens, poſtea Coventriam digreſſus, ibique medicinam faciens, cæterum Non-Conformiſta, †. 1690. ſepultus 6. Novemb. cujus extant, Enchiridion Botanicum, ſeu completum Herbarium, Anglice: completa hiſtoria Animalium ac Mineralium, itidem Anglice. *Benjamin Wells*, Deptfordienſis, certe Cantius, natus 1616, Artium Baccal. & Magiſter Oxonienſis, tum ad medicinam applicito animo, ejus exercendæ facultatem adeptus 1650. 10. Decemb. quum circa hæc tempora in occidentalibus Plantationibus commoratus fuiſſet, deinde practicus in loco natalis provinciæ Eaſt-Greenwich dicto, ſed ob moroſam indolem parum celeber, †. 1678. ſepultus 13. April. edito libro Anglico de Arthriti-

de, & converſo in eam linguam Bricii Bauderoni Experto Medico, agente de omnibus acutis morbis & febribus. *Chriſtophorus Tearne* vel *Terne*, Cantabrigienſis, ut videtur, Med. D. Leidenſis Facultatis, Oxoniæ incorporatus 1650. menſe Majo, deinde Collegii Med. Londinenſis Socius, †. 1673. 3. Decemb. publicatis quibusdam ſcriptis. *Samuel Collins*, Med. D. Cantabrigienſis Facultatis, ibidem Collegii Regis Socius, Oxoniæ incorporatus 1650. 11. Maji, hic nunc favore Viſitatorum Socius Novi Collegii, deinde longe peregrinatus, & in Aula Czari Moscoviæ per 9. annos commoratus, edidit 1671. Londini Hiſtoriam præſentis ſtatus Ruſſiæ, Anglicano ſermone, ut Collegii Medicorum Londinenſium ſocius.

§. 848. *Johannes Waterhouſe*, qui Cantabrigiæ in Collegio Trinitatis 18. annis Studioſus fuerat, Oxoniæ 1650. 12. Mart. creatus Med. D. ex commendatione Cromwelli, cum cujus Exercitu ut Caſtrenſis medicus in Hiberniam abiit. *Wilhelmus Howe*, Londinenſis, natus circa a. 1619, promotus in Artibus Oxoniæ, deinceps medicinæ cultor, militiâ pro Rege Carolo I. functus, & in Capitaneum turmæ Equeſtris evectus, ſed Regis cauſa peſſum eunte, ad ſtudium medicinæ reverſus, & Londini artem profeſſus, vulgo dictus Doctor Howe; †. 1656. menſe Auguſto aut ineunte Septembri, cujus prodiit Phytologia Britannica, natales exhibens indigenarum ſtirpium ſponte emergentium: edidítque Matthiæ de L'Obel Stirpium illuſtrationes. *Baſſet Ihones*, ex Walliæ provincia

Gla-

Glamorgan, ut veriſimile eſt, 1634. Oxoniæ nomen in Studioſorum numero profeſſus, deinde peregrinatus, Medicinæ & Chemiæ cultor; cujus extat Lapis chemicus Philoſophorum examini ſubjectus: item Hermælogium, ſive tentamen de rationali arte loquendi, tanquam ſupplementum ad Lilyi Grammaticam, Anglice. *Julius Clemens*, Scotus, cujus opuscula aliquot prodiere Patavii 1650.

§. 849. *Wilhelmus Backhouſe*, Samuelis Backhouſe de Swallowfield in Berks, Esquire, filius junior, natus 1593, poſt ſtudia Oxoniæ agitata factus percelebris Chemicus, Roſæcrucius, & Aſtrologus, †. 1662. 30. Maji, quum aliquot libros *Johannis de la Fontaine*, & *Salomonis Triſsmoſini*, præceptoris Theophraſti Paracelſi, chemicorum, in ſermonem Anglicum traduxiſſet. *Thomas Vaughan*, ficto nomine *Eugenius Philalethes*, de Newton in Brecknockſhire, natus 1621, Baccalaureus Artium Oxoniæ 1641. (1642.) 18. Febr. Socius Collegii Jeſu, deinde Sacro Ordine initiatus, factusque Rector S. Bridgeti, ſed propter turbulentum rerum ſtatum illo munere relicto Oxoniam reverſus, ibique & poſthac Londini medicinæ ſtudiis addictus, maxime Chemicis ſub protectione inſignis philochemici Domini Roberti Murray, Equitis: fuitque ſummus admirator operum Henr. Corn. Agrippæ, ei, quicquid haberet, poſt Deum ſe debere profeſſus, †. 1665. (1666.) 27. Febr. ſubito in præparatione mercurii, Alburii in provincia Oxonienſi; magnus Chemicus, Experimentalis Philoſophus, zelotes Frater Roſæcrucius, aliquot

aliquot linguarum Orientalium ſciens, tolerabilis Poeta in Latina & Anglicana lingua; ſuntque ipſius, omnia quidem ſermone patrio, Anthropoſophia Theomagica, fundata in creatoris protochemia, Fratribus ſuis Roſæcruciis dedicata; & Anima Magica abſcondita, ſive diſſertatio de univerſali ſpiritu Nitri, contra quæ ambo ſcripta, ſimul emiſſa, ſcripſit Henricus Morus, ſub nomine Alazonomaſtix Philalethes, unde graviſſima inter ambos rixa exorta eſt: Magia Adamica, & perfecta plenaque detectio veri Cæli terræ: Lumen de lumine, & Aphorismi magici Eugeniani: Aula lucis, ſub poſtremis literis nominis ThomaS VaughaN, S. N. a modern Speculator: Euphrates, diſſertatio de aquis orientis, ſive de iſto arcano fonte cujus aqua fluit de igne, & ſecum ducit radios ſolis & lunæ: ampla Præfatio, cum brevi declaratione operis phyſici Fraternitatis Roſeæ Crucis, præmiſſa verſioni Anglicanæ, ab alio factæ, libri dicti Fama & Confeſſio Fraternitatis: ipſe vero Vaughanus tranſtulit Henrici Nollii Clavem Chemicam. Alius eſt *Eugenius Philalethes*, qui ſcripſit Anglice brevem hiſtoriam naturalem, variis philoſophicis disquiſitionibus interſperſam, de incendio montis Ætnæ, cæt. Lond. 1669. Alius eſt *Eirenæus Philalethes*, *Coſmopolites*, qui ſcripſit Enarrationem methodicam trium Gebri medicinarum, & Anglice Ripleyum redivivum. Alius, *Eirenæus Philoponos Philalethes*, cujus prodiit Anglice Medulla Alchemiæ, 1654 & 1655. 2. partibus. *Robertus* ille *Murray* ſive *Murrey* fuit Scotus ex antiqua & generoſa proſapia, variis ampliſſimis muneribus bellicis

cis & civilibus in Gallia Britanniaque perfunctus, primusque Præſes Societatis Regiæ Londinenſis, †. 1673. 4. Jul. ſubitanea morte; famigeratiſſimus Chemicus, magnus Roſæcrucianorum patronus, in Experimentali philoſophia valde verſatus, & inſignis Mathematicus, cujus complura ſpecimina in Philoſophicis Transactionibus comprehenduntur.

§. 850. *Stephanus Skinner*, Nobilis natu, Londinenſis aut certe Middleſexius, natus circa a. 1622, 1638. Oxoniæ Particeps Collegii Eccleſiæ Chriſti, exorto bello civili in transmarinis univerſitatibus ſtudia cum magno fructu proſecutus, 1646. Oxoniæ Artium Baccalaureus 21. Octob. Magiſter 10. Novemb. iterum ad exteros profectus, in renovata Univerſitate Heidelbergenſi creatus Med. D., Oxoniæ incorporatus 1654. 26. Maji, deinde practicus præclarus Lincolnienſis, †. 1667. 5. Septemb. excellens Græcus, in Orientalibus linguis apprime eruditus, viventis quaſi bibliothecæ elogium meritus, inprimis celebris ob ſuum Etymologicon linguæ Anglicanæ, poſt ipſius mortem editum 1671. *Joſhua Childrey*, Eccleſiaſtici Ordinis vir, commemorandus ob librum Anglicum inſcriptum, Britannia Baconica, ſeu Naturalia memorabilia Angliæ, Scotiæ, & Walliæ: †. 1670. 26. Aug. natus annos 47. *Thomas Buſhell*, ex provincia Worceſtria, non quidem medicus, Mineralium tamen rerum & Metallifodinarum ſtudioſiſſimus inveſtigator, cujus argumenti etiam aliquot libros Anglicanos edidit, †. 1674. menſe Aprili, natus 80. annos aut ultra. *Jona-*

Jonathan Goddard, de Greenwich in Cantio, natus circiter a. 1617, Baccalaureus Artium Oxonienſis, deinde trans mare peregrinatus, poſthac Cantabrigiæ 1642. (1643.) 20. Januar. Med. D., tum Londini practicus, deinceps medicus Caſtrenſis, Cromwellio admodum familiaris, 1651 Cuſtos Collegii Mertonenſis Oxoniæ, (ejectus iterum a. 1660.) ibidem eodem anno (vel ſecundum novam computandi tationem 1652.) 14. Januar. incorporatus, circa idem tempus Collegii Medicorum Londinenſis Socius, poſtea quoque Regalis Scientiarum Societatis membrum, & Profeſſor Medicinæ in Collegio Greshamenſi, †. ex apoplexia 1674. (1675.) 24. Mart. egregius Chemicus, qui ipſe ſua medicamenta elaboravit; nec non aliquot ſcripta Anglicana, quæ ſunt discurſus de Medicina ejusque multiplices abuſus, quos Pharmacopolæ committunt: discurſus exponens infelicem Praxis Medicinalis conditionem, quæ Londini eſt: prælectiones habitæ in Aula Chirurgorum, aliaque manuſcripta: Arcana medicinalia, poſt obitum publicata 1691. & quæ Philoſophicis Transactionibus inſerta ſunt.

§. 851. *Matthæus Hale*, profeſſione quidem Jureconſultus & hujus generis Politicisque officiis functus, ſed & Phyſices hujusque partis Experimentalis, Medicinæ, Anatomes, & Chirurgiæ probe gnarus, ſicut in libris editis, præſertim in illo de primitiva origine generis humani, conſiderata & examinata convenienter ad lumen naturæ, Anglice conſcripto, oſtendit, natus Alderleyi Gloceſtriæ

ceſtriæ 1609. 1. Novemb. † Londini 1676. 25. Decemb. *Franciſcus Potter*, de Meyre in Wiltonia, natus 1594. dominica Trinitatis, Oxoniæ factus Artium Baccalaureus & Magiſter, Theologiæ Baccalaureus, tum 1637. Rector Kilmantoni ſeu Kilmingtoni vel Culmingtoni in provincia Somerſetenſi, cæterum Mechanicarum atque Hydraulicarum artium valde ſtudioſus, in Societatem quoque Scientiarum Regiam Anglicanam cooptatus, qui etiam circa a. 1640. modum curandi morbos per Transfuſionem ſanguinis excogitavit, occaſione ſumta ex hiſtoria Medeæ & Jaſonis, eaque de re ſcriptum Philoſophicis Transactionibus inſeruit; †. 1678. menſe, ut creditur, Aprili. *Marchamont Nedham*, de Burford in provincia Oxonienſi, natus a. 1620. baptizatus 21. Aug. Baccalaureus Artium Oxoniæ 1637. 24. Octob. deinde ad medicinæ ſtudium converſus, & in eo Chemicam ſectam ſecutus, praxin aggreſſus eſt Londini 1645, †. 1678. 29. Novemb. ſepultus; editis plurimis ſcriptis ſtatum publicum Angliæ ſpectantibus, in medicina vero prodiit ejus Medela medicinæ, ſive actio pro libera profeſſione & renovatione huius artis, Anglice, adverſus quem librum a duobus Med. Doctoribus, Collegii Londinenſis Sociis, reſponſiones eâdem linguâ editæ ſunt, a *Johanne Twysden* quidem Medicina Veterum vindicata, a *Roberto Sprackling* vero, qui poſtea pluribus referetur, Medela ignorantiæ: item prodiit eodem ſermone Nedhami diſſertatio epiſtolaris præmiſſa Edw. Bolneſti Medicinæ Inſtauratæ; & alia. *Johannes ille Twysden*, Cantius, Med. D. Andegavi 1646, ſcri-

ſcripſit etiam patrio ſermone Reſponſionem ad Medicinam Inſtauratam, disquiſitionem de Sibyllis earumque libris, variaque Mathematica.

§. 852. *Georgius Wharton*, de Kirby-Kendal in Weſtmorlandia, natus 1617. 4. April. præſtantiſſimus ſui temporis Aſtrologus, qui nonnunquam nomen aſſumſit Georgii *Naworth*, ſcripſitque Calendaria Anglicana ab a. 1640. usque ad a. 1666, complura alia Aſtrologica & Politica, item Poëmata, denique etiam de Criſibus in morbis: idem aliquando pro cauſa Regis arma tulit ut dux turmæ equeſtris; †. 1681. 12. Aug. Idem ex Latino in Anglicum ſermonem convertit *Johannes Rothmanni*, Med. D. Chiromantiam, quæ a. 1595. Erfurti Latine edita fuit. *Johannes Lamphire*, filius *Georgii*, Pharmacopolæ Wincheſtrienſis, Oxoniæ 1636. perpetuus Socius Novi Collegii, ibidem Baccalaureus Artium 1638, deinde etiam Magiſter, tum Medicæ diſciplinæ addictus, loco ſuo Novi Collegii ejectus a Viſitatoribus Parlamentariis, praxi tamen Oxoniæ & in adjacentibus feliciter occupatus, reſtituto Rege etiam in locum Collegii reſtitutus, factusque Profeſſor Hiſtoriarum Cambdenianus 1660. loco remoti Ludov. Molinæi, Med. D. eodem anno 30. Octob., 1662. Principalis Novi-Hoſpitii-Aulæ, (New-Inn-Hall,) loco ejecti Chriſtoph. Rogers, Theologiæ Doctoris; 1663. Principalis Aulæ Hartenſis; idem quoque Judex Pacis in Comitatu & urbe Oxoniæ, †. 1688. 30. Mart. natus annos 73, cum magna laude viri probi, generoſi, publicorum commodorum amantis: qui

qui nonnulla aliorum ſcholaſtica edidit. *Kenelmus Digby*, Eques, magnis muneribus bellicis pariter ac civilibus functus, idem Regiæ Scientiarum Societatis membrum, in Chemicis præſertim eximie verſatus, ob Sympatheticum ſuum pulverem inprimis celebris, †. 1665. 11. Jun. cujus hic commemoranda ſunt, Anglice ab autore vel Gallice ſcripta, deinceps ab aliis Latine converſa, demonſtratio Immortalitatis Animæ Rationalis: diſſertatio de Plantarum Vegetatione: Oratio de Pulvere Sympathetico, Monspelii in conſeſſu magnorum virorum habita: artis Coquinariæ præcepta: Medicina Experimentalis: Annotationes in Thomæ Brownii Religionem Medici; &c.

§. 853. Lectores medicinæ Linacriani Superiores in Univerſitate Oxonienſi, & in Collegio Mertonenſi: *Thomas Dotchen*, ex Collegio Magdalenæo, Med. D., electus a. 1604. 4. Novemb. †. eodem anno (vel ſecundum noſtram ſupputationem 1605.) 29. Januar. *Henricus Buſt*, ex Magdalenæo Collegio, de quo ſupra §. 558. *Bartholomæus Werner*, ex Collegio S. Johannis, vid. §. 562. *Edwardus Lapworth*, primum in Aula S. Albani ſuſtentatus, deinde Collegii Magdalenæi Socius, vid. §. 806; addatur, Linacrianus in Mertonenſi Collegio Lector medicinæ Superior 1619. 9. Aug. quod prælegendi officium anno ante mortem reſignavit. *Johannes Bainbridge*, vid. §. 811, creatus Lector Linacrianus 1635. 25. Maji. *Edwardus Greaves*, ex Collegio omnium Animarum Oxonienſi, vid. §. 827, Lector Linacrianus 1643.

Et 14. No-

14. Novemb. *Daniel Whiſtler*, ex Mertonenſi Collegio, vid. §. 840, Lector Linacrianus 1650. 1. Aug. *Richardus Lydall*, ex Mertonenſi Collegio, Magiſter Artium, Medicinæ Studioſus, creatus Lector 1653. 1. Aug. Med. D. Oxoniæ 1656. 3. Jul. *Edmundus Dickinſon*, ex eodem Collegio, vid. §. 839.

§. 854. Greshamenſis Collegii, quod Londini eſt, Profeſſores Medicinæ: *Petrus Mounſell*, Nobili genere natus, Oxoniæ Artium Baccalaureus 1591, Magiſter 1594, tum Medicinæ Cultor ibidem, & Cantabrigiæ, Pariſiis, Patavii, poſtea ſecundum peregre profectus, & Leidæ, ut videtur, Med. D. creatus, Profeſſor Greshamenſis 1601, †. 1615, ſepultus d. 18. Octob. *Thomas Winſton*, natus 1575, Artium Magiſter Cantabrigiæ creatus, Patavii Med. D., incorporatus Cantabrigiæ 1607, Collegii Medicorum Londinenſis Candidatus 1613. 10. Septemb., Socius 1614. 20. Mart., Profeſſor Greshamenſis 1615. 25. Octob. in Galliam digreſſus 1642, reverſus Londinum 1652, †. 1655. 24. Octob. cujus Anatomicæ prælectiones Anglicano ſermone poſt obitum ipſius editæ ſunt. *Paulus de Laune*, Med. D. Patavii creatus, Cantabrigiæ incorporatus 1615. 4 Novemb., Collegii Medici Londinenſis Candidatus 1616. 4. Jun., Socius 1618. 21. April., ejusdem Collegii Lector Anatomicus, & Electorum e numero, Profeſſor Greshamenſis loco digreſſi Winſtoni 1643. 13. Jun. usque ad hujus reditum & reſtitutionem 1652. 20. Aug. poſthac 1654. medicus generalis Claſſis

in

in Americam miſſæ, ubi videtur diem ſupremum obiiſſe.

§. 855. Omiſſi: *Wilhelmus de Laune*, Med. D., Londini 1610, ſepultus 19. Febr. Doctor *Argent*, Præſes Collegii Medicorum Londinenſis, †. 1642. 24. Aug.

§. 856. Dani: *Matthias Jacobæus*, ſenior, Ripenſis, vid. ſupra §. 563. & 364; quibus addatur, practicus Ripenſis atque Aarhuſienſis, deinde ab a. 1614. Regis Chriſtiani IV. Archiater, & Prælatus Aarhuſienſis, denique ab a. 1620. iterum Aarhuſienſis medicus, †. 1637. natus annos 70. *Wilhadus Adamius*, Med. D. Hafniæ creatus a. 1603. 30. Jun. *Chriſtianus Bordingius*, Aarhuſienſis, Chriſtiani V. Electi Principis Daniæ Medicus, Med. D. ibidem factus 1611. 30. April. deinde circa a. 1613. medicus & Canonicus Ripenſis. *Chriſtophorus Dybvadius*, Hafnienſis, Georgii Profeſſoris Mathematum & poſtea Theologiæ filius, Med. D. & excellens Mathematicus, ſed ob liberiorem linguam & calamum, accuſante Regiæ cauſæ Patrono, ab Univerſitate condemnatus, ordine motus cum ignominia, & carceri incluſus. *Michael Michaelius*, Hafnienſis, Chriſtiani Profeſſoris linguæ Latinæ, & poſtea Græcæ, filius, Med. D. *Tancredus Lælius*, Johannis Alexandri Lælii, Canonici Roëskildenſis, filius, Magiſter, 1625. ad Metaphyſicam vocatus, quam tamen non adiit; idem celebris medicus.

§. 857. Poſt a. 1610: *Caſpar Bartholinus*, Malmogiâ-Scanus, natus 1585. 12. Febr. anno ætatis 20. Wittebergæ Magiſter Artium & Philoſophiæ, Facultatisque poſthac Philoſophorum Adjunctus, tum itineribus per Germaniam, Belgium, Bataviam, Galliam, Angliam factis, Baſileæ quoque a. 1607. ejusdem Ordinis Adjunctus, a. 1608. per Helvetiam profectus in Italiam, Siciliam, Galliam, usque ad Hiſpaniæ fines, in quibus itineribus Romæ ipſius Summi Pontificis medicum D. *Johannem Fabrum* ad lectos ægrotantium comitatus eſt, Neapoli Profeſſionem Anatomicam oblatam modeſte recuſavit, quemadmodum pariter Profeſſionem Græcæ linguæ in Sedanenſi Galliæ academia; Patavii, quum tertium a. 1610. adiit, praxin & Anatomen diligentiſſime exercuit: tum per terras Auſtriacas, Bavaricas, &c. Baſileâ repetitâ, ibidem anno ætatis 25. Med. D. creatus, ſequente Hafniæ Profeſſor Latinæ linguæ, 1613. Gellii Saſceridis in Profeſſione Medica ſucceſſor; poſtea, quum a. 1623 graviſſimo morbo decumberet, voto ſtudii Theologici per reliquum vitæ tempus concepto, a. 1624. 21. Febr. Profeſſor Theologiæ conſtitutus, †. 1629. 13. Jun. Soræ in ædibus præſtantiſſimi medici & botanici, *Burſeri*: idem Capituli Roeskildenſis Canonicus, & 1618, iterumque 1629. 4. Jun. Rector Univerſitatis: plurimis editis libris, Scholaſticis ſeu Philologicis, Logicis, Metaphyſicis, Ethicis, Phyſicis, Theologicis, Medicisque clarus, cujus poſtremi generis ſunt, Problematum Philoſophicorum & Medicorum nobiliorum & rariorum miſcellaneæ exercitationes, ad disputandum

in

in illuſtri Albiaca (Wittebergenſi) propoſitæ, 1611.: Anatomicæ inſtitutiones, ex quibus poſtea nata eſt celebris Anatomia Reformata Thomæ filii: Controverſiæ Anatomicæ & affines nobiliores ac rariores: Paradoxa medica 240: opuſcula 4. ſingularia, de Unicornu ejusque affinibus & ſuccedaneis, de Lapide Nephritico & Amuletis præcipuis, de Pygmæis, de Studio medico inchoando, continuando, & abſolvendo: de Aëre Peſtilenti corrigendo conſilium: ſyntagma medicum & chirurgicum de Cauteriis, præſertim poteſtate agentibus; &c. *Fridericus Severinus*, Hafnienſis, Petri archiatri filius, Med. D., practicus Flensburgenſis circa a. 1618. & 1621, deinde Hafnienſis circa 1631.

§. 858. Poſt a. 1620: *Georgius Fuirenius*, Hafnienſis, natus a. 1581. 31. Maji, præter Humanitatis & Philoſophiæ ſtudia, Mathematicis & Medicis Chemicisque addictus Wittebergæ, Roſtochii, Leidæ, Patavii, & in itineribus per Germaniam, Belgium, Galliam, Angliam, Italiam inſtitutis, Baſileæ a. 1606. Med. D. creatus, 1610. in patriam reverſus, poſtea Herbis per Daniæ regnum inveſtigandis deſcribendisque a Rege præfectus; idem quoque Theologiæ pietatisque perſtudioſus; †. 1628. 25. Novemb. relicto Catalogo Plantarum indigenarum Daniæ. *Johannes Rhodius*, vid. inter Patavinos ſupra §. 573. idem a. 1631. Hafniam ad Profeſſionem Phyſicam vocatus, ſed eam non amplexus.

§. 859. Poſt a. 1630. & ſeqq. *Olaus Wormius*, Aarhuſiâ-Cimber, natus a. 1588. 13. Maji, primum Theologiæ, præter Philoſophiam, ſtudiis tinctus Marpurgi & Gieſſæ ab a. 1605, deinde ab a. 1607. Medicinalem artem amplexus, ejus cauſâ profectus Argentoratum, Baſileam, ubi biennium hæſit; tum ſub finem anni 1608. Patavium, hic quoque electus Nationis Germanicæ Procurator & Conſiliarius Anatomicus, hinc 1609. per reliquam Italiam Monspelium, & 1610. Pariſios, porro per Bataviam Belgiumque Hafniam; hinc Chemiæ cauſâ a. 1611. iterum Marpurgum, & propter peſtem academiâ diſperſâ, Caſſellas, ubi a D. *Gillenio*, Principis Laboratorio præfecto, ad ſecretiſſima quæque admiſſus eſt; eodem anno menſe Decembri Baſileæ Doctoris gradum conſecutus, 1612. ineunte in Angliam profectus, 1613. menſe Julio in patriam reverſus, mox Hafniæ Literarum Humaniorum Profeſſor conſtitutus, poſt biennium Profeſſor Græcæ Linguæ, 1621. Phyſicæ, 1624. Medicinæ, 1636. 26. Octob. Capituli Lundenſis Canonicus, idem Archiater Chriſtiani IV. Regis, & Chriſtiani V. Electi Principis, Rector Univerſitatis a. 1627, 1636, 1642, 1648, 1654; a Cardinali Mazarino a. 1648. magnis muneribus transmiſſis donatus, †. 1654. 31. Aug. inclytus etiam collecto rerum Naturalium & Arte factarum theſauro eximio, Antiquitatum Danicarum inveſtigatione, multisque ſcriptis egregiis, ex quibus huc pertinent, præter Philologica, Philoſophica & Phyſica, Hiſtorica, cæt. ſelecta Controverſiarum medicarum centuria, Controverſiarum medicarum exercitationes

nes 18, Inſtitutionum medicarum epitome, Laurea Philoſophica contra Fratres Roſeæ Crucis, Catalogus Muſei Wormiani; Muſeum Wormianum, ſeu Hiſtoria rerum ejus rariorum; hiſtoria Muris in Norvegia depluentis, ſive animalis quod in Norvegia aliquando e nubibus decidit, & fata atque gramina celerrime depaſcitur; diſſertatiuncula de Renum officio in re medica & venerea, &c. *Simon Pauli*, vid. ſupra §. 670.

§. 860. *Chriſtianus Stougardus*, natus Stenloſemagliæ in Sædlandia 1600. 14. Mart. matre filià *Johannis Paludani*, Med. D. & Friderici II. Danorum Regis Archiatri; ſtudiis humanitatis Hafniæ transactis, Roſtochium & Wittebergam a. 1619. amandatus, anno ſequente propter mortem parentis Hafniam reverſus, 1621. præfectus ſtudiis Nobilis pueri Chriſtiani Skelii, (Scheelii,) poſt annum ab hujus patre Generoſo auctus ſtipendio per triennium ad proſequenda apud exteros ſtudia, quare primum Leidæ cum aliis exercitationibus Medicinalem diſciplinam ingreſſus eſt, tum a. 1624. per Angliam Pariſios conceſſit, ubi prælectionibus D. *Riolani*, D. *Charles*, D. *du Val*, & ægrorum curationibus D. *Læti*, chirurgique celebris *Juif*, interfuit: a. 1626. Hafniæ habita disputatione legitima Regium ſtipendium Medicum adeptus eſt, 1627. ſummum in Philoſophia Gradum, eodemque anno cum Simone Wibe ſuæ fidei concredito per Angliam, Galliamque & Lotharingiam, Argentoratum venit, ubi quadriennium hæſit: tum accepto mandato, ut Mathematicæ aliquando pro-

feſſioni obeundæ ſe præpararet, Baſileam commigravit, verum brevi poſt tempore Wibio in patriam Hafniam revocato, ipſe eodem, menſe Auguſto 1632. rediit: ſed ſtatim iterum comes datus Nobili juveni Oweno Lunge, ſtudiis Mathematicis hanc ob cauſam, ut petierat, exſolutus, cum eo in Gallia biennium commoratus eſt, partim Lutetiæ Pariſiorum, partim Salmurii, partim Andegavi: 1635. Italiam adiit, ubi Owenus a. 1637. 21. Febr. Patavii ex morbo obiit, cujus tum funus Wiburgum reduxit: 1639 Hafniæ Profeſſor Eloquentiæ conſtitutus, quod munus d. 17. Jul. ſuscepit: 1640. 8. Decemb. Med. D. creatus, 1641. cum Comite Woldemaro in Ruſſiam ablegatus, †. 1645. menſe Januario.

§. 861. *Henricus Fuirenius*, *Fyrenius*, Georgii filius, natus Hafniæ 1614. 28. Maji, ab a. 1635. Leidæ per quadriennium ſtudia medicinæ proſecutus, Franequeræ per tres menſes, deinde ex Leidenſi academia profectus in Galliam, Pariſiis Anatomiâ porro excolendâ occupatus, 1639. per Montem Peſſulum Patavium digreſſus, ubi per ſex annos continuos medicis diſciplinis operam dedit, tum luſtratâ reliquâ Italiâ, Baſileam 28. Jun. 1645. ingreſſus, atque hic poſt quatuor menſium intervallum, d. 14. Octob. Med. D. creatus, hinc 1646. patriæ redditus, in qua praxin exercuit, †. 1659. 8. Januar. teſtamento condito, quo Bibliothecam, Muſeum rariorum, plures pecuniæ ſummas Univerſitati, Domui Anatomicæ, Facultati Medicæ, Templis, Pauperibus & Ægrotis, Claſſiariis, Scholaribus egenis, Studioſis, Viduis Paſtorum

rum eccleſiæ, Sub-Bibliothecario legavit. *Fridericus Arniſæus*, Hillerodâ-Seelandus, Med. D. & practicus Hafnienſis, †. 1654. 20. Aug. ætatis anno 33.

§. 862. *Thomas Bartholinus*, Caſpari filius, natus Hafniæ 1616. 20. Octob. Hafniæ Philologiæ, Philoſophiæ, Theologiæ ſtudiis per triennium agitatis, jactisque Medicinæ fundamentis, Leidam conceſſit a. 1637, ubi tribus annis Medica & Anatomica, Philologica, ipſam linguam Arabicam, adeoque Jurisprudentiæ initia tractavit: tum vero, omiſſâ quadantenus ſtudiorum varietate, Medicinali diſciplinæ propius adhæſit in Gallia per biennium, maxime Pariſiis atque Monspelii; hinc in Italia Patavii per triennium, ubi factus Nationis Germanicæ Conſiliarius, & 1642. 6. Kalend. Decemb. Artiſtarum Syndicus & Prorector, quod tamen munus ad vitandam offenſionem eorum, qui repulſam tulerant, iterum depoſuit, cæterum Venetiis in numerum Academicorum Incognitorum cooptatus: deinde Neapoli ſex menſibus Marcum Aurelium Severinum & *Marium Schipanum*, medicos excellentes, affectatus, porro Meſſanæ Petrum Caſtellum, ibidem quoque ad cathedram lauto ſtipendio invitatus: tum relecto itinere, Baſileæ 1645. 14. Octob. Med. D. 1646. per Galliam Belgiumque & Germaniam reverſus in patriam, ſequente anno Hafniæ Profeſſor Mathematum ſuccedens Chriſtiano Longomontano, 1648. ſimul Profeſſor Anatomes in locum Simonis Pauli, 1654.

Profeſſor Medicinæ in locum Olai Wormii, 1656. Facultatis Medicæ Senior perpetuusque Decanus, 1661. vacatione a muneribus academicis conceſſa, Profeſſor Medicinæ Honorarius declaratus, deinceps quoque, poſtquam prædium ſuum Hageſtaedt cum Bibliotheca incendio deleta eſſent, Protobibliothecarius Univerſitatis, itemque Supremi Tribunalis Regii Aſſeſſor, †. 1680. 4. Decemb. cujus ingens eſt gloria, præſertim ob Anatomicam induſtriam, qua Thoracicum ductum chyliferum primus in homine demonſtravit, vaſa Lymphatica detexit, Sanguinis confectionem Hepati antea adſcriptam refutavit, cæt. ob literarum commercium ampliſſimum, ob editos libros egregios quamplurimos non tantum in Anatomicis cæterisque Medicinæ partibus, ſed etiam in Antiquitatibus, Romanis Græcisque pariter ac Danicis, in Oratoria & Poeſi, in re Libraria & Philologica; ex quibus huc pertinent, præter Anatomen, & ſcripta de Lymphaticis ac munere Hepatis exque his nata eriſtica contra Riolanum, Pecquetum, Bilſium, Caſp. Hofmannum, Harvejum, cæt. Hiſtoriarum Anatomicarum & Medicarum rariorum centuriæ 6, Epiſtolarum Medicinalium centuriæ 4, Acta Medica & Philoſophica Hafnienſia 5. voluminibus, de Luce hominum & brutorum libri 3, de Medicina Danorum domeſtica diſſertationes 10, Paralytici Novi Teſtamenti medico & philologico commentario illuſtrati, de Morbis Biblicis miſcellanea medica, de inſolitis Partus humani viis diſſertatio, de Secundarum retentione, Cornari vita Sobria ad uſum vul-

vulgarem accommodata, de Nivis uſu medico obſervationes variæ, de Sanguine vetito disquiſitio, Diſpenſatorium Hafnienſe, a medicis Hafnienſibus adornatum, & a Thoma Bartholino publici juris factum: diſſertationes 2. de Theriaca Hafniæ 1. Febr. 1671. diſpenſata, diſſertatiuncula præliminaris de Confectione Alkermes in diſpenſatione illius habita, Ciſta medica Hafnienſis, variis conſiliis, curationibus, caſibus rarioribus, Vitis medicorum Hafnienſium, aliisque ad rem medicam, anatomicam, botanicam, & chemicam ſpectantibus referta, accedit Domus Anatomica Hafnienſis deſcripta: de Medico Perfecto: de Peregrinatione medica, ad Oligerum Jacobæum, & filios Caſparum & Chriſtophorum Bartholinos: de Anatome Practica ex cadaveribus morboſis adornanda conſilium: de Cometa conſilium medicum cum Monſtrorum nuper in Dania natorum hiſtoria, 1666: oratio in exceſſum Olai Wormii: oratio in obitum Henrici Fuiren: de Medicis Poëtis diſſertatio; & complura alia, præter Obſervationes Ephemeridibus Academiæ Naturæ Curioſorum inſertas, & Libros aliorum a ſe editos Præfationesve talibus præmiſſas. *Ludovicus Pouchius*, Ripenſis, Med. D. & Poliater urbis natalis 1649, idemque Canonicus, †. 1681. 18. April. natus annos 61.

§. 863. Ex reliquis Nationibus hoc intervallo innotuerunt, poſt annum 1600. *Michael Sendivogius*, Liber Baro Polonus, aut ſecundum alios Moravus, trium ordine Imperatorum Conſiliarius, in-

inſignis Chemicus, †. 1646. natus annos 80; cujus varia extant de Lapide Philoſophorum ſimilibusque rebus ſcripta, quædam ſub nomine *Leſchi* & *Coſmopolitæ*. *Simon Birkowski*, Polonus, Philoſ. & Med. D. Poſt annum 1640: *Chriſtophorus Arcioſewski*, Polonus, cujus prodiit epiſtola de Podagra curata. *Ericus Daniel Achrelius*, Suecus, de Roslag, Med. D. & Profeſſor Aboenſis, †. 1670. 17. April. ætatis anno 66. In medicina inclaruit quoque *Joachimus Japonenſis*, martyrium paſſus anno 1613.

Poſt Chriſtum Natum Sæculum XVII. poſt medium.

§. 864. Univerſitates conditæ, vel renovatæ: Anno 1651. *Valentiæ* Delphinatus, renovata. 1655. *Duisburgi*. 1665. *Kilonii*, Chilonii. 1668. *Londini Scanorum* ſeu *Lundæ*. 1671. *Urbini*. 1673. *Conſtantiam* deportata Academia Friburgenſis Brisgojæ. 1677. *Oeniponti*. 1685. *Andegavi* renovata. 1690. *Hafniæ* renovata. 1693. *Halæ* Saxonicæ ſeu Magdeburgicæ. 1697. *Altdorfii* renovata. 1699. *Pernaviam* deportata Dorpatenſis Academia.

§. 865. Academiæ vel Societates Scientiarum, inque his Phyſico-Mathematicarum ac Medicarum conditæ: *Academia Naturæ Curioſorum* in Germania 1652, ab Imperatore Leopoldo confirmata certisque prærogativis aucta 1677. *Academia* Experimenti ſive *del Cimento*, Cæmenti, Florentiæ

1657.

1657. *Societas Regia Anglicana*, Londini 1660. *Academia Regia Scientiarum* Gallicana, Pariſiis 1666. *Societas Regia Scientiarum Boruſſica*, Berolini 1700.

§. 866. Itali, & primum Archiatri Summorum Pontificum: ALEXANDRI VII, *Johannes Jacobus Baldinus*, antehac Urbani VIII. Archiater, vid. §. 567. *Matthias Naldius*, vid. ſupra §. 620. CLEMENTIS IX, *Benedictus Rita*, Leoniſſanus, Profeſſor Romanus, deinde Archiater. CLEMENTIS X, *Floridus Salvatorius*, idem ſimul Canonicus Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo, & Profeſſor in Archigymnaſio Sapientiæ. INNOCENTII XI, *Franciſcus Santuccius*, Romanus, idem Baſilicæ Divi Petri in Vaticano Canonicus, †. 1688; cujus avunculus fuit *Balthaſar Bonannus*, medicus doctiſſimus & Primarius. *Johannes Maria Lanciſius*, Romanus, natus 1654, Med. D. in Archigymnaſio Sapientiæ creatus 1672, deinde Mathematicis ſtudiis addictus ſub magiſtro Vitali Jordano (Giordani,) Anatomicis ſub *Gulielmo Riva*: poſthac tres congregationes, quæ tum ſingulis hebdomadibus inſtituebantur, Botanicam, Anatomicam, & Medicam, multis annis frequentavit, & 1675. ad Praxin, itemque Chirurgiam ac Chemiam magis excolendam ingreſſus eſt Noſodochium S. Spiritus in Saxia, per triennium ibi medicus aſſiſtens *Johannis Tiracordæ*, qui tunc temporis Romæ medicus erat primarius: a. 1678. relicto noſodochio, claram conſecutus praxin, 1684. Profeſſor Anatomiæ conſtitutus, quod munus 8. Idus Novemb. adiit:

1688.

1688. in locum Franc. Santuccii medicus Papæ Cubicularius, deinceps quoque Canonicus Baſilicæ S. Laurentii in Damaſo, & Collegio Medicorum Romano aggregatus: poſtea ad curandam valetudinem Innocentii XII. adhibitus, electusque Conclavis a. 1700. Protomedicus, ac tum Clementis XI. Archiater Primarius Intimusque Camerarius ſeu Cubicularius, ab eodem factus Primarius medicinæ Practicæ in Romano Sapientiæ Athenæo Profeſſor, †. 1720. 23. Kalend. Febr. relictis ampliſſimis Noſocomio S. Spiritus in Saxia legatis, eximiisque ingenii & induſtriæ monumentis, ex quibus præcipua ſunt, de Subitaneis Mortibus libri 2: de nativis deque adventitiis Romani Cœli qualitatibus, cui accedit hiſtoria Epidemiæ Rheumaticæ quæ per hiemem 1709. vagata eſt: de noxiis Paludum effluviis, eorumque remediis: diſſertatio hiſtorica de Bovilla Peſte ex Campaniæ finibus a. 1713. Latio importata, deque præſidiis opportune adhibitis, cui accedit conſilium de Equorum Epidemia quæ Romæ graſſata eſt a. 1712: de motu Cordis & Aneurysmatibus opus poſthumum: item minora opera, de Virgine Callienſi mirabili vexata ſymptomate, 1682: Anatomica humani corporis ſynopſis, proluſio 1684: an Acidum ex Sanguine extrahi queat, & an inter ejusdem ſanguinis principia ulla ſtatui poſſit univerſalis proportio? ad Raymundum Vieuſſenium, 1699: de ortu, vegetatione, ac textura Fungorum, ad Ludov. Ferdinandum Marſilium, 1714: Phyſiologicæ animadverſiones in Plinianam Villam nuper in Laurentino detectam, eodem: de recta Medicorum Studiorum

rum ratione inſtituenda, diſſertatio habita ad novæ academiæ alumnos, & medicinæ tirones in Archi-noſocomio S. Spiritus in Saxia, 1715: forma ac methodus deſcribendæ Morborum Hiſtoriæ, diſſertatio in gratiam medicinæ tironum, per occaſionem Epiſtolæ ab autore ſcriptæ de Horatii Albani, Clementis XI. germani fratris, morbo, interitu, & funere: de triplici Inteſtinorum Polypo: de humorum Secretionibus in genere, & præcipue de Bilis in hepate ſeparatione: de Phyſiognomia: de Sede Cogitantis Animæ, (quam in Calloſo corpore ſtatuit:) denique Diſſertationes Poſthumæ 1745: ejusque & Malpighii Conſultationes & Diſſertationes 1747: adhæc fecit explicationes figurarum operis quod inſcribitur, Anatomia per uſo & intelligenza del diſſegno, Roma 1691: nec non Tabularum Bartholomæi Euſtachii, quas primus edidit; atque ad Metallothecam Michaelis Mercati, pariter ab ipſo editam, annotationes. Alexandri VIII, *Romulus Spezioli*, Firmanus, antea Reginæ Sueciæ Chriſtinæ medicus, Pontificis etiam Cubicularius Intimus, & Beneficiatus in Baſilica S. Petri, ſed mortuo Papa Sacerdos & Profeſſor in Archigymnaſio Sapientiæ. Innocentii XII, *Marcellus Malpighius*, Bononienſis, natus 1628. 10. Mart. finitis ſtudiis humanitatis ac philoſophiæ, Medicinam a. 1649. aggreſſus in patria univerſitate, primum ſub præceptore *Bartholomæo Maſſario*, qui domi ſuæ cum novem ſelectis diſcipulis Anatomen privatam in cadaveribus humanis, brutis autem viventibus exercuit, inciſoribus *Johanne Baptiſta Capponio*, *Chriſtophoro Guelferio*, & *Carolo*

rolo Fracaſſato: deinde, mortuo a. 1655. Maſſario, ſub *Andrea Marino*, practico feliciſſimo, præſertim in acutis morbis curandis: a. 1653. Med. D. creatus, idem Collegio Medicorum Bononienſium adſcriptus, 1656. Lector medicinæ in urbe natali, circa finem ejusdem anni Piſis medicinæ Theoricæ Profeſſor, poſt triennium Bononiam reverſus, ob aerem Piſanum ſibi minus ſalubrem: a. 1662. Meſſanæ Profeſſor in locum Petri Caſtelli, ad quatuor annos conductus, 1666. 23. April. iterum ad quatuor annos confirmatus, ſed eodem menſe profectus in patriam, hic, quamvis Meſſanam redire autumno vel quando per ſanitatem & res ſuas ſibi licitum foret, cogitaret, adeoque literis Meſſanenſis Senatus d. 17. Decemb. datis denuo invitaretur, a Senatu Bononienſi, veniam hanc a Meſſanenſibus rogante, aucto honorario retentus eſt: 1669. 4. Mart. Regiæ Societatis Londinenſis Socius: 1691. Archiater Pontificius, Nobilis Romanus, & Cubicularius Intimus Participans, †. 1694. 29. Novemb. ingentem nominis famam ac gloriam adeptus, obtrectatores tamen etiam reprehenſoresque nactus, inprimis ob ſtructuram minimorum corporis, (quam quidem, ubicunque ſecretio ſit, Glanduloſam ſtatuit,) nec non plantarum, novis artificiis, ut maceratione, microſcopiis, injectione liquoris, cæt. inveſtigatam, unde præclariſſima nata ſunt opera, nominatim, de Viſcerum, ut Pulmonum, Hepatis, Cerebri Corticis, Renum, Lienis ſtructura exercitationes: epiſtolæ de Lingua, de Cerebro, de externo Tactus Organo, de Omento, pinguedine & adipoſis ductibus: de

de formatione Pulli in Ovo, de Utero & viviparorum Ovis, de Cornuum vegetatione: de Polypo Cordis: de Bombyce: Anatome Plantarum: denique Poſthuma Opera, Conſultationesque ac Diſſertationes. *Lucas Tozzi*, Averſa-Neapolitanus, natus a. 1640, 1661. Neapoli Med. D., deinceps Profeſſor Med. & Matheſeos, tandem poſt varios gradus Med. Theoreticæ Primarius, idque per totam deinde vitam, licet abſens; idem Noſodochii Annunciatæ medicus ſupremus, poſtea totius regni Protomedicus: mortuo Malpighio, Archiater Pontificius a. 1695. & in Collegio Sapientiæ Profeſſor Med. Primarius: defuncto Pontifice electus quidem Conclavis medicus, ſed, quum ſimul in Hiſpaniam ad Regem Carolum II. curandum vocaretur, iter eo ingreſſus, rege tamen interim extincto, Mediolano reverſus Romam, inde Neapolin, hinc a Vice-Rege non amplius dimisſus, ſed ibidem †. 1717. 11. Mart. cujus extant, recondita naturæ opera detecta occaſione Cometæ a. 1664. apparentis: de Anima Mundi: Medicina Theoretica & Practica: commentarii in Hippocratis Aphorismos: commentarii in Galeni Artem medicinalem: theſes Phyſicæ ex Sacris Literis depromtæ.

§. 867. Patavii Profeſſores: A. 1652. 6. Kalend. Novemb. Theoricæ medicinæ Extraordinariæ Profeſſor Primarius, *Proſper de Tedeſchis*, Tridentinus, ex Piſano Gymnaſio accitus: idem creditur eſſe *Proſper de Todeſchis*, qui Etruſcus vocatur, & peritiæ medicæ fama commendatus, Pro-

feſſor Theoricæ medicinæ Ordinariæ Secundus conſtitutus eſt 1657. 4. Kal. Octob. †. 1678. A. 1653. 11. Kal. Novemb. *Hilarius Spinellus*, Patavinus, medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Tertius, 1666. Profeſſor Simplicium, 1684. Idib. Decemb. medicinæ Practicæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, 1692. medic. Practicæ Ordinariæ Profeſſor Secundus, †. intra annum. A. 1656. 5. Kal. Octob. *Alexander Borromæus*, Patavinus, Theoricæ medicinæ Extraordinariæ dierum vacantium Profeſſor, 1679. 5. Kal. Octob. Theoricæ med. Extraordinariæ Primus Profeſſor, jam quoque Comes; 1698. 4. Id. Jul. Theoricæ med. Ordinariæ Profeſſor Secundus, 1702. confirmatus, adjecto titulo Supraordinarii, & æquato loco primariis, ad jura, quod attinet, non ad rotuli ordinem; †. 1708. A. 1657. 4. Kal. Octob. *Hermenegildus Pera* ex Portu Buffoleto, adoptione Feltrienſis, med. Theoricæ Extraordinariæ Profeſſor Secundus, †. 1682. A. 1659. 12. Kal. Mart. *Hercules Saxonia* junior, Patavinus, Theoricæ medic. Extraordinariæ Profeſſor Tertius. *Raymundus Janfortius* aut *Johannes Fortis*, Veronenſis, Primarius medic. Practicæ Ordinariæ Profeſſor, Utino accitus, ubi medicinam lauto ſtipendio faciebat, 1675. ſenectutis & valetudinis cauſa emeritus, ſed ejus ſucceſſore digno per totam Europam non invento, munus iterum ſuſcepit, Supraordinarii titulo ornatus, ita ut arbitratu ſuo doceret: 1676. Leopoldi Imperatoris Archiatrus, & Eques Senatus Veneti creatus: †. 1678. menſe Febr. exeunte, natus annos 75; cujus prodiere

Con-

Conſilia de Febribus & Morbis Mulierum, item Conſultationum & Reſponſionum tomi 2. vel Centuriæ 8.

§. 868. A. 1662. poſtridie Id. Maj. *Dominicus Marchettus* vel *de Marchettis*, Patavinus, primarius Chirurgiæ Profeſſor, 1680. 3. Kal Octob. medic. Practicæ Extraordinariæ Profeſſor primus, cum onere ſecandi cadavera ſeu proſectoris: 1683. 7. Id. Octob. primarius Anatomes Profeſſor, †. 1688. natus 1626. in Anatome, Chirurgia, ipſaque medicina ſummam laudem meritus; cujus etiam extat Anatomia, adjectis Reſponſionibus ad Riolanum. *Franciſcus Boſellus*, Venetus, eodem die 1662. Profeſſor ſecundus Chirurgiæ, 1680. 4. Kal Octob. primus, †. 1681. cujus prodiit Amaltheum Medico-Politicum, Antenorea in academia ab a. 1631. usque ad 1665. Medicinæ Profeſſorum encomiis, & elogiis Heroum publica in ejus bibliotheca expictorum adjectis. A. 1665. *Hieronymus Vergerius*, Juſtinopolitanus, Theoricæ medic Extraordinariæ Profeſſor primus, 1676. medic. Practicæ Ordinariæ ſecundus, †. 1680. idem Med. D. Patavii creatus, Profeſſor Med. Piſis 1655. cujus prodierunt prælectiones in Avicennam de Febribus, in Galeni Artem medicinalem, tractatus de Urinis, ſyntaxis Medicamentorum, medicinæ fontes Chirurgia & Pharmacia univerſalis, &c. A. 1666. 10. Kal. Decemb. *Alexander Vigontia* junior, Patavinus, tertius medic. Practicæ Extraordinariæ Profeſſor. A. 1667. *Antonius Marchettus*, Patavinus, Petro patri Adjutor in Anatome datus, 1669.

10. Kal. Decemb. loco patris Profeſſor Anatomes ſecundus, 1683. 3. Kal. Novemb. Chirurgiæ Profeſſor primus, 1730. ætatis vacationem nactus, †. hoc ipſo anno 11. Kal. Novemb. nonagenarius; qui quidem ab elegantia in docendo non multum laudatur, ſed quod ad medendi uſum peritiſſimus fuerit, & ſuo quodam fabulandi genere ægrotis commodus.

§. 869. A. 1675. 15. Kal. Januar. *Jacobus Pighius*, Veronenſis, juvenis inprimis diſertus, primus Anatomes Profeſſor, 1681. ſimul comes & adjutor Georgii a Turre in Botanica docenda Hortoque medico curando, †. 1683. immature, natus 1647. A. 1676. 13. Kal. Octob. *Carolus Patin*, Pariſienſis, Guidonis filius, Profeſſor Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium ſecundus, 1681. 4. Kal. Novemb. Chirurgiæ Profeſſor primus, 1683. 7. Id. Octob. medic. Practicæ Extraordinariæ Profeſſor primus: natus 1633. 23. Febr. 1647. 4. Jul. Pariſiis Magiſter Artium, deinde primum Jurisprudentiæ cultor, in eaque factus Pictavii Licentiatus, & Pariſiis Patronus cauſarum in Parlamento, ſimul tamen medicinæ ſtudium ſuo marte colens, poſthac totus ad medicinam transgreſſus: factus Med. Baccal. tum D. & practicus, poſtea 1668. Rege offenſo ex Gallia exul, idem 1679. Eques D. Marci, & Academiæ Recuperatorum Director, †. 1693. 2. Octob. in re Numismatica præcipue clarus, cujus argumenti quoque complura dedit eximia volumina; de rebus autem medicinalibus ejus prodierunt, tractatus de ceſpitibus bituminoſis ſeu Turfis, Gallice;

lice; Latine, orationes vel diſſertationes de Avicenna, de optima Medicorum Secta, quod optimus medicus debeat eſſe Chirurgus, de Febribus, de Scorbuto, de Peſte; Lyceum Patavinum, commentarius in cenotaphium *Marci Artorii*, medici Cæſaris Auguſti; Obſervationes nonnullæ Miſcellaneis Academiæ Naturæ Curioſorum inſertæ. Permotus autem ad medicinam amplectendam eſt præter cætera, quod *Mareſcottus*, inſignis medicus, dixit, ſe huic arti debere, quod usque in annum 82. valetudine ſecunda gaviſus ſit, quod centum aureorum millia lucratus, quod multorum principum virorum amicitiam intimam conſecutus. A. 1678. 16. Kal. Septemb. *Octavius Saviolus*, Patavinus, medic. Practicæ Extraordinariæ Profeſſor tertius, 1687. 16. Kal. Maj. ſecundus Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium, †. 1693.

§. 870. A. 1679. 13. Kal. Jun. *Georgius Calaphates*, vel Calaphatus, Calafatti, Canea - ſ. Cydone - Cretenſis, Profeſſor Theoricæ medic. Extraordinariæ dierum vacantium, 1695. Non. Maj. medic. Practicæ Extraordinariæ Profeſſor ſecundus, 1703. 4. Kal. April. medic. Theoricæ Extraordinariæ ſecundus, 1709. medic. Practicæ Ordinariæ ſecundus, 1718. emeritus; natus a. 1652. A. 1680. Non. Jul. *Solimanus Bradiolus* vel *Militia de Bradiolo*, Patavinus, Theoricæ medic. Extraordinariæ Profeſſor tertius. A. 1681. Non. Mart. *Auguſtinus Pivatus*, Acelinus, Profeſſor Chirurgiæ ſecundus, eodem anno 16. (al. 4.) Kal. Novemb. Practicæ Extraordinariæ dierum vacantium ſecundus, 1687.

8. Kal. Mart. primus, †. 1693. A. eodem 1681. 16. Kal. Novemb. *Michael Angelus Molinettus*, Venetus, Antonii filius, (qui patri a. 1667, quum ætatis annum ageret 22, Adjutor in Anatomes adminiſtratione conceſſus fuerat,) Profeſſor Chirurgiæ ſecundus, 1683. 3. Kal. Novemb. Anatomes ſecundus, impoſito poſt biennium ſimul onere disputandi in Noſocomio de Pulſibus & Urinis; 1689. Idib. Januar. Anatomes primus, ablata ſchola Pulſuum & Urinarum; †. 1714. 9. Decemb. laudatus tanquam vir in aliis quoque literarum generibus non mediocriter verſatus, acer in judicando, & toto genere perurbanus.

§. 871. A. 1682. prid. Id. Sept. *Alphonſus de Donolis*, Ilicienſis, med. Theoricæ Extraordinariæ Profeſſor ſecundus, 1702. 12. Kal. Maj. primus, †. 1724. ineunte, ſcriptis quoque clarus. A. 1682. poſtrid. Non. Dec. *Hannibal Dominicus Bimbiolus*, Patavinus, med. Practicæ Extraord. Profeſſor tertius, poſtea Canonicus Patavinus, Theologus, & in Cathedrali æde Sacrarum Literarum interpres. A. 1683. *Felix Vialis*, Patavinus, qui in Piſano Gymnaſio ante docuerat, Georgio a Turre comes in Botanica opera atque Adjutor datus, 1687. ipſe Præfectus Horti, 1719. emeritus, †. 1722. 11. Kal. Febr. Eodem a. 1683. 3. Kal. Nov. *Leal Lealis* aut Lealius, Veronenſis, Chirurgiæ Prof. ſecundus, 1692. Prof. Simplicium, 1703. 15. Kal. Aug. med. Practicæ Extraord. ſecundus, 1709. 15. Kal. Aug. primus, 1718. med. Practicæ Ordinariæ ſecundus, †. 1726. Non. Nov. ferturque artem

tem majore fama exercuiſſe, quam explicuiſſe, vultu ipſo & ſpecie corporis ægrotantibus conciliatus; cujus cæterum celebris eſt exercitatio epiſtolica de partibus Semen conficientibus in viro: nec non Hebdomada Febrilis, dialogis conſtans. Item a. 1683. 5. Id. Octob. *Jacobus Viſcardus*, Venetus, Profeſſor hora ſecunda matutina dierum vacantium ad ſecundam fen primi canonis Avicennæ, 1684. Profeſſor Simplicium, 1689. 16. Kal. Nov. ſecundus Anatomes Profeſſor, 1714. primarius, 1721. emeritus, †. 1724. 11. Kal. Dec. natus annos 72; ſcholæ quondam aſſiduus, ſed poſteritatis incurioſus: idem antea fuerat ſecundus Profeſſor Logicæ 1682. prid. Id. Sept.

§. 872. A. 1687. poſtrid. Non. Dec. *Laurentius Bacchettus*, Patavinus, Theoricæ med. Extraord. Profeſſor tertius. A. 1688. prid. Non. Sept. *Ferdinandus Carolus de Anſelmis Rinaldinus*, Patavinus, Theoricæ med. Practicæ Extraord. Profeſſor tertius. A. 1689. 15. Kal. April. *Bernhardus Martinus de Berenclon*, (videtur ſcribendum *Berenclou*,) ex Holſatia, Britanniæ Regis medicus, nunc primarius med. Practicæ Ordinariæ Profeſſor, cum conditione diſſerendi de Pulſibus & Urinis in Noſocomio: ſed ſub finem ſtudiorum anniverſariorum bona venia diſceſſit. A. 1690. 14. Kal Aug. ei ſucceſſit *Franciſcus Jona*, Veronenſis, medendi uſu & exercitatione magis quam doctrina notus; †. 1695.

§. 873. A. 1692. 5. Non. Jul. *Laurentius de Languidis*, Utinenſis, med. Practicæ Extraord. Profeſſor ſecundus, †. 1694. Eodem a. 1692. ſchola Chirurgiæ ſecunda clauſa eſt. A. 1693. *Franciſcus Spoletus*, Etruſcus, med. Practicæ Ord. Prof. ſecundus, antea 1689. Non. Febr. Philoſophiæ Extraordinariæ Prof. primus, ſub initium a. 1696. cum Legatis Venetis extra ordinem miſſis in Angliam profectus, ſervato ſtipendio; eodem a. reverſus, a. 1699 primus med. Practicæ Ord. Prof., mox Legatum Venetum ad Turcarum Imperatorem ſecutus, ſervata Profeſſione cum annexis omnibus: quum rediiſſet, ob valetudinem præcipue oculorum miſſionem efflagitavit a. 1707. †. in patria 1712. editis quibusdam ſcriptis. A. 1694. 5 Kal. Aug. *Campolongus de Campolongis*, Patavinus, Practicæ Extraord. dierum vacantium Prof. ſecundus; antea 1683. prid. Kal. April. Philoſ. Extraordinariæ Prof. tertius; cui auctum ſtipendium eſt a. 1713. A. eodem 1694. 12 Kal. Dec. *Joſephus Pompejus Saccus*, Parmenſis, med. Practicæ Extraord. Prof. primus, 1700. 17. Kal. Maj. Theoricæ med. Ord. Prof. primus, idemque Univerſitatis Præſes, 1702. Parmæ Prof. med. primarius, natus 1634. 14. Maji, 1652. Philoſ & Med. D. 1661. Lector Theoricæ med. in patria, ingenti cum gloria; †. 1718. 22. Febr. pluribus libris compoſitis, qui ſunt Iris Febrilis, nova methodus Febres curandi, novum Syſtema medicum, medicina Theoretico-Practica, medicina Practica Rationalis Hippocratis, quæ maxime laudatur, cæt.

§. 874.

§. 874. A. 1698. 10. Kal. April. *Johannes Baptiſta Bononius*, Patavinus, med. Practicæ Extraord. Prof. tertius: 1713. 4. Kal. Sept. Philoſophiæ Extraord. Prof. ſecundus: 1738. 5. Kal. Dec. emeritus, †. 1746. Item a. 1698. 12. Kal. Sept. *Simon Egben*, Tridentinus, Theoricæ med. Extraord. Prof. primus, qui tamen a. 1701. diſceſſit valetudinis cauſa. Eodem a. 1698. 10. Kal. Sept. *Rinaldus Dogliolus*, Bononienſis, Theoricæ med. Extraord. dierum vacantium Profeſſor, ex patrio Gymnaſio accitus; qui vero Venetiis degit, inde identidem Patavium ventitans, ut diebus vacantibus ſcholas haberet: a. 1709. bonâ Principis veniâ Legatum Venetum Foſcarenum Hagam Batavorum ſecutus, ſalario ſervato, adeoque 1711. aucto: 1719. emeritus, †. 1740. 5. Non. Oct. vir doctus, & medicinæ faciendæ admodum peritus, ſed gymnaſio parum utilis. Tum a. 1720. hæc ſchola clauſa eſt. Eodem a. 1698. 6. Id. Nov. *Homobonus Piſonus*, aut *Piſo*, Artium & Med. D. Cremonenſis, Practicæ Extraord. dierum vacantium Prof. primus, a. 1728. 5. Kal. Aug. med. Practicæ Extraord. Prof. primus, †. 1748. 9. Kal. Octob. qui totis 50. geſti muneris annis nullam prorſus acroaſim omiſit: idemque medicinam fecit cum gravitate, vir ſui arbitrii, a fuco & blanditiis alienus, ſeque uno contentus; magnus quoque in Philoſophia diſputator, non tamen ſupra ſcholaſticum: verſibus etiam Latinis ſcribendis non ſine laude delectatus: multis denique libris editis, ſatis eleganter ſcriptis, clarus, ut ſunt, Ultio antiquitatis adverſus Circulatores, (i. e. contra circulationem ſanguinis Harveja-

vejanam,) 1690: de uſu Veſicantium, 1694: Methodus medendi, & inquiſitio in Sanguinis Circuitionem, 1726: Regimen magnorum auxiliorum in Curationibus morborum, 1735: ſpicilegium Curationum, cui acceſſit diſſertatio de Inconſtantia medicinæ, 1742; cæt.

§. 875. A. 1700. *Bernardinus Ramazzinus*, Carpenſis, med. Practicæ Ord. Prof. ſecundus, 1709. primus, cum conceſſione ut in docendo non tam ſcholaſticæ ephemeridis quam ætatis & valetudinis ſuæ rationem haberet; †. 1714. 5. Nov. non ſine peculiari Gymnaſii & civitatis moerore: idem natus a. 1633. 5. Nov. ſtudiis operatus Parmæ, 1659. Med. D., deinde Romæ, in Ducatu Caſtri, & Carpi praxin ſecutus: 1671. Mutinæ ſede fixa, ibidem 1682. Prof. Med. Theoricæ: idem collega Academiæ Mutinenſis Diſſonantium, Naturæ Curioſorum, Scientiarum Berolinenſis, Arcadum Romanæ: cujus opera, plurimum illa quidem laudata, ſunt diatriba de morbis Artificum, diſſertatio de Sacrarum Virginum valetudine tuenda, commentatio de Principum valetudine tuenda, annotationes in librum Cornelii de vitæ Sobriæ commodis, cum epiſtola ejusdem *Cornelii*, conſtitutiones Epidemicæ Mutinenſes a. 1690-1694, diſſertatio epiſtolaris de abuſu Chinæ Chinæ, tractatus de Fontium Mutinenſium admiranda ſcaturigine, ephemerides Barometricæ, cum tota controverſia ſuper motionibus Barometri: Orationes & Diſſertationes varii argumenti, exercitatio iatrapologetica ſeu reſponſum ad ſcripturam quandam *Annibalis Cervii*,

vii, relatio de partu & morte dominæ Martellini Bagneſi, cum Cenſura *Johannis Andreæ Moniglia*, Med. D., & Reſponſione ad cenſuram, Italice; cæt. Eodem a. 1700. 7. Kal. Sept. *Antonius Valliſnerius*, med. Practicæ Extraord. Prof. primus, 1709. 12. Kal. April. Theoricæ med. Ord. Prof. ſecundus, 1711. prid. Id. Sept. primus, ſimul de Pulſibus atque Urinis in Noſocomio disputare juſſus; †. 1730. 15. Kal. Febr. inclytus plurimis ſcriptis eximiis collectoque rerum naturalium Muſeo; qui magnus Naturæ ſcrutator quum eſſet, magis quidem ornandæ quam faciendæ medicinæ operam dedit: natus 1661. 3. Maji, Nobili ſtemmate Traſlici in ducatus Regienſis tractu Grafagnano, (unde Regienſis appellari videtur:) ſtudiis humanioribus Scandiani, Mutinæ & Regii agitatis, Regiique curſu Philoſophiæ confecto, medicinalem diſciplinam aggreſſus Bononiæ 1683, Med. D. creatus Regii 1685, obſecutus conſtitutioni Principis qua gradum Doctoris extra ditionem ſuam capere ſubjectis vetitum erat: tum Bononiam reverſus ad excolendam Praxin, Anatomen, Botanicam, atque hiſtoriam Naturalem: 1687. Venetiis Praxin medicam perſecutus ſub duce *Florio*, Chirurgicam ſimul artem addiſcens a *Jacobo Grandi*: item 1687. Scandiani practicus: 1688. Parmæ Joſ. Pompejum Saccum ſectatus: idem 1715. electus Studii Patavini Præſes, plurium ſocietatum ſive Academiarum Italicarum membrum, itemque Academiæ Naturæ Curioſorum, & Regiæ Societatis Londinenſis: 1721. Archiater Cæſareus, 1726. Romam ad dignitatem Archiatri Pontificii, & Taurinum ad Profeſſionem Med.

Med. deſideratus: 1728. a Duce Mutinenſi Eques creatus cum omnibus poſteris primogenitis: libri ejus, plerique omnes Italica lingua conſcripti, verſantur fere tantum in obſervationibus experimentisque circa rerum Naturam inſtitutis, atque inde natis ratiociniis, eorundemque præcipui ſunt, conſiderationes & experimenta de Vermibus ordinariis humani corporis; plurimæ diſſertationes vel epiſtolæ de Inſectis variis, præſertim hominum & brutorum, eorumque generatione, hiſtoria Generationis hominis & animalium, de origine Fontium, de Foſſilibus Marinis, de uſu & abuſu calidorum & frigidorum potuum & balneorum, cæt.

§. 876. A. 1664. Magiſtratus juſſit, ut Profeſſores ſub ipſum anni initium earum doctrinarum ſynopſin, quam Paginam vocabant, ſtudentibus darent, quas eſſent toto literario curriculo explicaturi; qui mos jam diu a Juris Profeſſoribus inſtitutus erat. Hoc decretum poſtea, quum opus eſſet, ſæpius renovatum eſt. A. 1699. curatum eſt, ut corpora Anatomicis exercitationibus inciſa ritu ſolemniore ſepelirentur; idque anno proximo literis Triumviralibus 8. Kal. Maj. datis confirmatum eſt. A. 1700. quinquennium, quo ſcholares Cisalpini Venetæ ditionis manere Patavii debebant, & Profeſſores audire, ſi ad lauream jus acquirere vellent, facto decreto ad Quadriennium redactum eſt.

§. 877. Mediolanenſes, poſt a. 1650: *Julius Cæſar Lampugnanus*, Mediolanenſis, Hieronymi filius,

filius, Med. D. & practicus excellens, qui jam a. 1650. librum edidit contra abuſum Tabaci, ſub titulo, levis punctura Tabaci; cæterum cooptatus in Collegium Med. Mediolanenſe fertur demum a. 1659. 13. Dec. †. 1661. 7. Maji. *Antonius Pricivallus* (Princivallus) *Carrera*, natus Aronæ, medicus Mediolanenſis, idemque bonus Poeta; qui ſcripſit Italice, aſſumto nomine *Rafaele Carrara*, Dedecora (confuſioni) medicorum, ubi deteguntur eorum errores ac fraudes, Mediol. 1653. cui vero reſpondit 1655. *Rainerus Perrucha*, Med. D. Collegiatus Vercellenſis, in Apologia de' Medici. *Paulus Maria Terzaghus*, Terzago, Mediolanenſis, Philoſ. & Med. D. Ticini creatus, in Collegium Phyſicorum Mediol. cooptatus 1654. 14. Mart. poſthac ejusdem Collegii Decanus, †. 1695. 4. Febr. cujus prodiit, Muſæum Septalianum *Manfredi Septalæ* deſcriptum, qui liber deinde in Italicam linguam translatus eſt a *Petro Franciſco Scarabelli*, Doctore Medico Vogherenſi, 1666. & Relatio ad Magiſtratum Redituum Extraordinariorum, circa diſtantiam ſationis Oryzarum a civitate Novariæ pro aëris ſalubritate. Ejus filius *Hieronymus Terzagus* fuit pariter Phyſicus Collegiatus Mediolanenſis, jam ante a. 1715. mortuus.

§. 878. *Marcus Prata*, Mediolanenſis. *Johannes Baptiſta Carcanus*, Mediolanenſis, filius *Archilei* junioris, medici, pronepotis Johannis Bapt. Carcani Leonis ſupra dicti, patruelis Archilei ſenioris, natus a. 1626; Philoſ. & Med. D. 1649, deinde Mediolani practicus, †. 1705. 13. Octob. *Seba-*

Sebaſtianus Sitonus, Johannis Baptiſtæ filius, Philoſ. & Med. D. Ticini 1653, †. ætatis a. 30, quum a. 1656. edidiſſet diſſertationem, qua probare contendit, in Fractura Coxæ ob caſum ab alto venæſectionem faciendam in cubito lateris directe reſpondentis coxæ læſæ. Hujus filius *Nicolaus*, Collegio Phyſicorum Mediolanenſi aggregatus a. 1698. †. 1707. *Geneſius Gaſtorellus*, Mediolanenſis Eques, Aſtrologiæ addictus, circa a. 1656. celebris. *Maximilianus Vianus*, Pallantiâ - Mediolanenſis, circa a. 1657. clarus. *Chriſtophorus Paravicinus*, diſcipulus Sigismundi Boldoni. *Johannes Petrus Paravicinus*, qui Pet. Pauli Paravicini librum de Maſſinienſibus & Burmenſibus thermis renovavit auxitque, ſub titulo Avvertimenti ſopra li Bagni del Maſſino cæt. editum Mediol. 1658, cum additamento *Johannis Andreæ Malacridæ*, præſtantis medici Sondrienſis, dedicatum *Rocco Caſato* juniori, Med. D., in Collegium Mediolanenſe cooptato 1658. 18. Jul. practico præclaro, ſed corticem Peruvianum minus approbanti, qui, quum octogenarius eſſet, ab exercenda arte abſtinuit, deinceps aliquot adhuc annos ſuperſtes, † 1694. *Johannes Paulus Cambiagus*. *Sebaſtianus Calvus*.

§. 879. Poſt a. 1660: *Branda Franciſcus Caſtilionius*, Mediolanenſis, Johannis Honorati filius, Med. D. Ticini creatus 1661. 14. Jun. in Collegium Phyſicorum Mediolanenſium cooptatus eodem anno, d. 19. Dec. poſtea factus Protophyſicus Ducatus Mediolanenſis, †. 1712. *Clemens Origonus*, Mediolanenſis, Petri Aloyſii filius, Phy-

ſicus Mediolani Collegiatus, & ex XII. præfectis Proviſionum, circa a. 1662. clarus. *Franciſcus Joſephus Burrus* aut Burrhus, Mediolanenſis, Brandæ filius, Eques, celeberrimus Chemicus, ob ſuſpicionem hæreſeos Româ profugus profectusque Argentoratum, Amſtelodamum, Hamburgum, Hafniam, ſed, dum iter in Turciam facit, Vindobonam abductus & inde Romam, ubi a. 1670. Caſtello S. Angeli incluſus, †. 1695. 20. Aug. natus annos 70; cujus laudanda, de Vini degeneratione in Acetum deciſio experimentalis: epiſtolæ duæ ad Thom. Bartholinum de ortu Cerebri & uſu medico, nec non artificio Oculorum Humores reſtituendi, 1669: & Italice, clavis muſei, quo continentur variæ epiſtolæ Scientificæ, Chemicæque, multa Secreta pulcherrima, cæt. 1681. *Martinus de Saxis*, Profeſſor Artium & Medic. Ticini, circa 1665. clarus. *Carolus Hieronymus Bellanus*, Nobilis Mediolanenſis, natus 1643. 15. Aug. Med. D. Ticini 1665. 21. Nov. †. 1709. 11. Feb. *Bartholomæus Guidettus*, excellens medicus practicus & Aulicus Mediolanenſis.

§. 880. *Johannes Braccius*, Mediolanenſis, qui ſcripſit opus Chirurgicum. *Alexander Madernus*, & *Andreas Blaſius*, Pharmacopœi Mediolanenſes, circa 1668. *Johannes Baptiſta Johanninus*, Giovanini, Joanini, Mediolanenſis, natus 1636. 12. Januar. Chirurgiæ Doctor 1658. 12. Aug. iterum Doctor Chirurgiæ & Medic. Salmanticæ 1667. 25. Januar. tum Chirurgus Major in Exercitu Extremaduræ, poſthac Chirurgus & Medicus Cubiculariusque

que Johannis ab Auſtria, dein Regis ipſius, †. 1691. 26. Dec. cujus prodierunt Hiſpanice, diſſertatio phyſica de motibus Fermentationis, effectis materiarum Nitroſarum in corpora ſublunaria, & cauſis quæ puritatem aeris Madritenſis immutant: nova Idea Phyſica demonſtrativa, hujusque continuatio, addito tractatu de variis Secretis. *Carolus Manonus*, Manone, Mediolanenſis, primo Juris Civilis & Canonici cultor, deinde Medicinæ, cujus Doctor creatus Ticini, ubi artem hanc addidicerat; hinc Mediolani practicus: idem in Oratoria, Poeſi Latina & Etruſca, Matheſi, Aſtronomia, Chiromantia, ſimilibusque bene verſatus; adhuc 1691. ſuperſtes.

§. 881. Poſt a. 1670: *Syrus Phrygius*, Siro Friggio, Mediolanenſis, Petri Franciſci filius, Mediolani Doctor Collegiatus plurimæ exiſtimationis, Profeſſor Ticinenſis circa 1680. *Lazarus de Grandis*, Mediolanenſis. *Paulus Figinus*, Mediolanenſis, natus 1621. 4. Nov. vitam monaſticam amplexus, & *Aloyſius* nuncupatus, denique Abbas, †. 1689. ætatis a. 68.

§. 882. Poſt a. 1680: *Jacobus Brachus*, vel Brachius, Venetus, ſed in Mediolanenſi ducatu diu perpetuoque commoratus, †. 1737. qui ſcripſit italice cogitationes Phyſico-Medicas de Animalibus quæ moriuntur & in recipientibus aëre vacuis & in plenis aere factitio cæt. aliaque de ſimilibus argumentis phyſicis. *Camillus Manara*, Mediolanenſis, natus a. 1652. 10. Januar. Medicinæ

cinæ ſtudioſus & Doctor creatus Ticini, tum ad praxin manuductione Bartholom. Guidetti uſus Mediolani, ibidem poſtea excellentiſſimus medicus Collegiatus, aliquandó Phyſicus Vogheræ, †. 1709. 10. Octob. a quo edita, pharmaceutici Litubiani (forte Riturbiani vel Returbiani) potus ad mentem *Gabrielis Frascati*, Brixiani, extractum, in quo natura, virtus, & utendi modus ejusdem ſincere continentur: de moderando panaceæ Americanæ abuſu, ſive de Tabaci vitio in Europæis, & maximé in Inſubribus corrigendo & emendando: vilitas ſtercoris in balneis Returbii pretioſa, Italice; cæt. *Carolus Joſephus Gerenzanus*, Mediolanenſis, doctus Pharmacopœus, natus 1644. †. 1722. 22. Mart.

§. 883. Poſt a. 1690: *Fabricius Pardvicinus*, medicus Trezzi per 40. annos, †. 1695. menſe Maji, natus annos 64; cujus prodierunt Italice, allevamentum Ætatis cadentis: abuſus medicorum in curandis ægris Abſentibus: Aquæ minerales Maſſini deſcriptæ. *Johannes Baptiſta Francius*, Franzi, natus Palanzæ ad Lacum Majorem 1655. 13. Dec. Med. D. Ticini 1675. 23. Dec. tum uſu medendi comparato, practicus Vogognæ ad eundem Majorem Lacum; a quo conſcripta, elenchus utilitatum de ſectione Venarum in Pedibus; &, Pilula Antivenerea, ſive miſtura antiacida, Italice; quod pilularum genus ipſe diſpenſare ſolitus erat; eapropter adverſarium nactus *Bernardinum Gallignanum*, Finarienſem, Med. D. Mediolani degentem. *Paulus Hieronymus Bimius*, Biumi, Mediolanenſis,

ſis, Med. D. Papiæ creatus 1685, tum ad praxin Mediolani asſuefactus, ibidemque in Collegium Phyſicorum cooptatus a. 1694, 1696. in Sanitatis Tribunali alter ex Conſervatoribus, poſtea in Hoſpitali Majore medicus Ordinarius, & 1699 3. Feb. ibidem Lector Anatomiæ, deinde creatus Comes & Eques Pontificius atque Cæſareus, ante annum 1722, †. 1731. cujus ſunt, Prognoſticorum & Aphorismorum Hippocratis felix recordatio, (i. e. translatio verſibus Latinis:) ſcrutinium theoretico-practicum Anatomiæ & Chirurgiæ, antiquæ & hodiernæ, Italice: item eâdem lingua, nativa indoles Contagii Bovini, & manuale conſiliorum, cautelarum, & remediorum adverſus epidemiam Bovinam: nec non discurſus in quo Lucem ſtatuit elementum præcipuum omnium rerum materialium: examen quorundam vaſculorum Chyliferorum, cæt. præter Sacra. *Antonius Langlois*, cujus parens Veſontione Mediolanum venerat, natus Mediolani 1660, Med. D. Ticinenſis Facultatis, Mediolani practicus, ætatis anno 72. ſacerdos factus, †. 1740. Caſtelleti. *Johannes Dominicus Bellanus*, Nobilis Mediolanenſis, natus 1668. 20. Octob. Med. D. Ticini 1690. 14 Jun. †. Mediolani 1738. 22. April.

§. 884. Varii, poſt a. 1650: *Honuphrius Riccius*, medicus, & Poeta, Profeſſor Neapoli, Præceptor Lucæ Tozzi, †. 1656. *Johannes Alphonſus Borellus*, natus Caſtelli Novi, parte urbis Neapolis 1608. 28. Januar. Philoſophiam ac Matheſin in variis Italiæ Univerſitatibus profeſſus, clarus; præſertim Matheſeos Profeſſor Publicus Piſanus,

ſed

ſed quia motibus Meſſanenſibus 1671. fuerat implicitus, diſcedere coactus; unde circa a. 1677. Romam digreſſus rogatu Reginæ Chriſtinæ, ubi †. 1679. 31. Dec. ſcriptis Phyſico-Mathematicis maxime clarus; ad medicinam vero propius pertinent, de cauſis Febrium Malignarum liber jam 1649: de Renum uſu judicium, & cumprimis inſigne opus poſthumum de Motu Animalium. *Laurentius Magalottus*, Comes, Matheſi, Linguis, & Poeſi probe excultus, apud Magnum Ducem Etruriæ Miniſteriis & Legationibus functus, hic commemorandus, quod Secretarius Academiæ del Cimento fuit, ejusque Experimenta edidit; natus 1637. 23. Oct. †. 1711. 2. Mart. *Valeſius Chimentellus*, Piſis Malpighii amicus. *Hyacinthus Claveronus*, Neapolitanus. *Auguſtinus de Laurentio*, Siculus. *Johannes Baptiſta Zanonus.*

§. 885. *Vincentius Batius*, qui de Potu Calido & Frigido ſcripſit. *Julius Millus*, cujus prodiit Naturæ Morbos decernentis arcanum opus, duobus libris, quorum alter continet ea, quæ universim ad Criſes faciunt, alter Coacas Hippocratis & ſigillatim Morborum omnium enarrat eventa. *Georgius Cortacius*, cujus extat trutina medica de Sanguinis Miſſione, & Vini exhibitione in Febribus. *Leonhardus Agoſti*, Bergomas, Jurisperitus & cauſarum patronus, †. 1660. ſed qui ſimul Mathemata, Medicinam, Politicam, Hiſtoriam, aliaque diſciplinarum genera excoluit, cæterum medicinam ſeu remediorum uſum vehementer averſatus, ſicut oſtendunt ejus ſcripta, nominatim Anti-

timedicina, i. e. non debere ægris ſanguinem mitti, vinum prohiberi, neque medicamenta dari: &, Medicus Principum, utrumque Italice. *Michael* & *Balthaſar Campus*, Lucenſes, Botanici. *Johannes Franciſcus de Franciſco*, qui ſcripſit de Venæſectione nimia contra Empiricos. *Carolus Valeſius*. *Hieronymus Nigriſolus*, Ferrarienſis, ibidem Prof. Medic. †. 1689. natus annos 69; editis Progymnasmatis medicis.

§. 886. *Cæſar Zarottus*, Juſtinopolitanus, cujus extat Epigrammatum medicæ aut philoſophicæ conſiderationis enarratio, ſive de Medica Martialis tractatione commentarius. *Jacobus Miccionius*. *Bartholomæus Torrinus*, cujus ſunt, parnaſſus triceps ſeu muſarum afflatus Phyſiatro-Mathematici de myſteriis Naturæ & Artis: anacriſis de ſectione Saphenæ in ſuppreſſione menſtruorum; cæt. *Attilius Bulgetius*, qui ſcripſit de affectionibus Cordis & de morbis Venenatis. *Andreas Vetranus*, Panormo-Siculus, Poliater urbis natalis, ſed uxore mortua ad Theologiam & Jurisprudentiam converſus, Sacros Ordines amplexus, factusque Parochus S. Nicolai de Calcia, Protonotarius Apoſtolicus, Inquiſitor & Examinator, †. 1689. 24. Mart. Panormi, natus annos 65; poſtquam ediderat amuſſim Medicamentariam, medicum discrimen de Lepra Gallica, cæt. *Carolus Moriſ. ianus*. *Jacobus Mancinus*. *Antonius Criſpus*, Siculus. *Auguſtus Marcellus*.

§. 887. Poſt a. 1660: *Gaudentius Brunacius*, cujus prodiit de Cina Cina, ſeu pulvere ad febres ſyn-

ſyntagma phyſiologicum. *Thomas Bellucius. Andreas Lamez*, Hiſpanus, Profeſſor Neapolitanus. *Laurentius Bellinus*, Florentinus, Profeſſor Piſanus, primo Philoſophiæ, deinceps anno ætatis 20. Anatomiæ per 30. fere annos, denique Magni Ducis Etruriæ Archiater, †. 1703. 8. Januar. ætatis a. 61; inventor Mechanicæ medicinæ, præſtantiſſimorumque de ea librorum autor, qui ſunt, de ſtructura Renum, de Guſtus organo, de Urinis & Pulſibus, de Miſſione Sanguinis, de Febribus, de Morbis Capitis & Pectoris, nonnullaque alia; & poſt ipſius demum obitum ab Antonio Cocchio editi, Discurſus Anatomici, 3. partibus. *Franciſcus Redi*, Patritius Aretinus, natus 1626. 18. Feb. Philoſ. & Med. D. Piſanæ Facultatis, excellens ſocius Academiæ del Cimento, Archiater Ferdinandi II. & Coſmi III. Magnorum Etruriæ Ducum, idem eximius Poeta Etruſcus, †. 1698. 1. Mart. experimentis præſertim circa Viperas & varia Inſecta, horumque Generationem Univocam, captis inſignem gloriam adeptus, de quibus argumentis celeberrima ipſius proſtant opera, ſermone patrio ſcripta, ſed in Latinum mox translata.

§. 888. *Sebaſtianus Badius*, Genuenſis, qui ſcripſit, inter alia corticem Peruvianum redivivum contra *Melippum Protymum*, ſ. anaſtaſin corticis Peruviani, & de neceſſitate Phlebotomiæ in Exanthematibus; cui quidem viro multum debuiſſe Sydenhamus fertur. *Johannes Guilielmus Riva*, Aſtenſis, celebris Anatomicus & Chirurgus Romanus, †. 1676; cujus habetur Obſervationum Chi-

rurgico-Anatomicarum, in figuris repræſentatarum, perrara collectio. *Johannes Baptiſta Capponius*, Bononienſis, Med. D. ejusdemque & Philoſophiæ ibidem Profeſſor Publicus, exercitatus Anatomicus, conf. ſupra §. 866; idem Aſtrologus, & Poeta; †. 1676. menſe Nov. cujus prodierunt animadverſiones ad *Johannis Caroli Soncii* opuſculum de Febribus, ſub aſcito nomine *Chariſii Thormarii Spadonis*: poſthuma vero ſunt, de Morbis Particularibus, de Febribus, de humano Semine nequaquam animato, cæt. præter Philoſophica, Phyſica, Moralia, Politica, Hiſtorico-Literaria, partim Latine, partim Italice compoſita. *Chriſtophorus Guelſerius*, Anatomicus Bononienſis, vid. §. 866. *Carolus Fracaſſatus*, Bononienſis, ibidem proſector, v. §. 866, deinde Anatomicus Piſanus; clarus editis epiſtolis 2, de Lingua, & de Cerebro. *Michael Liparus*, Siculus.

§. 889 *Hieronymus Barbatus*, Patavinus, Piſis Lector medicinæ Practicæ jam a. 1657; cujus laudanda, diſſertatio de Sanguine & ejus Sero: item diſſertatio anatomica de formatione, organizatione, conceptu, & nutritione Fœtus in utero: & de Arthritide opus. *Claudius Uberius*, Patavinus, Piſis Lector publicus Anatomiæ, eodem cum Barbato tempore. *Alexander Marchettus*, natus in Caſtello Pontormi 1633 17. Mart. ex gente Comitum, primo Jurisprudentiæ cultor & Ariſtotelicæ Philoſophiæ, deinde ſub I. A. Borello Mathematum & Medicinæ, factusque Piſis Med. D., tum Lector Logicæ, deinceps Philoſophiæ Profeſſor Ex-

Extraord., poſteaque Ord., tandem Matheſeos, ut ſucceſſor Borelli, †. 1714. 6. Sept. idem clarus Poeta Italicus; cujus permulta ſunt ſcripta Mathematica, Philoſophica, Poetica. *Georgius Aras*, cujus extat enchiridion Hermetico Medicum de omnibus fere medicamentis ſpagyricis, acceſſit idea ſeu ſynopſis novæ & experimentalis illius philoſophiæ, quam accuravit *Franciſcus Travaginus*. *Laurentius Legatus*, Cremonenſis, Philoſ. & Med. D., Profeſſor Linguæ Græcæ Bononiæ, idemque Poeta, †. florente ætate circa a. 1675. *Franciſcus Maria Brancatius*, Cardinalis, ob librum de uſu Chocolatæ allegandus.

§. 890. *Johannes Baptiſta Donius*, Florentinus, Philologus & Antiquarius, non medicus, †. circa a. 1669; qui ſcripſit de ſalubritate agri Romani reſtituenda. *Leonhardus Amatus*, Siculus. *Pelagius Sagopene*, itidem Siculus. *Anſelmus Latioſus*. *Antoninus de Gallego*. *Carolus Lanceanus Petronius*. *Paulus*, poſtea, quum monachus factus eſſet, vocatus *Sylvius*, *Boccone*, Panormitanus, natus 1633. 24. April. †. Panormi 1704. 22. Dec. celebris Botanicus & rerum Naturalium inveſtigator, ejus ſtudii cauſa longe lateque peregrinatus, factusque Patavii Doctor & Profeſſor Botanicæ, & 1696. Academiæ Naturæ Curioſorum collega: unde natæ icones & deſcriptiones rariorum Plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ, & Italiæ: multaque alia ſermone Italico, ad herbas cæterasque res Naturales pertinentia.

§. 891. *Franciſcus Romanus*, Nobilis Conturſinus, cujus prodiit liber de Militari medicinæ conditione: & poſthumæ Conſultationes Medico-Chirurgicæ. *Tarducius Salvus*, Chirurgus: quemadmodum & *Petrus de Piazza*, & *Cynthius Jamatus Johannes Baptiſta Maginus*. *Lælius Triumphettus*, Bononiæ Prof. Philoſophiæ & Botanices.

§. 892. Poſt a. 1670: *Simon de Molinariis*. *Georgius Genua*. *Johannes Bascardinus*, Ferrarienſis, ibidemque Prof. Philoſophiæ & Medicinæ, †. 1673. *Livius Ignatius Conti*. *Philippus Trombetti*. *Paulus de Minis*. *Antonius Vincentius Majolus*. *Petrus Natus*, qui dedit obſervationes de malo Limonio, Citrio, Aurantio. *Bernhardinus Genga*. Chirurgicis ſcriptis laudem promeritus. *Franciſcus Siclenſis*, Siculus, ex Ordine Capucinorum, ſimul Med. D. & Practicus, librorum quoque editor.

§. 893. *Cæſar Macchiatus*, Chriſtinæ, Sueciæ quondam reginæ, medicus. *Johannes Antonius Vitalis*, Salernitanus. *Hyacinthus Bovius*. *Jacobus Zanonus*, de Montechio, ex Pharmacopœiæ cultore anno ætatis 27. Horti medici Præfectus Bononiæ, †. 1682. natus a. 67. qui ſcripſit Italice hiſtoriam Botanicam, plene & Latine editam a. 1742. curante Cajetano Montio. Botanici quoque argumenti libros evulgarunt *Michael Dogni*, *Dominicus Vigna*, & *Eugenius Michetus*. *Joſephus del Papa*, Empolienſis, (Emporienſis,) natus 1649. †. 1735, Philoſ. & Med. D., Franc. Redi diſcipulus,

lus, Piſis primo Lector Logicæ, deinde Lector med. Practicæ Extraordinarius, poſt Ordinarius, tandem Magni Ducis Archiater; cujus prodierunt Italice, diſſertationes epiſtolicæ de natura Calidi & Frigidi, an Ignis & Lux ſint una eademque res, de natura Humidi & Sicci, Conſultationes medicæ, cæt. Latine, de præcipuis Humoribus, qui in humano corpore reperiuntur, cæt.

§. 894. *Bernhardinus Chriſtinus a Juvellina*, Cyrnæus, cujus prodierunt Inſtitutiones medicæ, & Regulæ, Conſultationes, & Obſervationes, una cum centuriis 5. Curationum, variisque tractatibus morborum Specialium, & Aſtrologico ad medicinam pertinente; quibus præmittuntur Arcana *Lazari Riverii* primum edita. *Thomas*, vel *Joſephus Petruccius*, Romanus, natus 1648, Med. D. ibidem 1668, practicus & Profeſſor artis, †. 1711; qui de Capſulis Renalibus earumque uſu librum, aliaque edidit. *Vincentius Menagotus*. *Tiberius Malphus*, (i. e. *Marcellus Malpighi*) cujus Inſtitutiones Chirurgiæ Germanice etiam converſæ ſunt. *Johannes Maria Ciaſſi*, cujus ſunt meditationes de natura Plantarum, & tractatus phyſico-mathematicus de Æquilibrio Fluidorum ac levitate Ignis. *Johannes Jacobus Roggieri*, ſ. *Rogerius*, Romanus, natus 1628, qui deſcripſit Plantas indigenas ſoli Romani, ſuperſtes 1682. *Antonius Philippus Ciucci*. *Antonius Martellus*.

§. 895. *Proſper Magatus*, qui ante Bontekœum dixit Febrium putridarum cauſam eſſe Coa-

gulatum ſanguinem. *Stephanus Lorenzinus*, cujus anatome Torpedinis applauſum meruit. *Jacobus Morus. Dominicus de Marinis. Lucas Antonius Portius*, Neapolitanus, ex Academia Inveſtigantium, circa a. 1672. Romæ Profeſſor Med. Primarius, 1684. Venetiis Vindobonam profectus, poſtea Neapoli Primarius Anatomiæ Profeſſor, natus a. 1639, adhuc 1711. ſuperſtes; qui jam a. 1667. librum de aſcenſu liquorum in canalibus utrinque apertis Italicum edidit, poſtea plura ſimilia phyſico-mathematica, pariter ac medica, in quibus Latina ſunt, Eraſiſtratus ſive de Sanguinis Miſſione, (cujus frequentiam damnavit,) in Hippocratis librum de Veteri Medicina paraphraſis, de Militis in Caſtris ſanitate tuenda, cæt. omniaque ejus opera a. 1736. conjuncte recuſa ſunt. *Johannes Baptiſta Verla*, Neapolitanus, cujus eſt Anatomia Oculi Artificialis humani, inventa ab ipſo & recens fabricata, ex Italico autoris ſermone deinde Latine converſa. *Antonius Mazza*, Salernitanus, Doctor Phyſicus & almi Collegii Promotor, qui ſcripſit hiſtoriam urbis Salernitanæ, inque hac celeberrimæ Scholæ.

§. 896. Poſt a. 1680: Abbas *de Catelan. Proſper Mandoſius*, Nobilis Romanus & Eques S. Stephani, commemorandus ob ſuam Bibliothecam Romanorum Scriptorum, & Theatrum Archiatrorum Pontificiorum. *Julius Malvicinus*, Venetus, cujus prodierunt utiles Collectiones medico phyſicæ, ad medicinæ Inſcios prolatæ. *Antonius Ruaſus*, Siculus. *Florius*, celebris medicus, Venetiis artem

artem exercens, v ſupra §. 875. *Jacobus Grandus*, excellens Chirurgus Venetiis agens, v. eod. §. 875. *Cyprianus Targoni*, medicus Florentinus, Experimentorum phyſicorum ſtudioſus. *Joſephus Zambeccarus*, itidem doctus medicus Florentiæ & in Experimentis capiendis ſedulus, poſtea Profeſſor Anatomiæ Piſanus, cujus extant experimenta circa diverſa e variis Animalibus viventibus exſecta viſcera.

§. 897. *Leonhardus de Capua*, Bagnolo-Neapolitanus, natus 1617, primum Theologiæ cultor, tum Jurisprudentiæ, denique Medicinæ, autor Academiæ Inveſtigantium, idem Academiæ Arcadum membrum ſub nomine *Alceſti Cillenii*, †. 1695. 17. Januar. qui ſcripſit Italice opiniones forma dialogorum de Origine & progreſſu medicinæ, itemque de Incerto Medicamentorum effectu, Latine lectiones de Memphitium natura, cæt. *Johannes Baptiſta Triumphettus*, Bononienſis, Med. D. & Romæ Prof. Simplicium & Horti Botanici Præfectus, cujus extant obſervationes de ortu & vegetatione Plantarum, earumque Vindiciæ. *Ludovicus Ferdinandus* Comes *Marſigli*, non quidem medicus, ſed, præter geſta ſumma munera bellica, diligentiſſimus rerum Naturalium inveſtigator, de quo ipſius ſtudio teſtantur ejus Danubius Illuſtratus: hiſtoria naturalis Maris, Gallice: liber de generatione Fungorum: de potu Coffeæ, Italice; aliaque: & præſertim fundatum ab ipſo 1712. 11. Januar. Inſtitutum artium & ſcientiarum Bononienſe; idem 1703. Socius Honorarius Academiæ Scientiarum

rum Pariſinæ, & poſtea quoque membrum Societatis Regiæ Londinenſis; natus Bononiæ 1658. 10. Jul. †. 1730. 1. Nov. *Pancratius Euonymus. Franciſcus Cappoccius. Johannes Baptiſta Scarella*, qui Botanica ſcripſit. *Johannes Caldeſi. Monginotus.*

§. 898. *Dominicus Gagliardi*, medicus Romanus, celebris ob ſuam Anatomen Oſſium. *Hercules Capredonius*, Soncinas, Philoſ. & Med. D., circa 1687. clarus. *Franciſcus Maria Nigriſolius*, Hieronymi filius, Ferrarienſis, ibidem factus Med. D., tum Commachii Phyſicus Primarius per 3. annos, deinde Ferrariæ Prof. Med., denique Prof. Philoſ. Primarius; qui ſcripſit Italice de Generatione viventium, de Anatomia Chirurgica ſub nomine *Franc. Mariæ Gilii*, cæt. Latine ad I. C. Weberi Ancoram ſauciatorum obſervationes, Febrem Chinachina expugnatam, Pharmacopœiæ Ferrarienſis prodromum, cæt. Conſilia medica partim Italica partim Latina; aliaque; natus a. 1648. †. 1727. 10. Dec. *Carolus* Comes *de Caballis. Graſſinus Farra. Franciſcus Dominicus Anda. Joſephus Lanzonus*, Ferrarienſis, natus a. 1663. 26. Oct. ibidem 1683. Philoſ. & Med. D., 1694. Prof. Med. Ord., poſt medicam Profeſſionem 40. annis geſtam Lector Phyſicæ Primarius, idem Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, †. 1730. 1. Febr. ob virtutes quoque morales valde laudatus; plurimis cæterum ſcriptis clarus, in quibus ſunt de Iatrophyſicis Ferrarienſibus, de Pollinctura & Balſamatione cadaverum, de Coronis & Unguentis in Conviviis

veterum Italice, poſtea Latine redditum: de Luctu mortuali veterum: Adverſariorum libri 4: Conſultationes medicæ: Obſervationes Ephemeridibus Nat. Curioſorum inſertæ, & permulta alia, quæ 3. Tomis collecta prodiere 1738. 4. inſuper extant ejus complura Carmina Italica.

§. 899. *Felix Paſſera.* *Franciſcus Valcaſſar*, Siculus Drepanitanus, †. 1691, qui a. 1689. edidit orationem Italicam funebrem de vita & obitu celeberrimi medici *Ant. Criſpi.* *Philippus Cavallinus.* *Johannes Hieronymus Sbaragli*, ſ. *Sbaralea*, Bononienſis, natus 1641. 28. Oct. ibidem 1663. Prof. Philoſophiæ, deinceps 1664. Medic. & Anat. poſt docendi munus 40. annis geſtum emeritus, †. 1710. 8. Januar. qui Malpighianam minimorum inveſtigationem damnavit, eoque ſpectant ejus de Recentiorum medicorum ſtudio diſſertationes epiſtolares phyſico-anatomicæ, harumque appendix: oculorum & mentis vigiliæ ad diſtinguendum ſtudium Anatomicum, & ad Praxin medicinæ dirigendam: de Vivipara Generatione; &c. poſt obitum prodiit ejus Entelechia ſ. Anima brutorum ſenſitiva demonſtrata contra Carteſium. Adverſus eum ſcripſit *Johannes Paulus Ferrarius*, Med. D. Parmæ degens.

§. 900. *Jacobus Sinibaldus*, cujus extat Apollo bifrons, i. e. collectio diſſertationum medicarum, Latino & Etruſco ſermone. *Philippus Mazierus*, qui complura ſcripſit Chirurgica, Italice. *Didacus Mataralius.* *Alexander Piſoni* vel *de Piſoni.*

ſonibus, Homoboni pater, excellens Chirurgus Cremonenſis. *Octavius Cappellus*, Med. D. Ferrarienſis, †. 1711. *Diacinto Ceſtoni*, natus Sanctæ Mariæ in Georgio, loco Marchiæ Anconitanæ, 1637. 3. Maji, undecimo ætatis anno a literarum ſtudiis abſtractus ad artem Pharmaceuticam, 1650. Romam ejus cauſa profectus, 1655. Liburnum, ubi per 10. annos ſubſtitit, deinde profectus Maſſiliam, Lugdunum, Genevam, Avenionem, ubique rebus Naturalibus perveſtigandis intentus; tum reverſus Liburnum, atque hic civitate donatus, (unde fortaſſis eſt, quod ſeſe Liburnenſem appellavit,) & a Magno Duce Protopharmacopolæ titulo condecoratus, †. 1718. 29. Januar. ſcriptis Italice variis obſervationibus Inſectorum ad Ant. Vallisnerium, quæ poſtea repetitæ & annotationibus locupletatæ ſunt in Vallisnerii operibus; ad eundem extat ibidem ipſius Iſtoria della grana del Kermes, &c. epiſtola Italica denuo exponens ſuam opinionem de Scabie, vere condizioni della Salſapariglia, vero modo di dare e preparare la Chinachina.

§. 901. Poſt a. 1690: *Franciſcus Cupanus*, natus Myrthi Siciliæ 1657, primum Medicinæ cultor, deinde Theologiæ, 1681. Ordinem S. Franciſci ingreſſus, maxime tamen Hiſtoria Naturali patriæ excolenda occupatus, †. 1710. Panormi; cujus habentur, Catalogus Plantarum Sicularum, Hortus Catholicus Principis Catholici, (i. e. Siciliæ,) ejusque duo Supplementa, &c. *Michael Angelus Andriollus*, ſ. *Andreoli*, qui ſcripſit de Conſervanda

da Valetudine, de Febribus, Enchiridion Practicum, novum Syſtema Practicum, &c. *J. C. B. a Guelfalione. Johannes Baptiſta Gyraldus. Johannes Antonius Caſſini de Bugella. Johannes Baptiſta Scaramucci*, medicus Urbinas.

§. 902. *Joſephus Nocera*, natus Meſſanæ 1643, ibidem 1664. Med. D. poſthac Poliater, Regius Noſodochii medicus, & Vice-Regis Archiater, qui ſcripſit de controverſia, quam Dom. Scala movit, circa Phlebotomiam: quemadmodum & *Stephanus Piccoli*, Veronenſis: & *Alexander Pegolotti*, Bozzolenſis. *Dominicus Scala*, ſ. *la Scala*, Meſſanenſis, natus a. 1632, anno ætatis 22. Med. D., deinceps Profeſſor Med. Primarius & Practicus in urbe patria celeberrimus, Democriteus & Helmontianus, aſſeclas Scaliſtas nactus, qui amore patriæ munus Archiatri Pontificii poſt obitum Malpighii recuſavit; ſed ingraveſcente ætate Sacris ordinibus initiatus, †. 1697. 7. Sept. cujus extat Phlebotomia damnata. *Matthæus Georgius*, Genuenſis, qui Scalam refutavit. *Pius Nicolaus de Garelli*, Bononienſis, factus Eques, Conſiliarius, Archiater primus, & Bibliothecarius Caroli VI. Imp. †. 1740. 21. Jul. qui 1696. Viennæ Auſtriæ Sbaragli, præceptoris ſui, Scepſin de Vivipera generatione, Leopoldo Imp. dedicavit. *Virgilius Falugius*.

§. 903. *Georgius Baglivi*, Raguſinus, natus a. 1668, factus Prof. Anatomes & Medicinæ Romanus, idem membrum Academiæ Nat. Curioſorum,

rum, Societatis Regiæ Londinenſis, aliarumque academiarum, †. 1708; in obſervandis morborum accidentibus atque inde eliciendis regulis Practicis diligentiſſimus, qui cæterum in morbis procreandis Solida potiſſimum accuſavit, Duræque matri propriam adſcripſit ſyſtolen ac diaſtolen; ejusque opera perfrequenter variis in linguis & gentibus, etiam ſæpius conjunctim excuſa ſunt; ex quibus eminent, de Praxi medica libri 2, ſpecimina quaternorum librorum de Fibra Motrice & Morboſa, diſſertationes plures, inter quas illa de anatome, morſu, & effectibus Tarantulæ; cæt. *Ludovicus Teſti*, Mutinenſis, Med. D. celeberrimus, Venetiis medicinam faciens, inventor Sacchari Lactis. *Jacobus Sandri* vel *de Sandris*, Nobilis Bononienſis, Philoſophus & Medicus clariſſimus, Profeſſor Anat. & Chirurg. †. 1718. 23. April. cujus laudanda ſpecimina medica de naturali & præternaturali Sanguinis ſtatu. *Carolus Muſitanus*, Caſtravillarius Neapolitanus, natus 1635. 5. Januar. Theologus quidem & Summi Pontificis a Confeſſionibus, ſed & Neapoli Profeſſor med. Therapeuticæ, & Practicus occupatiſſimus, præſertim in Venerea lue & Mulierum affectionibus, cæterum miſſionis ſanguinis, hirudinum, clyſterum, ſimiliumque oſor, Chemiæ potius addictus; †. 1714; cujus libri permulti, practici generis, ſæpenumero typis excuſi ſunt, cum ſigillatim tum conjunctim. *Petrus Antonius de Martino*, qui pro Galeno contra Muſitanum ſcripſit, ſed ſimul Circulationem Harveyanam impugnavit.

§. 904.

§. 904. *Antonius Maria Valſalva*, Imolenſis Nobilis, natus 1666, Philoſ. & Med. D. Bononiæ creatus 1687, 1697. ibidem primus Proſector, quod munus hoc anno primum inſtitutum erat; poſtea Profeſſor Anatomiæ conſtitutus & Noſocomii Incurabilium Chirurgus; idem Inſtituti Bononienſis Socius Ordinarius, electus quoque inter patriæ civitatis Dominos Priores Pacificos, †. 1723. 2. Febr. præcipuam laudem promeritus edito tractatu de Aure humana; memorabilis etiam ob ſententiam propriam de uſu Renum Succenturiatorum. *Johannes Baptiſta Contulus*, Bononienſis, qui ſcripſit de Glutine in humano corpore producto, & ejus affectibus Calculo, Arthritide, cæt. aliaque. *Alexander de Bonis*, Cremenſis, natus 1672. 30. Octob. Philoſ. & Med. D. 1692, deinde Venetiis praxi medicinali occupatiſſimus, idemque in humanitatis ſtudiis apprime verſatus, †. 1719. 24. Jun. *Sebaſtianus Rotarus*, Veronenſis, qui inprimis multa contra phlebotomiam Italice ſcripſit, mercurii contra propinandi magnus patronus; cujus quidem Opera, antehac publicata pariter ac poſthuma, Italice, a. 1744, duobus circiter poſt ipſius obitum annis c njuncte prodierunt. *Alexander Lugus*, medicus phyſicus Cremonenſis, circa a. 1697. clarus. *Primitius Gabellus*, ibidem ejus adverſarius. *Job. Baptiſta Vulpinus*, cujus eſt Hæmophobiæ triumphus.

§. 905. *Ferdinandus Santanellus*, Raguſæ medicinam faciens, cujus extant Lucubrationes. *Aloyſius della Fabbra*, ſ. *a Fabra*, aut *Faber*, Ferrarienſis, natus 1655. patre Chirurgo, factus ibi-

 dem

dem Med. D., & praxi deditus, poſtea in Senatum Majorem allectus, denique Profeſſor Med. Primarius, 1721. emeritus, †. 1723. 21. April. *Antonius Franciſcus Bertinus*, Florentinus, qui medicinæ firmitatem defendit & aſſeruit. *Dominicus Sanguinetus.* *Johannes Baptiſta Fantonus*, cujus ſunt Obſervationes Anatomico-Medicæ.

§. 906. Galli, poſt a. 1650; primum Archiatri Regis: præter dictos ſupra §. 626. *Franc. Vautier*, *Antonium Valot*, *Franc. Curæum de la Chambre*, & *Marinum Curæum de la Chambre*; *Antonius d'Aquin*, vel *Aquinas*, Philippi Aquinatis, Judæi converſi, nepos, Pariſienſis, Med. D. Facultatis Monſpeſſulanæ, Archiater Reginæ 1667, Regis 1671, ſed dimiſſus 1693, †. 1696. *Guido Creſcentius Fagon*, Pariſienſis, natus 1638. 11. Maji, 1664. Pariſiis Med. D., poſt iter Botanicum per Galliam factus Profeſſor Botanices & Chemiæ in Horto Regio, Archiater Conjugis Delphini 1680 aliquot poſt menſibus etiam Reginæ, hac mortua Liberorum Regiorum, tandem ipſius Regis primus Archiater 1693. & Academiæ Scientiarum Honorarius Socius 1699; qui Rege mortuo in Hortum Regium, cujus Præfecturam retinuit, conceſſit, vir a virtute etiam & publicorum commodorum ſtudio laudatiſſimus, †. 1718. 11. Mart.

§. 907. Monſpelienſes Profeſſores: *Michael Chicoynneau*, Blæſenſis, 1659. Profeſſor Quartæ Cathedræ, 1664. Prof. Anatomiæ & Botanices, ſi Quintæ Cathedræ, & Cancellarius, idem Conſilia-

riu

rius in Curia Rationum, Cenſuum, ac Redituum urbis, (Cour des Comptes, Aides, & Finances,) qui Cancellarii munus, quod primo & tertio filiorum ceſſerat, his mortuis, & tertio quidem ante 20. ætatis annum, bis recipere coactus eſt, †. 1701, decrepitus & viſu orbatus. *Petrus Sanche*, filius, Monſpelienſis, Prof. Primæ Cathedræ 1659. †. 1668. *Edmundus Morphée*, Limerico - Irlandus, Doctor Aggregatus 1659. *Gaſpar Fesquet*, Monſpelienſis, Demonſtrator Anatomicus 1659, Prof. Secundæ Cathedræ 1665. †. 1672.

§. 908. *Petrus Benoit*, Carcaſſonnenſis, Prof. Quartæ Cathedræ 1664, †. 1667. *Amé Duranc*, Monſpeſſulanus, Prof. Sextæ Cathedræ ſ. Chirurgiæ & Pharmaciæ 1665, Decanus 1676, †. 1693. *Arnuldus Fonſorbe*, Monſpeſſulanus, Demonſtrator Anatomicus 1665. *Andreas Brunet*, de S. Pons ex Diœceſi Agdenſi, Prof. Tertiæ Cathedræ 1668, †. 1674. *Hieronymus Tenque*, de Martegues in Provincia, Prof. Cathedræ Quartæ 1668, †. 1688. *Johannes Chaſtelain*, Agdenſis, Prof. Primæ Cathedræ 1669, †. 1715.

§. 909. *Guilielmus Rideux*, Monſpelienſis, Prof. Secundæ Cathedræ 1673. *Johannes Bezac*, Monſpelienſis, Prof. Tertiæ Cathedræ 1674, Decanus 1711. A. 1675. Demonſtrationis Chemicæ munus inſtitutum, fueruntque Demonſtratores, *Sebaſtianus Matte*, dictus *La Faveur*, primus: deinde *Niſſolus* pater: *Niſſolus* filius: *Solier*: *Johannes Matte*, filius, a. 1681. A. 1685. ex Aggre-

gatis Demonſtratoribus Anatomicis facti ſunt Regentes Doctores. Ex reliquis Doctoribus Aggregatis fuit *Johannes Henricus Haguenot*, Monſpelienſis, incertum quo anno.

§. 910. *Petrus Chirac*, de Conques in Rouergue, ex diœceſi Rhodeſii, natus 1650, ex Theologiæ ſtudioſo medicus, 1682. Med. D. Monſpelienſis, Prof. Quartæ Cathedræ 1687, 1692. medicus Caſtrenſis in Catalonia, ſervata Profeſſoris ſparta, 1706. Ducis Aureliani medicus Caſtrenſis, 1707. Pariſiis ſedem figens, 1715. ejusdem Ducis, jam Regentis Archiater, 1716. Academiæ Scientiarum Socius Liber, 1718. Præfectus Horti Regii, 1728. a Rege Nobilibus adſcriptus, 1730. Archiater Regius, †. 1732. 1. Mart. practicus fortunatisſimus, magnæ gravitatis, qui venæſectionem pedis in Variolis introduxit, graveſque lites habuit de invento Acido ſanguinis cum Vieuſſenio, & de ſtructura Pilorum cum *Sorazzo*, medico Italo: ejusque prodierunt Conſultationes Gallicæ poſthumæ. *Franciſcus Chicoyneau*, Monſpeſſulanus, Michaelis, Profeſſoris & Cancellarii, filius, natus 1672, primo Militiæ Navali deſtinatus, ſed duobus fratribus mortuis ad medicinam a patre traductus, tum 25. ætatis anno Med. D., mox eodem a. parentis ſucceſſor in ſparta Cancellarii & Cathedra Quinta ſ. Anatomiæ & Botanicæ, a. 1720. ad curandam peſtem Maſſilienſem ut princeps medicus a Rege miſſus cum *Boyero* & *Vernyo*, 1731. medicus Liberorum Regiorum, & poſt 9. menſes, 1732. Regis ipſius Archiater, ſucceſſor Chi-

Chiraci, ſoceri, eodem a. ſocius Liber Academiæ Scientiarum, †. 1752. 13. Apr. vir lucri neutiquam cupidus, omnibusque facilis, cui quoque emendata methodus curandi luem Veneream attribuitur. *Petrus Magnol*, Monspeſſulanus, Prof. Sextæ Cathedræ ſ. Chirurgiæ & Pharmaciæ 1694, †. 1715. cujus extant, Botanicon Monspelienſe, novus Character Plantarum, aliaque. *Antonius Deidier*, Monspeſſulanus, Demonſtrator Anatomicus, ſucceſſor Arnaldi Fonſorbii 1695, idem poſtea Conſiliarius & medicus Regius, Eques Ord. S. Michaelis, Prof. Chemiæ Monspelii, medicus Conſulens civitatis Maſſiliæ, Regiæ Societatis Londinenſis Socius; cujus prodiit diſſertatio de morbis Venereis & de Tumoribus, Inſtitutiones medicinæ Theoricæ, Conſultationes & Obſervationes medicinales Gallicæ, cæt. *Petrus Rideux*, Monspeſſulanus, Prof. Secundæ Cathedræ 1698.

§. 911. Academiæ Scientiarum Pariſinæ ſocii medici recepti a. 1666. *Marinus Curæus de la Chambre*, jam dictus ſupra §. 626, ſed †. 1671. ſecundum Hiſtoriam Academiæ. *Claudius Perrault*, Perault, Peraltus, Pariſienſis, Med. D. Facultatis patriæ, idem in Mathematicis, Architectura, Muſicisque clariſſimus, †. 1688. 9. Oct. natus annos 75; editis Gallice Tentaminibus Phyſicis, & Commentariis pro hiſtoria naturali Animalium, præter Architectonica. *Samuel Cotreau du Clos*, Pariſienſis, medicus Regis Ordinarius, †. 1685, qui ſcripſit Gallice de principiis Mixtorum naturalium, & obſervationes de Aquis Mineralibus complurium Galliæ provincia-

ciarum. *Claudius Bourdelin*, natus Villæ Francæ prope Lugdunum a. 1621, Med. D., in Chemicis clarus, †. 1699. 15. Oct. *Johannes Pecquet*, de quo ſupra §. 646, add. Med. D. Facultatis Monspelienſis, †. 1674. *Ludovicus Gayant*, v. §. 651. *Nicolaus Marchant*, Med. D. Patavii creatus, primarius Botanicus Gaſtonis de Francia, & Director culturæ Plantarum in Horto Regio, †. 1678; qui edidit Gallice deſcriptiones Plantarum ab Academia collatarum.

§. 912. A. 1673. *Dionyſius Dodart*, Pariſienſis, natus 1634, 1660. ibidem Med. D. cum inſigni eruditionis laude, deinde etiam Profeſſor, aliquot Principum Virorum ac Mulierum medicus Ordinarius, ut de Longueville, de Conti, cæt. Regis item Conſiliarius medicus Ordinarius, †. 1707. 5. Nov. felix piusque practicus & præſtans Botanicus, quique Sanctorii Staticam medicinam in ſua Gallia æmulatus eſt. A. 1674. *Petrus Borellus*, Caſtrenſis, medicus Conſiliarius Regius Ordinarius, †. 1689; cujus ſunt, Bibliotheca Chemica ſ. Catalogus librorum philoſophicorum Hermeticorum; de vero Teleſcopii inventore hiſtoria, acceſſit centuria Obſervationum Microſcopicarum: Hiſtoriarum & Obſervationum medico-phyſicarum centuriæ 4: Hortus ſ. armamentarium Simplicium, Mineralium, cæt. *Guichardus Joſephus du Verney*, de Feurs en Forez, natus 1648. 5. Aug. patre *Jacobo* poliatro: Avenione, ubi 5. annis medicinæ operam dederat & Doctor creatus erat, Pariſios digreſſus 1667, hic brevi, cum Anatomica dexteritate

tate tum Eloquentia, inclaruit, adhibitusque ad demonſtranda Delphino præparata Anatomica; 1679. Prof. Anat. in Horto Regio, miſſusque verſus litora ad Piſces diſſecandos, cæterum Praxi abſtinens, & propter pectoris infirmitatem etiam poſt aliquot annos Demonſtratione anatomica, ad quam Chirurgi idonei opera uſus eſt: idem primus in Horto docuit Oſteologiam: 1722. Veteranus academicus, conventum tamen iterum anno æt. 80. lætus vigensque celebrare valuit; †. 1730. 10. Sept. cujus laudatiſſimus eſt tractatus Gallicus de organo Auditus, & in manuſcripto relictæ Obſervationes ex Anatomia variorum Animalium. A. 1678. *Johannes Marchant*, Director culturæ plantarum Horti Regii. A. 1684. *Johannes Mery*, de Vatan in Biturigibus, natus 1645. 6. Januar. patre Chirurgo ejusdem nominis, Chirurgus Juratus Pariſinus, Chirurgus Reginæ Franciæ 1681, Chirurgus Major Invalidorum militum 1683, & poſtea 1700. Noſocomii Dei Pariſiis, idem a Rege miſſus in Luſitaniam ad curandam Reginam 1684, eodem anno cum Duce Burgundiæ iter faciente, a. 1692. in Angliam incerta de cauſa; †. 1722. 3. Nov. controverſiis Anatomicis ac Chirurgicis inclytus, quo pertinent ejus ſcripta Gallica, obſervationes de methodo Lithotomiæ fratris Jacobi: novum ſyſtema Circulationis Sanguinis in Fœtu per Foramen Ovale, cum reſponſis ad Objectiones: Problemata phyſica de Generatione & Nutritione Fœtus.

§. 913. A. 1691. *Joſephus Pitton Tournefort*, Aquæſextienſis, natus 1656. 5. Jun. Theologico

quidem ſtudio a parente deſtinatus, ſed Herbis inveſtigandis potius delectatus, denique huic ſtudio, mortuo patre, unice deditus, tum Arauſione Med. D. factus, aggregatus deinde Pariſienſi Facultati, a. 1683. Prof. Botanices in Horto Regio Pariſino, antea & poſthac per Galliam, Hiſpaniam, Luſitaniam, Angliam, Belgiumque Herbariæ rei ſtudio peregrinatus, iterumque a. 1701. a Rege in Orientem ejusdem rei cauſa miſſus, tum factus Prof. Med. Regius, †. 1708. 28 Dec. qui inventâ novâ Methodo, plurimisque novis Herbis, præſertim ex Oriente allatis, hanc diſciplinam plurimum juvit, ejusque rei præclara monimenta reliquit, quæ ſunt, Elementa Botanica Gallice: Inſtitutiones rei Herbariæ, earumque Corollarium: de optima Methodo inſtituenda in re Herbaria epiſtola, in qua reſpondetur diſſertationi Joh. Raji de variis plantarum Methodis: Hiſtoria Plantarum circa Pariſios naſcentium, Gallice: Iter Orientale, Gallice; tractatus de Materie Medica, Gallice. *Guilielmus Homberg*, v. inter Germanos. A. 1692. *Moyſes Charas*, Med. D. Londini aggregatus, Prof. Chemiæ in Horto Regio Pariſino, †. 1698, qui ſcripſit Gallice, nova Experimenta in Vipera inſtituta, horumque Continuationem, adverſus Franc. Redum: & Pharmacopœiam Regiam, Galenicam pariter ac Chemicam. A. 1693. *Morinus*, de Telone Martio, Botanicus. A. 1694. *Simon Boulduc*, antiquus Judex Conſul, Pharmacopœus Viduæ Ducis Aurelianenſis & Viduæ Reginæ Hiſpaniæ, Demonſtrator Chemicus in Horto Regio, in Academia primum Sectator (Elève,) tum Aſſociatus,

tus, deinde Penſionarius, denique Veteranus; †. 1729.

§. 914. A. 1696. *Dominicus Guglielmini*, vid. inter Italos Sæc. XVIII. A. 1698. *Daniel Tauvry*, natus Lavalii 1669. patre *Ambroſio* etiam medico, anno ætatis 15. Med. D. Andegavi, poſtea quoque Facultati Pariſienſi adſcriptus, †. 1701; editis pulchris libris Gallicis, qui ſunt, tractatus de Generatione & Nutritione Fœtus: nova Anatome Ratiociniis inſtructa: Praxis morborum Acutorum omniumque illorum, qui pendent a Fermentatione humorum: tractatus de Medicamentis & modo illis utendi: Praxis morborum Chronicorum ſ. habitualium. *De Langlade*, Chemicus, †. 1717. A. 1699. *Nicolaus Lemery*, Rothomagus, natus 1645. 17. Nov. multis annis in urbe natali, tum Pariſiis, & Montepeſſulo Pharmacopœorum diſciplinæ addictus, 1672. Pariſiis hanc artem, præcipueque Chemicam partem profiteri cœpit, 1681. Religionis Reformatæ cauſa pulſus & in Angliam profectus, brevi tamen in patriam reverſus, tum a. 1683. Cadomi Med. D. factus, (deinde etiam in Facultatem Pariſienſem cooptatus,) ſed 1685. abolito Edicto Nannetenſi praxi medica abſtinere juſſus, tum a. 1686. ad Romano-Catholicam Eccleſiam transgreſſus, †. 1715. 19. Jun. laudem introductæ Chemiæ Rationalis adeptus; cujus celeberrima ſunt opera Gallica, Curſus Chemicus: Pharmacopœia univerſalis: tractatus univerſalis de Simplicibus rebus medicamentariis, ordine alphabetico, tractatus de Antimonio. *Claudius Bourdelin*, Claudii §.

911. dicti filius, Pariſienſis, natus 1667. 20. Jun. 1692. Med. D. Facultatis Pariſ. 1703. medicus Ordinarius Ducis fæminæ Burgundiæ, per emtionem, 1708. ejusdem Archiater, Societatis Regiæ Londinenſis membrum, †. 1711. 20. April. Botanicus, cæterum medicus fere gratuitus. *Ludovicus Morin*, natus Cenomani 1635. 11. Jul. circa a. 1662. Pariſiis Med. D. & Noſodochii Dei medicus primum Expectans, deinde Ordinarius, idem medicus Principis fæminæ de Guiſe, 1700. Tournefortii peregrinaturi vices in demonſtrandis herbis Horti Regii ſuſcipiens, cujus operæ pretium retulit herbam Morinam a Tournefortio in ſui honorem appellatam; cæterum pane & aqua fere victitans, niſi in debilitate ſenectutis, & ſalarium Noſodochii in ejusdem truncum eleemoſynarum clam refundens; †. 1715. 1. Mart. Botanicus, quique Indicem uberrimum Græco-Latinum in Hippocratem, & Obſervationes Barometricas ac Thermometricas quadraginta annorum reliquit manuſcripta.

§. 915. Adhuc a. 1699: *Stephanus Franciſcus Geoffroy*, Germ. *Gottfried*, natus Pariſiis 1672. 13. Febr. patre *Matthæo Franciſco*, Pharmacopola, antiquo Scabino, & antiquo Conſule: ad Pharmaceuticen a parente deſtinatus; interim in Phyſica omni, Botanica & Chemia ab optimis magiſtris inſtitutus, 1692. Monſpelium ad Pharmacopœum miſſus, 1693. in hac arte examinatus, ſpecimine etiam artis exhibito, ſed denique medicinalem profeſſionem cum juniore fratre contra pharmaceu-

ceuticam parentis venia permutavit: 1698. cum Comite Tallardo Legato in Angliam profectus ut medicus, ibidemque poſt ſex menſium ſpacium allectus Societatis Scientiarum Londinenſis ſocius, 1700. iterum in Italiam ut medicus comitatus Abbatem de Louvois: 1702. Med. Baccalaureus Pariſiis, 1704. Doctor: 1707. a Fagono Archiatro, in exercenda Profeſſione Chemiæ in Horto Regio, ſibi ſubſtitutus, loco Domini *de St. Yon*, qui propter valetudinem id muneris amplius obire non potuerat: 1709. Prof. Med. in Collegio Regio, Tournefortii ſucceſſor: 1712. a Fagono Profeſſionem Chemiæ in Horto nactus, ea conditione, ut lectionibus Chemicis adjungeret illas de Medica Materie: 1726. Decanus Fac. Med., quod munus quum per biennium ordinarium geſſiſſet, ipſi in duos novos annos honorificentiſſime continuatum eſt; †. 1731. 6. Januar. cujus extat præclarum opus poſthumum de Materia Medica. *Guido Creſcentius Fagon*, Socius Honorarius, de quo ſupra §. 906. *Nicolaus Hartſœker*, v. inter Germanos. *Johannes Bernoulli*, v. inter Germanos. *Claudius Burlet*, Med. D. & Archiater Regis Hiſpaniarum, †. 1731; Botanicus. *Claudius Berger*, Pariſienſis, natus 1679. 20. Januar. patre ejusdem nominis Med. Doctore Pariſienſis Facultatis, celebri practico, qui obiit a. 1705; filius ejusdem Facult. Doctor factus, a Fagono Archiatro demandatum habuit vicarium munus Profeſſionis Chemiæ in Horto a. 1709, 1710, & 1711, tumque Profeſſor ita conſtitutus, ut Fagono defuncto ſuccederet, ſed †. 1712. 22. Maji; cæterum in Scientiarum Academia

demia ſectator (Elève) primum Tournefortii Botanicus, deinde Hombergii Chemicus. *Ægidius* (Gilles) *Franciſcus Boulduc*, Simonis fil., Pariſinus, Archi-Pharmacopœus Regis 1712, Reginæ 1735, idem antiquus Scabinus, antiquus Judex-Conſul, Demonſtrator Chemicus in Horto Regio, in Academia primum Sectator, & 1727. Aſſociatus ordinarius; natus 1675. 20. Febr. 1695. Magiſter Pharmacopœus, †. 1742. 17. Januar.

§. 916. *Alexius Littre*, de Cordes in Albigenſi tractu, natus 1658. 21. Jul. Monſpelii medicinæ ſtudiis imbutus, hinc circa a. 1683. Lutetiam profectus, ibi poſt 15. circiter annos Doctor Regens medicæ Fac., 1699. in Academia Sectator Joh. Bapt. du Hamel Anatomicus, 1702. Aſſociatus, idem medicus Caſtelleti Pariſienſis, †. 1725. 1. Febr. *Franciſcus Poupart*, Cenomanus, Pariſiis in ſumma paupertate ſtudia Philoſophiæ Carteſianæ, maximeque Hiſtoriæ Naturalis atque Anatomes perſecutus, & anatomes quidem melius excolendæ gratia inter Chirurgos Noſodochii Dei nomen profeſſus receptusque, licet ejus artis theoria ſolum imbutus, Med. D. Rhemis factus, 1699. in Academia Meryi Sectator Anatomicus; †. 1709. menſe Oct. cui adſcribitur liber anonymus la Chirurgie complette. *Michael Ludovicus Reneaume de la Garanne*, Doctor Regens Facultatis Pariſienſis, Botanicus; cujus prodierunt Theſes & Orationes publice habitæ. *Ludovicus Lemery*, Nicolai filius, Pariſiis natus 1677. 25. Januar. primum cauſis forenſibus agendis deſtinatus, ſed deinde ad paternam Chemiæ diſciplinam

plinam ac medicinam traductus, anno ætatis 21. Med. D. Pariſienſis Fac., tum in Academia primum Tournefortii Sectator, mox parentis; 1708. Fagono & Bergero vicariam operam præſtitit in Chemicis lectionibus Horti Regii: ab a. 1710. medicus Noſodochii Dei: 1712. Aſſociatus Academiæ, 1715. Penſionarius: 1722. medicus Regius per emtionem, quo officio comitatus eſt Infantem Mariam Annam Victoriam revertentem in Hiſpaniam, mox poſt reditum ab ea honore ſui medici Conſulentis ornatus: 1731. Chemiæ Profeſſor in Horto, ſucceſſor Gothofredi: idem medicus Ducis fæminæ Brunſvicenſis in Palatio Luxemburgenſi commorantis, & Principis Viduæ ſecundæ de Conti; †. 1743. 9. Jun. cujus extat liber Gallicus de Alimentis, propter quem controverſiam incurrit cum Nic. Andry, quemadmodum de generatione Monſtrorum cum Winslowio, cæt.

§. 917. Alii Academici, non quidem medici, qui tamen partes medicinalis diſciplinæ tractarunt: A. 1666. *Johannes Baptiſta du Hamel*, de Vire oppido Normandiæ Inferioris, natus 1624, anno ætatis 19. Pater Congregationis Oratorii, 1643. Paſtor eccleſiæ Neuillenſis, (quo munere ſe abdicavit a. 1663, poſtea tamen quotannis gregem antiquum inviſens,) 1656. Eleemoſynarius Regis, 1666. Secretarius Academiæ, præter eruditionem reliquam propter Latini quoque ſtili elegantiam electus, poſthac quoque ſocius Anatomicus: 1668. Legatum Gallicum ad tractationem Pacis Aquisgranenſem, & deinde in Angliam comitatus; †. 1706. 6. Aug.

6. Aug. cujus huc pertinent, de Meteoris & Foſſilibus libri duo: de Corporum affectionibus cum manifeſtis tum occultis, ſeu promotæ per Experimenta philoſophiæ ſpecimen: de Corpore Animato, ſeu promotæ per Experimenta philoſophiæ ſpecimen alterum: Regiæ Scientiarum Academiæ hiſtoria; præter libros de Conſenſu Veteris & Novæ philoſophiæ, philoſophiam Veterem & Novam ad uſum Scholæ accommodatam, cæt. *Edme* ſ. Edmundus *Mariotte*, natione Burgundus ex quorundam ſententia, Prior Sti Martini de Beaumont vel, ſecundum alios, ſous Beaune, vel ſous Beaume, (niſi error ſcripturæ eſt,) quatuor leucis procul Divione, a. 1666. ſocius Academiæ Phyſicus, †. 1684. (al. 1689. ſed perperam,) 12. Maji; in cujus operibus Phyſico-Mathematicis, Gallice compoſitis, occurrunt etiam libri de vegetatione Plantarum, de natura Aëris, Caloris & Frigoris, novum repertum de Viſione, cæt.

§. 918. *Gothofredus Guilielmus de Leibnitz*, v. inter Germanos: pariterque *Ehrenfried* (Ernfroy) *Walther* (Gualterus) *de Tſchirnhaus*. *Melchiſedech Thevenot*, obitis editisque longinquis peregrinationibus inclytus, hinc factus Bibliothecæ Regiæ Cuſtos, 1685. Academiæ membrum in claſſe Phyſica, idem a Rege ſuo ad Conclave eligendo Summo Pontifici poſt Innocentium X. defunctum amandatus, poſtea quoque ad S. P. Q. Genuenſem miſſus Legatus, †. 1692. natus annos 71. cujus, præter cætera, prodiit etiam ars Natandi, cum præceptis Balneandi utiliter, Gallice. *Bernhardus de Fon-*

Fontenelle, Rothomagenſis, natus 1657. 11. Febr. †. Pariſiis 1757. 9. Januar. 1697. Secretarius perpetuus Academiæ, ſucceſſor Duhamelii, ex hujus ipſius commendatione: idem Academiæ Gallicæ ſocius, itemque Academiæ Inſcriptionum Elegantiorumque Literarum, nec non Societatis Regiæ Londinenſis membrum, pariterque Academiæ Scientiarum Rothomagenſis, cæt. ex cujus cultiſſimis ſcriptis Gallicis hic commemoranda, Elogia Sociorum Academiæ Scientiarum Pariſinæ, ejusdem Academiæ Hiſtoria ab initio usque ad a. 1680, item Hiſtoria Renovationis Academiæ a. 1699. factæ, cæt. *Guilielmus Amontons*, Pariſienſis, natus a. 1663. 31. Aug. †. 1705. 11. Octob. Academiæ membrum in Mechanicis 1699; memorandus ob librum Gallicum de conſtructione novæ Clepſydræ, nec non de Barometris, Thermometris, atque Hygrometris.

§. 919. Varii; poſt a. 1650: *Philippus Guide*, pater, de Châlon, Med. D. Facultatis Monspelienſis. *Petrus Morinus.* *Carolus Luſſaud*, medicus Niorti in Pictonibus, cujus eſt Functionum Fœtus officialium aſſertio, cum Animadverſionibus in contrariam Exercitationem *Philippi le Houſt*, 1651: idemque videtur eſſe cum illo Lusſaud, qui circa a. 1663. edidit Gallicam Apologiam pro Medicis adverſus eos, qui hos accuſant, quod Naturæ nimium tribuant. *Nathan Albineus*, cujus prodiit Bibliotheca Chemica contracta. *Philippus Mouteau*, Nancejenſis, Præfectus (Intendant) Aquarum Mineralium Bourbonenſium, cir-

ca a. 1655. inclareſcens, †. Nanceji 1695. 12. Febr. ætatis a. 88. *Edme Mugnier*, de Châlon, Med. D., natus 1623, inclareſcens 1653, †. in urbe natali 1702. 9. Nov. ætatis a. 97. *Carolus Drelincourt*, Pariſinus, Theologi ejusdem nominis filius, natus 1633. 1. Febr. 1650. Salmurii Magiſter, 1654. Monspelii Med. D., 1655. medicus Archiſtrategi Turennii, ab a. 1656. usque ad 1658. Regius Caſtrenſis medicus Supremus in Flandria, 1663. medicus Regius Extraordinarius, 1668. Leidæ Profeſſor Medicinæ, 1670. Anatomiæ, †. 1697. 31. Maji; vir elegantis ingenii, & in Anatomicis præſertim, tum Græca Latinaque philologia magnam laudem adeptus; inter cujus opera ſunt, oratio inauguralis Monspeſſula, qua medicos cæteris hominibus Religioni aſtrictiores eſſe demonſtratur, atque etiam Impietatis crimen in ipſos jactatum diluitur atque propulſatur: de Divinis apud Hippocratem dogmatis ſermo, Græce dictus: Apologia medica, qua depellitur calumnia, medicos ſexcentis annis Roma exulaſſe: de Partu Octimeſtri vivaci diatriba; cæt. Contra eum ſcripſit *Alithophilus* quidam.

§. 920. *Iſaacus Cattierus*, Pariſienſis, qui Monspelii docuiſſe dicitur, & cujus extant Obſervationes medicinales, eximiæ illæ quidem, & de Rheumatismo diſſertatio: it. Gall. de balneis Bourbonenſibus, jam 1650. *Johannes Barilius*. *Carolus Arthurus Pleſſius*. *Carolus Guillemæus*, Jacobi filius, Pariſienſis Facultatis Doctor, †. 1656; qui aliquot libellos eriſticos, pro privilegiis medi-

cæ ſcholæ Pariſienſis contra tentamina Monſpelienſium, adverſus *Johannem Courtaud*, medicum Monſpelienſem, & *Joh. Heroardum*, Archiatrum, contumeliarum & conviciorum plenos, publicavit. *Ludovicus Ferrantus*, Biturix, qui Hippocratis Coaca præſagia brevi enarratione illuſtravit. *Johannes Chicotius*, Regis Conſiliarius & Medicus, cujus extant Epiſtolæ & Diſſertationes medicæ.

§. 921. *Gabriel Fontanus*, Jacobi filius, qui ſcripſit de veritate Hippocraticæ medicinæ contra Hermeticos. *Dionyſius Joncquet*, medicus Pariſienſis, cujus prodiit Hortus, ſive index onomaſticus plantarum, quas excolebat Pariſiis a. 1658 & 1659. *Philippus Doute*, Pariſienſis, cujus habetur de ſucco Cyrenaico diatriba adverſus *Bertinum Dieuxivore*. *Longuet* & *Galois*, Doctores Pariſienſis Facultatis, præſtantes Botanici. *Johannes Merlet*. *Petrus Bounin*, de S. Seyne, 5. leucis a Divione, clarus a. 1659, medicis Divionenſibus aggregatus 1679, †. 1710. 1. Nov. natus annos 71.

§. 922. *Petrus Petitus*, Pariſinus, natus 1617, Med. D. Monſpelii creatus, artem tamen poſthac parum exercens, †. 1687. 12. Dec. annos natus 71; plurimis ſcriptis clarus, ut de Motu Animalium Spontaneo, de Lachrymis, de Igne & Luce, Miſcellaneis obſervationibus, commentario in Aretæum, permultisque aliis, maximam partem Antiquariis ac Poeticis, aliis ſæpe nominibus aſſumtis, quæ ſunt *Adrianus Scaurus*, *Marius Statileus*, *Euthyphron* philoſophus & medicus, *Antonius Menjotius*,

tius, ſub cujus nomine prodierunt; hiſtoria & curatio Febrium Malignarum, diſſertationesque Pathologicæ. Alius eſt ipſe *Antonius Menjotius*, Pariſienſis item medicus, ſed Petiti adverſarius, qui †. dicitur circa a. 1686. *Franciſcus Landrey. Honoratus Maria Lauthier*, Aquæſextienſis, qui rationes & mechanicam fœtus Muſſipontani per 30. annos geſtati, edidit.

§. 923. Alii non medici: *Honoratus Fabri*, ex Societate Jeſu, commemorandus ob editos tractatus duo, quorum prior eſt de Plantis & de Generatione animalium, poſterior de Homine: item, ſub nomine *Antimi Conygii*, Pulverem Peruvianum Febrifugum vindicatum, cæt. *Claudius Quilletus*, vel, uti ſeſe transpoſitis literis appellat, *Calvidius Letus*, Abbas, qui Callipædiam ſ. pulchræ prolis generandæ modum verſibus Latinis expoſuit.

§. 924. A. 1652. menſe Martii quinquaginta Doctores Pariſienſis Facultatis teſtimonium publicum pro virtutibus ſalutaribus Antimonii ſubſcriptione nominum ſuorum ſigillisque corroborarunt.

§. 925. Poſt a. 1660: *Raymundus Reſtaurant*, qui Hippocratis praxin in uſu Lactis, Vini Emetici, Fonticulorum, cæt. expoſuit. *Johannes Barbuot*, de Flavigny, Med. D. Monspelienſis Facultatis, †. 1665. ætatis a. 35. *Johannes Drouhet*, Pharmacopola oppidi Saint Maixent in Pictonibus. *Petrus ylliot*, Barroducenſis, inventor Pulveris contra Car-

Carcinoma ſ. Cancrum. *Franciſcus Blondel*, Profeſſor Pariſinus, qui aliquando nomen *Alethophanis* aſcivit, & de cura Allioti carcinomatis absque ferro & igne ſcripſit: idem Chemicorum & Antimonii adverſarius, †. 1682. menſe Sept. Alius *Franciſcus Blondel*, de Thermis Aquisgranenſibus ſcripſit. *Trophimus Serrier*, cujus extat Pyretologia ſ. de Febribus opus: & Obſervationes medicæ.

§. 926. *Ludovicus de la Forge*, Pariſinus, medicus Salmurienſis, Carteſium ſecutus, cujus tractatum de Homine notis illuſtravit, & ſecundum ejus principia ſcripſit de Mente humana ejusdemque unione cum corpore. *Johannes Chaillu*, qui Gallice ſcripſit de motu Sanguinis Cordis. *D'Alicourt*, qui regulas Diæteticas expoſuit. *Johannes Marchantius*, qui tractatum de Febre Purpurata ex Sero a. 1666. Divione edidit. *Johannes Ludovicus Marchand*, Divionenſis, Decanus medicorum ibidem aggregatorum, †. 1688. 26. Febr. natus annos 91. *Verchant*, Pharmacopola Monspeſſulanus, Lemerii magiſter a. 1666. *Guilielmus Parent*, cujus prodiit methodus ſanandi Peſte affectos: husque defenſio, ſ. dialogus inter Hippocratem, Paracelſum, & Themiſonem, quo demonſtrantur omnes cauſæ peſtis, ejusque ſpecies, & effectus.

§. 927. *Theophilus Bonetus*, Genevenſis, natus 1620. 20. Mart. patre *Andrea*, medico Genevenſi, avo *Petro*, Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis medico: a. 1646. Med. D., deinde aliquamdiu

Ducis Longuevillii medicus, practicusque Genevenſis, ſed auditu amiſſo praxin deſeruit, libris edendis occupatus, quos perutiles ex aliorum fere tantum operibus collegit, ut ſunt, Pharos medicorum, ſeu Labyrinthus medicus extricatus ex Ballonio Septalioque: Sepulchretum ſ. Anatomia Practica: Mercurius Compitalitius: Medicina Septentrionalis Collatitia, 2. Partibus: Polyalthes, ſ. Theſaurus Medico-Practicus; cæt. †. 1689. 29. Mart. *Petrus Gontier. Guilielmus Lamy*, Pariſienſis Facultatis membrum. *Franciſcus Bayle*, Profeſſor Phyſ. & Med. Toloſanus, †. 1700; cujus opera plurimi æſtimantur, nominatim, Diſſertationes medicæ tres, 1. de cauſis Fluxus Menſtrui mulierum, 2. de Sympathia variarum corporis partium cum Utero, 3. de uſu Lactis ad Tabidos reficiendos, & de immediato corporis Alimento: Problemata Phyſica & Medica: Diſſertationes Phyſicæ: Inſtitutiones Phyſicæ: tractatus de Apoplexia: diſſertatio de Experientia & Ratione conjungenda in Phyſica, Medicina, & Chirurgia; cæt. *Michael Baldit*, Mimatenſis.

§. 928. Poſt a. 1670: *Petrus Michon*, dictus vulgo Abbas *Bourdelot*, natus Agendici Senonum (Sens) a. 1610, Archiater Chriſtinæ reginæ Sueciæ, cujus ſingulari gratia uſus, ad ejus in Eccleſiam Romano-Catholicam tranſitum plurimum contribuiſſe fertur, hujusque meriti cauſa factus Abbas de Maſſay, ea conditione, ut pauperes ſine ſoſtro curaret: deinde Legatum Gallicum Romam comitatus, poſtea Principis Condæi Henrici II. medicus,

dicus, eoque mortuo Regius Archiater, †. 1685. 9. Febr. clarus etiam inſtituta domi ſuæ academia doctorum de rebus Phyſicis Medicisque differentium. *Petrus Bonnet Bourdelot*, Archiater Ludovici XIV. & Ducis fæminæ Burgundiæ, †. 1709. vel ſecundum Fontenellium 1708. *Paulus du Bé*, cujus extat medulla medicinæ Practicæ. *Franciſcus Guibaudet*, Divionenſis, ibidemque Collegii Medici Decanus, †. 1674, natus annos 71. *Jacobus Girard de Bergeries. Denyſius. Philippus Silveſter du Four*, mercator quidem, ſed rerum naturæ valde ſtudioſus, qui etiam ſcripſit de uſu Theæ, Cofeæ, & Chocolatæ; natus in loco Manosque Provinciæ 1622, †. in loco Vevay Helvetiæ 1685.

§. 929. *Carolus Claromontius*, Lotharingus, qui a. 1672. Londini pulchrum edidit librum de Aëre, Solo, & Aquis terræ Angliæ. *Nicolaus Foreſt Chesneau*, vel *du Chesne*, Latine *Quercetanus*, Maſſilienſis, cujus egregiæ ſunt Obſervationes medicæ. *Jacobus Barrelier*, Pariſienſis, natus a. 1606. menſe Sept., in medicina ad Licentiati gradum provectus, tum vero a. 1634. Ordinem S. Dominici amplexus, factusque Theologiæ Magiſter, †. 1673. 17. Dec. cujus poſthumæ prodierunt Plantæ per Galliam, Hiſpaniam, & Italiam obſervatæ. *Renatus Fedé*, de Châteaudun, Med. D. Facultatis Andegavenſis, Carteſianus. *Carolus de la Font*, Pariſinus, Avenione Prof. Med. Primarius, qui ſcripſit de Veneno Peſtilente contra Williſium. *Carolus Fontenettes*, Jacobi filius, de

Blanc en Berry, natus 1637, Med. D. Monſpeſſulanæ Facultatis, deinde Pictavienſi Collegio Aggregatus, denique factus ejus Decanus, †. 1710; ob Impotentiam alicui a. 1675. merito tributam acerba lite petitus.

§. 930. *Jacobus Conſtant*, qui Chirurgica ſcripſit: quemadmodum & *Fridericus de Leauſon*. *Johannes Cordelle*. *Alanus Lami*, qui diſſertationes Anatomicas edidit, temerariorum judiciorum plenas. *Philippus Guide*, filius, practicus Pariſienſis usque ad revocationem Edicti Nannetenſis, tum in Angliam digreſſus, mortuusque Londini 1718. *Jacobus Sponius*, Caroli filius, natus Lugduni 1647, Med. D. Monſpelii creatus 1667, 1669. Collegio Medicorum Lugdunenſium aſcriptus, deinde per Italiam Græciamque peregrinatus, idem ſocius Academiæ Recuperatorum Patavinæ, & Collegii Amœniorum Ingeniorum (Beaux Eſprits) Nemauſi a. 1682. Regia autoritate conditi, †. 1685. (al. 1686.) 25. Dec. in loco Helvetiæ Vevay; vir in Humanioribus Antiquitatibusque eximie verſatus, multisque ſcriptis ejus generis Hiſtoricisque clarus, quæ præter edidit quoque Novos Aphoriſmos, ex operibus Hippocratis collectos: obſervationes de Febribus & Febrifugis, Gallice; cæt. *C. de Beſançon*. *Matthias Thuillier*.

§. 931. *Petrus Morin*, qui Botanica ſcripſit: ſicut pariter *Claudius Mollet*, *M. Prade*, & *Caſtillon*. *Galatheau*, ſcriptor Anatomicus: itemque *de Saint-Hilaire*. *Petrus Barrà*, qui de uſu Glaciei, Nivis,

Nivis, & Frigoris ſcripſit Gallice. *Bartholomæus Martin*, de Chanſeaux, Bourg du Baillage de Châtillon, Pharmacopola Principis Condæi, †. 1698, ætatis a. fere 80.

§. 932. *Daniel Duncan*, natus Montalbani (Montauban) 1649, patre *Petro*, avo *Guilielmo*, pariter ibidem medicis, a. ætatis 24. Med. D Monspelii, factus ejusdem Facultatis membrum: tum Pariſiis 4. annis exactis, practicus in patria, ſed 1690. ob religionem exul Genevæ, poſt anni ſpacium inde propter invidiam medicorum digreſſus Bernam: hic per 8. vel 9. annos praxin exercuit atque Anatomen prælegit: tum ex voluntate Senatus cum reliquis Gallis profugis alio abire juſſus, & Berolinum profectus, ibidemque titulum Profeſſoris Medicinæ conſecutus: 1703. Hagam Comitum digreſſus, & 12. poſt annis Londinum, ubi †. 1735. 30. April. qui variis voluminibus Gallicis, partim deinde Latine redditis, functiones animalis œconomiæ ex Chemicis operationibus explicuit: nec non admonitionem ſalutarem de abuſu Calidorum, nominatim Coffeæ, Chocolatæ, & Theæ, Gallice edidit. *Johannes Ravelly*, qui Gallice ſcripſit de natura Fluxus Ventris. *Johannes de la Quintinie*, de Saint Loup, aliquot leucis a Pictavio, natus a. 1626, ex cauſarum Patrono præſtantiſſimus Hortulanus, creatusque a Rege Generalis Director ſuorum Hortorum frugiferorum & culinariorum, †. 1680; cujus laudatiſſimæ prodierunt Inſtructiones Gallicæ de colendis talibus Hortis: nec non Epiſtolæ ſimilis argumenti. *Petrus Gabriel de la Chau-*

me. D. Belon. Johannes Baptiſta Cuchot, de Châlon, †. à Auxonne 1682. ætatis a. 45.

§. 933. Poſt a. 1680: *Dionyſius Papin*, Blæſenſis, factus Marpurgi Profeſſor Mathematum & Conſiliarius Haſſo-Caſſellanus, idem Regiæ Societatis Londinenſis ſocius, celebris inprimis ob inventam deſcriptamque novam Machinam digerendi Oſſa: plurimaque alia artificia Mechanica expoſita. *Dedu*, qui de Anima Plantarum ſcripſit. *Cuſac*, Fomentationum nimius laudator. *Chameau. Carolus Barbeirac*, ſummus practicus Monspelii, quo duce uſus Chiracus ſupra dictus, & cujus poſt obitum prodiere prælectiones de medicamentorum Formulis, inſcriptæ Medicamentorum Conſtitutio. *Amé Bourdon*, qui Tabulas Anatomicas omnium ampliſſimas edidit, easque libello in 12. explicuit.

§. 934. *Jacobus Moreau*, natus à Châlon ſur Saone 1647. 15. Maji, factus Med. D., practicus in patria, ibidemque †. 1729. 4. Jun. Alius fertur *Jacobus Moreau*, Pariſienſis, Renati filius, eique liber Gallicus aſcribitur de vera cognitione Febrium continuarum Purpuratarum & Peſtilentium. Renati pariter filius fuit *Johannes Baptiſta Moreau*, Pariſiis Profeſſor Med. *L. le Monnier*, cujus liber Gallicus de Ani Fiſtula magnopere laudatur. *Minot. Gabriel Carolus le Clerc*, cujus ſunt varia ſcripta Chirurgica. *Martin. Poſtel*, Profeſſor Cadomenſis.

§. 935. *Raymundus Vieuſſens*, Latine Vioſſanus, Doctor Medicus Monspelienſis Facultatis, atque ibidem Noſocomii Medicus Ordinarius, inclytus

clytus præſertim ob Neurographiam ſuam, inſuperque ob librum de remotis & proximis Mixti principiis in ordine ad Corpus Humanum ſpectatis, epiſtolam Nova quædam in Corpore Humano Inventa exhibentem, novum Vaſorum corporis humani ſyſtema, & Gallicos tractatus, novum inventum circa Cor, novum tractatum de ſtructura & cauſis Motus naturalis Cordis, tractatum de ſtructura Auris, tractatum de Liquoribus corporis hum. cæt. *Sylveſtre*, inſignis item Anatomicus, Regiusque in Anglia medicus. *Balary. D. Beddevole*, Genevenſis, cujus ſunt Eſſays d'Anatomie, in plures linguas converſa tentamina. *De la Cour. Johannes Maſſard*, qui ſcripſit de Panaceis, & Hippocratem de Veteri Medicina Gallice vertit.

§. 936. *Daniel Clericus, le Clerc*, Genevenſis, natus 1652. 14. Febr. patre *Stephano*, (qui 1599. Genevæ natus, primo Militiam ſecutus, deinde Medicinam, ejusque artis creatus Doctor, poſthac in patria civitate Profeſſor Græcæ Linguæ & Senator, †. 1676. 3. Oct.) ſtudiis in univerſitate natali, tum Monspelii Lutetiæque Pariſiorum agitatis, factus Valentiæ Gallorum a. 1672. Med. D. 1704. Senator in patria, ex quo tempore praxi abſtinuit, †. 1728. 8. Jun. cujus præclara extat Hiſtoria Medicinæ, Gallica: hiſtoria naturalis & medica Latorum Lumbricorum intra hominem & alia animantia naſcentium, Latina: ab eodemque & Mangeto collecta Bibliotheca Anatomica. *Johannes Jacobus Mangetus*, itidem Genevenſis, natus

1652. 19. Jun. primo Theologiæ ſtudiis addictus, deinde Medicinæ cultor autodidactus, hujusque factus Doctor Valentiæ Gallicæ 1678: tum in patria practicus & electus medicæ Facultatis Decanus, idem titulo Archiatri Regis Boruſſorum ornatus, †. in urbe natali 1742. 15. Aug. editis aliquot aliorum libris cum Notis vel Additamentis, item collectionibus pluribus ordinate digeſtis, quæ ſunt, præter Bibliothecam Anatomicam proxime dictam, Bibliotheca Chemica, B. Pharmaceutico-Medica, B. Medico-Practica, B. Chirurgica, B. Scriptorum Medicorum, Theatrum Anatomicum: denique ipſe compoſuit tractatum Gallicum de Peſte, & alterum eâdem linguâ, inſcriptum novæ Reflexiones ſuper Peſte. *Johannes Robelin*, Med. D. vel de Dijon vel de Auxonne. *Petrus Abraham Titot*, Monsbelligardenſis, medicus aut Pharmacopœus. *De Saint-André. Manduit. De Comiers*, qui novam longævitatis artem inveniſſe voluit.

§. 937. *Franciſcus Bernier*, (ad ſuperiora tempora rectius referendus,) Andegavenſis, Monspelii Med. D. creatus, in Orientem a. 1654. profectus, & in aulâ Magni Mogolis 12. annis verſatus, octennio quidem ut archiater: deinde 1670. in Galliam reverſus, 1685. in Angliam profectus, †. Pariſiis 1688. 22. Sept. cujus celebris eſt hiſtoria Cataſtrophæ, quæ ſuo tempore in imperio Magni Mogolis accidit, ſ. alio titulo ipſius Itinera, Gallice: maxime vero ejus Breviarium, pariter Gallicum, Philoſophiæ Gaſſendi; cum quibusdam aliis. *Johannes Bernier*, Blæſenſis, Med. D., in patria per

22.

22. annos practicus, tum a. 1674. Pariſios digreſſus, factusque Ducis Aurelianenſis Viduæ Conſiliarius & Archiater, †. grandævus 1698. 18. Maji; cujus, præter alia Hiſtorica & Philologica, prodiit opus Gallicum inſcriptum Eſſais de Medecine, & novo titulo Hiſtoire Chronologique de la Medecine & des Medecins, ſed parum probatum, & ipſe ſcriptor levis armaturæ habitus. *Hugo de Salins*, natus Belnæ 1632. 3. Non. Dec. patre *Hugone*, medico præcellente, Med. D. Facultatis Andegavenſis, Collegio Medicorum Divionenſium aggregatus 1688. 5. Januar. idem Regius Secretarius in Dolana Rationum Curia, †. in agro Belnenſi 1710. 3. Kal. Oct. pater *Claudii*. *A. Porſchou.*

§. 938. *Nicolaus Venette*, Med. D., Regius Anatomiæ & Chirurg. Profeſſor Rupellæ, ibidemque Collegii Med. Decanus, natus circa a. 1631; qui ſcripſit Gallice de Lapidibus in corpore genitis, de Potibus, de Scorbuto, de Lepra alba, cæt. inprimisque celebrem librum de Generatione hominis, inſcriptum quoque Tableau de l'Amour Conjugal, in cujus editione primum ſeſe literis ſui nominis transpoſitis appellavit *Salocini Venitien.* *Johannes Baptiſta Verduc*, Laurentii ſenioris chirurgi filius, Pariſienſis, Med. D., qui Gallice expoſuit Operationes Chirurgicas, nec non Pathologiam Chirurgicam, itemque Uſum Partium, quod poſterius opus poſt ipſius obitum a fratre *Laurentio* chirurgo a. 1696. completum atque editum eſt. *De Marque. Lange*, autor libri Gallici de malo Hyſterico, (Vapeurs.) *Claudius Durey*, medicus de

de Nolay prope Beaune, †. 1695. natus ultra 60. annos. *Johannes Paulus de la Roque*, Sacerdos & Protonotarius Apoſtolicus, continuator Diarii Eruditorum Gallici, commemorandus ob cœptum quoque 1683 & 1686. Diarium Medicinæ eâdem lingua.

§. 939. Poſt a. 1690: *I. F. le Conte*, cujus extant Opuſcula. *Joubert.* *Bernhardus Durand*, de Châlon-ſur-Saone, qui ſcripſit quidem aliqua medici argumenti, non tamen fuit medicus, ſed Receptor Decimarum Cleri Catalaunenſis; natus circa a. 1651. †. 1726. *Mademoiſelle d' Auvergne*, cujus prodiit Gallica collectio Secretorum medicamentorum. *Chatelain*, qui Profeſſor Monſpeſſulanus fuiſſe perhibetur. *Deſſe*, qui de Febribus Gallice ſcripſit. *Johannes Baptiſta Collart de la Ducquerie*, cujus prodiit Lexicon medicum Etymologicum. *Flamant.* Fratres *Bertier*, inſignes Botanici in Provincia. *Ange*, Angelus, *Rouſſeau*, Pater Ordinis Capucinorum, idem Regius Medicus, †. 1694. 9. Febr. ætatis a. 51.

§. 940. *Carolus Plumier*, non medicus, ſed ex Ordine Minimorum, at præter Mathematicas artes, Botanicæ etiam valde ſtudioſus, adeoque primo itinere Americano confecto munus Regii Botanici conſecutus; natus Maſſiliæ 1646. 20. April. †. in Portu S. Mariæ prope Gades 1704. ætatis a. 58. cujus ſunt plures libri, partim grandioris molis & utrâque linguâ, Gallica & Latina, excuſi, figurisque inſtructi, nominatim, Deſcription des Plantes de

de l'Amerique: nova Plantarum Americanarum genera: Traité des Fougères de l'Amerique: aliquot Diſſertatiunculæ, Diario Eruditorum Gallico & Commentariis Trevultinis inſertæ, ſur la Cochenille, ſur l'organe de l'Ouie de la grande Tortue de la Mer, ſur le Crocodille, le Colubri, la Tortue. *Baillard. Aignan. Gervaſius Ucay*, cujus extat opus de Lue Venerea. *Johannes Franciſcus Laugier*, qui Gallice ſcripſit de remediis Vulnerariis. *Nicolaus Froment. Anicetus Chauſapé*, cujus extant Gallice, nova explicatio Febrium, & Conſideratio frequentis uſus Miſſionis Sanguinis. *Petrus le Cerf*, qui ſcripſit de Febre Gallica. *Brunet*, cujus cœpit ephemeris ſub tit. Le Progrès de la Medecine, Paris 1695.

§. 941. *Johannes Adrianus Helvetius*, v. inter Batavos ſ. Germanos. *Petrus Pomet*, Rothomagi pharmacopola, famam nactus inſigni opere Gallico, inſcripto Hiſtoire generale des Drogues. *Hunauld. Antonius Bagard*, Leopoldi I. Lotharingiæ Ducis Conſiliarius Status & Archiater. *Jacobus Begin*, Divionenſis, natus 1659. 8. Mart. patre *Petro* chirurgo; Med. D. & Secretarius Cancellariæ Ducatus Burgundiæ, †. in urbe natali 1729. 23. Aug. *Franciſcus Raynaud. Nicolaus Rainſſant*, Pariſiis Med. D. & 1667. Prof. *Franciſcus Ravelli*, medicus Metenſis, qui a. 1696. iterum edidit *M. Rouvroy*, medici à Plombieres, tractatum de aquis ejus loci Mineralibus.

§. 942.

§. 942. *M. de la Carliere*, Archiater Principis Regii Pueri de Berry. *F. A. D. Gagnon*, cujus prodiit inveſtigatio Veritatis in Medicina, Gallice. *Carolus Thuillier*, ſcriptor Gallicus de morbis Venereis. *Davac de la Riviere*. *Guilielmus du Pré*, Med. D. Monspelienſis Facultatis, in Collegium Med. Divionenſium cooptatus 1698. †. 1700. natus annos 60. *Franciſcus Guibaudet*, filius, Med. D., ſimulque Secretarius Rationum Cameræ Divionenſis, †. 1699. 31. Dec. ætatis a. 63.

§. 943. *Johannes Baptiſta Alliot*, Petri filius, cujus ſub nomine prodiit libellus inſcriptus Traité du Cancer, Paris 1698, licet compoſitus ſit ab ipſius filio *Hyacintho*, monacho Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Vanni, qui †. 1701. 5. Febr. Alius fuit *Hyacinthus Alliot*, Johannis Baptiſtæ frater, itidem Benedictinus monachus, antea in ſæculo *Carolus* vocatus, †. 1705. 22. April. natus annos 70; medicinæ pariter ſtudiis imbutus. *Antonius Sidobre*, qui de Variolis & Morbillis bene ſcripſit. *Deshayes Gendron*, cujus extat liber Gallicus de natura & curatione Carcinomatum. *Aimé Piron*, Pharmacopola Divionenſis, & Poeta Burgundici idiomatis, natus Divione 1640. 1. Oct. †. 1727. 9. Dec. *Ludovicus Liger*, non medicus, qui tamen de re Hortenſi bene ſcripſit, natus Autiſſiodori (Auxerre) 1658. menſe Febr. †. Pariſiis 1717. 6. Nov. *Joſephus de la Charriere*, Med. D. unaque Chirurgus, cujus applauſum meruere libri Gallici, de Operationibus Chirurgicis, Anatome

Ca-

Capitis, cæt. *Johannes Viridet*, de Paray en Charolois, natus 1655, Med. ſtudiis Monſpelii imbutus, tum Pariſiis praxin ſecutus, ſed Edicto Nannetenſi ſublato Genevæ, hinc in oppido Valleſiæ Rolles, a. 1735. adhuc ſuperſtes; qui ſcripſit de prima Coctione & ventriculi Fermento: Gallice-que de bono Chylo, de Vaporibus, cæt.

§. 944. Chirurgi; poſt a. 1650: Magiſter *Jacobus de Large*, Picardus, præſertim in Lue Venerea curanda celebris, †. 1670. 3. April. cujus filius Med. D. Pariſienſis Facultatis, factus Archiater Mariæ Franciſcæ Nemorenſis, Reginæ Luſitaniæ, creatus idem Eques Ordinis Chriſti. Mag. *Stephanus Juvernay*, Pariſienſis, vir pereruditus. *Franciſcus Felix, de Taſſy*, Avenionenſis, pater, Ludovici XIV. Conſiliarius Chirurgusque Primarius, & rerum Chirurgicarum per univerſum regnum Arbiter, †. 1676. 5. Aug. M *Jacobus Greslot*, Nancejanus, a Carolo III. Lotharingiæ Duce in Nobilium ordinem aſcitus, †. Pariſiis 1677. 28. Aug. Mag. *Johannes Biennaiſe*, Maceriacus, †. 1681. 21. Dec. ætatis a. 80. M. *Paulus Emmerez*, pater, San-Quintinianus, †. 1690. 7. Sept. M. *Coll*, celebris Lithotomus Pictavii.

§. 945. A. 1655. 1. Oct. Pariſiis Collegium Chirurgorum Togatorum & ſocietas Magiſtrorum Barbitonſorum in unam ſocietatem coierunt.

§. 946. Poſt a. 1660: M. *Jacobus Petit*, ex vico prope Fanum S. Dionyſii, †. Pariſiis 1708. æta-

ætatis a. 97. M. *Carrere*, Chirurgus Conjugis Ducis Aurelianenſis, ſocer Johannis Mery. M. *Antonius Bertrand*, pater, de Chatilleux, vico Vivarienſis provinciæ, publicus Anatomiæ & Chirurgiæ Demonſtrator, †. 1682. 3. Oct. M. *Dionyſius Fournier*, Latiniacus, †. 1683. 25. Nov. M. *Franciſcus Herard*, pater, Pariſinus, cujus icon inter viros ſub Ludovico XIV. in artibus illuſtres inſerta, †. 1683. 24. Dec. M. *Martinus Roger*, Nobilis Lotharingus, Nobilium Cohortis Dunkerkenſis Chirurgus Major, †. 1684. 28. Jan. M. *F. Desforges*, Dixienſis, chirurgus Obſtetricius cæcus, †. 1684. 8. Aug.

§. 947. M. *Petrus D'Ailly*, (ſ. *de Alliaco*,) Pariſinus, †. 1684. 8. Aug. M. *Petrus Tourbier*, Peronæus, Regiorum Exercituum chirurgus Conſultor Primus, †. 1686. 5. Sept. natus ultra 80. annos. M. *Gaspardus de la Baſtié*, Viennâ-Gallus, †. Pariſiis 1687. 6. Mart. M. *Franciſcus Bouchet*, Pariſienſis, obſtetricius chirurgus. M. *Johannes Poupart*, Sylvanectenſis, †. 1689. 31. Jan. M. *Johannes Devaux*, pater, Pariſinus, †. 1695. 25. Sept. natus annos 85. M. *Johannes Devaux*, Ambianus, Caſtelleti Pariſienſis Chirurgus, †. 1696. 1. Jun. *Laurentius Verduc*, Toloſanus, pater, †. 1695. 28. Jul. Chirurgus Noſocomii S. Coſmæ Pariſienſis, cujus edita Gallice eſt methodus curandi Fracturas & Luxationes.

§. 948. M. *Franciſcus Mauriceau*, Pariſinus, †. ſenex 1709. 17. Oct. celeberrimus Obſtetricius, de

de qua arte præclarum ipſius extat opus. M. *Ludovicus Roberdeau*, de Champigny Turoniæ, qui primus ex Aulicis Chirurgis Urbanorum Chirurgorum Pariſienſium Collegio ſeſe aſſociavit, idemque fundum pecuniæ conſtituit pro duobus Demonſtratoribus oſteologiæ, †. 1712. 30. Nov. ætatis 81. M. *Jacobus Beisſier*, ex vico Delphinatus S. Andreæ de Roſans, Exercituum Gallicorum Chirurgus Conſultor, †. 1712. 15 Jun. natus a. 91. M. *Jacobus Poncy*, pater, Senonenſis, †. 1724. 30 Januar. natus ultra a. 101. *Franciſcus Tortebat*, pictor Regius, edidit a. 1667. Gallice breviarium Anatomiæ ad artem Picturæ & Sculpturæ accommodatum, cujus autor *Roger de Piles*.

§. 949. Poſt a. 1670: *Coſmus Viardel*, Galliarum Reginæ Chirurgus, cujus egregiæ extant Obſervationes Gallicæ de praxi Obſtetricia & methodo facillima partum omnis generis ſola manu adjuvandi. M. *Petrus Vivien*, Pariſinus, vir eruditisſimus, †. Breſti 1716. menſe Majo labente, natus ultra a. 80. M. *Leonardus Taiſſin*, Vandoperanus, †. 1687. 13 April. cujus Gallice prodierunt Adminiſtrationes Anatomicæ cum Myologia: item Chirurgia Militaris. *Gabriel Bertrand*, cujus prodiit disſertatio Gallica de Veritatibus Anatomicis & Chirurgicis. M. *Simon Leſcot*, Pariſienſis, Injectionum Anatomicarum Coloratarum primus artifex, †. Genuæ 1690. M. *Remigius L'Aſnier*, Ocularius, qui Cataractam eſſe lentis Cryſtallinæ obſcurationem, primus aſſeruit. *Thouvenot*, Lotharingus, Primarius Chirurgus Principum Sabaudica-

rum Regii ſanguinis. *Nicolaus de Blegny*, Conſiliarius, ut ſe ipſe ſcripſit, Regis ordinarius, cæt. qui patria lingua ſcripſit de Lue Venerea, de Herniis, de Relationibus Chirurgicis, de ſalubri uſu Theæ, Coffeæ, & Chocolatæ, cæt. Latine de febre Chinachinæ expugnata, aliaque; maxime tamen celebre eſt ejus opus Gallicum, forma & titulo menſtrui Diarii, de novis Inventis per omnes Medicinæ partes, ab a. 1679. per quinque annos continuos, mox quoque Germanice redditum a Joh. Lange, & a Theoph. Boneto Latine ſub inſcriptione Zodiacus Medico Gallicus; ſed hujus diarii impreſſione deinde publice interdicta, Amſtelædamum migravit, commiſſa ibi continuatione Medico de Nyort in Pictonibus, *Gautier*, qui duos tantum menſes publicavit, Januar. & Febr. 1684, ſub tit. Mercure ſçavant. Hic Gautier a. 1714 Nyorti edidit Gallice Reſponſum in forma Diſſertationis ad Theologum quendam, qui quæſtionem propoſuit, quid ſibi velint ſceptici cæt. quando dicunt, Vitam & Mortem eſſe unum idemque, ubi docetur, vitam & mortem in mineralibus, metallis, plantis, & animalibus, cum omnibus ipſorum attributis, nihil eſſe aliud niſi Modos exiſtendi ejusdem ſubſtantiæ.

§. 950. Poſt a. 1680: M. *Johannes Michault*, de Villanova in Bria, †. 1694. 3. Maji. *Elias Prat. Joſephus Prat. Paulus Portal*, Monſpelienſis, †. 1703. 1. Jul. cujus proſtat Gallica praxis artis Obſtetriciæ. M. *Claudius Morel*, Pariſienſis, inſignis Lithotomus, †. 1703. 3. Dec. natus ultra 70. annos.

nos. M. *Henricus Emanuel Meuriſſe*, San-Quintinianus, †. Pariſiis præmature 1694. 7. Maji; cujus ars Mittendi Sanguinem, Gallice ſcripta, plauſu excepta eſt. M. *Johannes Devaux*, filius, Pariſienſis, natus 1649. 27. Januar. †. 1729. 3. Januar. (ſec. alios 2. Maji:) cujus laudandi libri Gallici, Medicus ſui ipſius, ars faciendi Relationes Chirurgicas, diſſertatio de Partu Cæſareo, diſſ. de Chirurgia Obſtetricia, cæt. Latinus, Index funereus Chirurgorum Pariſienſium ab a. 1315. ad a. 1714: idem aliorum chirurgorum opera edidit cum additionibus annotationibusque, ut Meuriſſii, Saviardi, Mottii, Dionyſii: pluresque medicorum libros Gallice vertit, ut Hippocratis Aphoriſmos, Bontekœi elementa Medicinæ, Palſyni Anatomen, Gladbachi Praxin, Muſitanum de morbis Venereis, Alleni Synopſin Medicinæ, Bœrhaavium de viribus Medicamentorum, Heiſteri compendium Anatomicum, Deidieri duas Diſſertationes. *Nicolaus Le Quin*, cujus eſt liber Gallicus de Herniis.

§. 951. Poſt a. 1690: A. 1691. novum Collegii Chirurgorum Pariſienſium Amphitheatrum ædificari cœptum, a. 1694. perfectum eſt. A. 1699. 2. Aug. decreto Regio ſocietas chirurgorum Togatorum & Barbitonſorum Pariſienſium arctius unitæ ſunt, & Chirurgi quoque Aulici in Collegium Chirurgorum Urbanorum cooptati.

§. 952. M. *Petrus Dionis*, Pariſinus, Reginæ Mariæ Thereſiæ Chirurgus Ordinarius, deinde Conjugum utriusque Delphini & Principum Regiorum

 Conſi-

Conſiliarius Chirurgusque Primarius, idem primus qui munus Demonſtratoris Anatomicarum ac Chirurgicarum Operationum in Horto Regio obiit; †. 1718. 11. Dec. ſcriptis quoque celebris, quæ ſunt, ſermone patrio, Anatome, curſus Operationum Chirurgicarum, hiſtoria anatomica Uteri inſoliti, methodus Obſtetricandi, liber de Morte Repentina & Catalepſi. Ejus filius *Franciſcus*, etiam Magiſter Chirurgiæ Pariſinus, † præmature 1717. 9. Nov. M. *Johannes Piochon de Launai*, Divionenſis, natus a. 1649. †. 1701. 6. Jun. qui Gallice edidit Inſtructiones pro Herniosis. *Alexander Paſſerat*, Pariſienſis, vir eruditus, ſummæque laudis in arte, †. 1702. 2.. Sept. *Carolus Franciſcus Felix*, filius, Pariſienſis, Ludovici XIV. Conſiliarius Chirurgusque Primarius, & rerum Chirurgicarum totius Regni Arbiter; †. nondum ſenex 1703. 25 Maji. M. *Dionyſius Duchesne*, Pariſienſis, †. 1717. 29. Mart. ætatis a. 59.

§. 953. M. *Johannes Morand*, pater, de Chabanois oppidulo Lemovicenſis provinciæ, †. 1726. 7. Nov. ætatis a. 68; qui primus amputationem brachii in articulo omoplatæ feliciter tentavit. M. *Philippus Peu*, Pariſinus, in arte Obſtetricia clarus, cujus quoque Praxin ſcripto Gallico expoſuit; †. 1707. 10. Febr. *N. Berenger*, cujus prodiit opus Gallicum de Herniis, ſub tit. Celandre cæt. cum alio de morbis Alvi. M. *Scipio Abeille*, Regienſis, cujus prodiit Gallice perfectus Chirurgus Exercitus; †. 1697. 9 Dec. idem Poeta natus. *Auguſtinus Belloſte*, Chirurgus Major Exercitus Gallici in Italia,

lin, deinde Primarius Chir. Viduæ Ducis Sabaudicæ, †. Taurini 1730. 15. Jul. natus a. 80: cujus celeberrimum eſt volumen Gallicum inſcriptum Chirurgus Valetudinarii. *De la Vauguyon Laurentius Verduc*, filius, Pariſienſis, †. florente ætate 1703. 6. Febr. *Bernardus Briſſault*, †. 1716. 26. Sept. ætatis a. 63.

§. 954. M *Petrus Froment*, natus Florenciaci in Inferiore Occitania, †. 1715. 19. *Maji*; cujus extat nova hypotheſis de Febrium curatione. M. *Stephanus Desforges*, Pariſinus, chirurgus Obſtetricius, qui ſcripſit juvenis adhuc de Principiis Chirurgiæ, Gallice; †. 1718. 5. Sept. *Antonius Le Quin*, cujus prodiit Gallice Chirurgus Herniarius. S. *Criſtau. J. Fontrailles. Carolus Dionyſius* (Denis) *de Launai*, qui dedit ſermone patrio ſyſtema de generatione morborum Venereorum & Mercurio; item volumen de morbis & operationibus Calculi. M. *Bartholomæus Saviard*, Senonenſis, inſignis Lithotomus, †. 1702. 15. Aug. cujus prodierunt obſervationes Chirurgicæ, Gallice. M. *Julianus Clement*, Arelatenſis, chir. Obſtetricius, ob eam artem in Delphina aliisque principibus fœminis feliciter exercitam, Nobilibus adſcriptus a Ludovico XIV. †. 1729. 7. Oct. natus a. 80.

§. 955. Hiſpani & Luſitani, poſt a. 1650: *Alphonſus de Burgos*, Profeſſor Med. Compluti, qui patria lingua ſcripſit de Peſte. *Antonius Fuldez. Johannes Lazarus Gutierrez*, Valliſoleti primum

Philoſophiæ Prof. deinde Medicinæ; cujus extant Febriologiæ lectiones Pincianæ, & liber de Faſcino. *Caſpar Bravo de Sobremonte Ramirez*, de Aguilar de Campo, loco Caſtiliæ Veteris, Prof. Med. Valliſoletanus, poſtea Archiater Regius; cujus prodiere Reſolutiones & Conſultationes medicæ, 3. Tomis: Tirocinium Practicum artis curatricis: disputationes apologeticæ pro Dogmaticæ medicinæ præſtantia omniumque Artium dignitate; cæt. *Petrus Michael de Heredia* practicus per 50. annos, Prof primarius Compluti per 26, Facultatisque med. Decanus, denique Regis Philippi IV. Archiater, †. 1659: relictis Operibus poſthumis. *Caſpar Caldera de Heredia*, Hiſpalenſis medicus, cujus extat Tribunal Medicum, Magicum, & Politicum, ejusque Illuſtrationes practicæ. *Martinus de Arredondo*, cujus extat opus de Albeiteria ſ. Veterinaria medicina.

§. 956. Poſt a. 1660: *Caſpar a Rejes*, vel *de los Reyes*, Eborenſis Luſitanus, Med. D. Salmanticenſis, tum Carmonæ non procul a Sevilia Poliater, clarus ob ſuum Elyſium jucundarum Quæſtionum campum, itemque librum de Annis Climactericis. *Ludovicus* vel *Nicolaus Rodriguez de Pedroſa*, Ulyſſiponenſis, 20. ætatis a. Salmanticæ Med. D. & Prof. ubi ultra 50. annos docuit, ediditque grandævus ſelectarum Philoſophiæ & Medicinæ Difficultatum Tomum primum 1666., reliquis 9. elaboratis quidem, ſed non editis immortuus. *Emanuel dos Reys Tavares*, Luſitanus, Ulyſſipone Prof. primum Theologiæ, deinde Medicinæ, qui

qui in emiſſis ſuis Controverſiis philoſophicis & medicis ex doctrina de Febribus Thomam Rodericum a Veiga defendit adverſus *Benedictum Vasquez Matomoros*: Qui fuit Compluti Prof. Med. primarius, & jam a. 1622. aut 1632. edidit disputationes de Febribus. *Franciſcus Henriquez de Villacorta*, etiam Compluti Prof. Med. primarius, idemque Regis Philippi IV. & poſtea Caroli II. Archiater; cujus prodiere Laureæ Doctoralis medicæ Complutenſis tomi 2.

§. 957. Poſt a. 1670. & 1680 *Thomas Murillo. Diego Blanco Salgado. Philotheus Caſtellus*, Luſitanus, cujus prodiit Flagellum Calumniantium ſeu Apologia, in qua Anonymi cujusdam calumniæ refutantur, clariſſimorum Luſitanorum medicorum legitima methodus commendatur, & Empiricorum inſcitia ac temeritas tanquam pernicioſa reip. damnatur. *Petrus Rivaliez. Johannes Baptiſta Guaninus.* Poſt a. 1690. nulli occurrunt.

§. 958. Germani; Profeſſores Erfurti: *Johannes Jacobus Wittig*, Erfurtenſis, Med. D. circa 1660. clarus, Acad. Nat. Cur. Collega 1661. †. 1663. 17. Maji. *Valentinus Andreas Mœllenbrok*, Erfurtenſis, Jenæ 1650. Med. D. poſtea Med. Prof. in Univ. natali, denique Halæ Sax. Poliater, idem Academiæ Naturæ Curioſorum Collega, †. 1675. 8. Aug. editis libris de Cochlearia, de Varis ſ. Arthritide Vaga ſcorbutica, multisque Obſervationibus in Ephemeridibus Nat. Curioſ. item publicata ex manuſcripto Tob. Dorncrellii Medulla Pra-

xeos aphoriſtica, cum ſuis & *Joach. Schelii* (qui natu Roſtochienſis, fuerat Poliater Hafnienſis, jam 1632. clarus,) additionibus. *Georgius Chriſtophorus Petri*, natus Erfurti 1633. 13. Febr. 1656. ephorus adoleſcentis Comitis Rutheni, poſt dimidium annum menſe Januar. 1657. Archiater Ruthenus, 1658. menſe Febr. Jenæ Med. Lic. 1659. 4. Januar. Doctor: 1662. Erfurtum digreſſus, 1663. ibi Facultatis Med. Aſſeſſor, 1664. Medicus Præſidii, 1666 medicus Ordinarius & Phyſicus Provincialis, nec non Electoralis medicus Aulicus & Archiater, & 1696. Conſiliarius: 1680. a Comite de Schœnborn-Buchheim creatus Nobilis, addito nomine *ab Hartenfels*, & Comes Palatinus, in his dignitatibus a Leopoldo imp. confirmatus a. 1690. 30. Januar. in Comitiis Auguſtanis præſens: 1666. Prof. Med. Extraord. 1688. Poliater, 1682. Prof. Ord. 1690. Primarius & Fac. Med. Senior, item 1689. Vniverſitatis Rector usque ad Jubilæum 1692: 1686 Proconſul, 1689 Conſul Primarius, 1692. & poſtea adhuc novies Supremus Magiſter Curiæ: idem 1662. Acad. Nat. Cur. Sodalis, dictus Achilles; †. 1718. 6. Dec. editis, præter Diſputationes, cæt. libro de Carduo Sancto ſ. Benedicto, Elephantographia, & Germanice Peſtis telis præviſis, item Reſponſo & Vindiciis contra D. P. H. Juch occaſione curationis alicujus, cæt. idem Chronodiſtichorum felix artifex. *Chriſtophorus Henricus Ruperti*, primum Jenæ Doctor privatus, tum 1673. Erfurti Prof. Anat. & Chirurg. brevi poſt Archiater Vinarienſis. *Johannes Chriſtophorus Adlung*, Erfurtenſis, primo Prof. Orientalium LL. deinde Med. Acad.

Nat.

Nat. Cur. Collega, dictus Ajax, 1678. †. 1681. 20. Jun. natus annos 33. *Joachimus Ludovicus Körber*, Mulhusâ-Thuringus, Med. D. & Prof. Extr. deinde circa 1686. Hamburgenſis practicus, 1688. Poliater Guſtrovienſis, †. 1692. *Caſpar Cramer*, Budiſſinus, natus 1648, Erfurti 1675. Med. Lic. eodem a Profeſſor, 1676. Doctor & Facultatis Med. Aſſeſſor, †. 1682. 8. Aug. editis nonnullis Disputationibus non proletariis, ut de transmutatione Metallorum, de Spiritu mundi Nitueriano, de inundatione Microcosmi, de Archæo fabro Febrium intermittentium, cæt. poſt obitum vero prodiit ipſius Collegium Chemicum cum decade Obſervationum med. rariorum: ad ejus quoque modum Profeſſor Eyſelius ſuum Formularum compendium concinnavit.

§. 959. *Juſtus Veſti*, Hildeſias, natus 1651. 13. Maji, 1675. 25. Oct. Erfurti Med. D. 1677. in patria practicus, poſt 4. annos Erfurtum reverſus, factusque mox Prof. Botan., 1682 Lœmiater, eod. a. Prof. Anat. & Chir. Ordinariusque Facultatis Aſſeſſor, 1690. Prof. Pathol. Facultatisque Subſenior, †. 1715. 27. Mart. relicto filio *Caſparo Henrico*, Med. D. 1703, ſed jam 1713 mortuo; permultisque Disputationibus, ex quarum nonnullis nati ſunt varii libri, ut Inſtitutiones Med. Oeconomia Corporis humani, cæt. *Henricus Chriſtophorus Alberti*, Med. D & Prof. Pathol. †. 1693. *Ludovicus Friedericus Jacobi*, Med. D. & Prof. Chemiæ, †. 1715. menſe April. *Johannes Philippus Eyſel*, Erfurtenſis, natus 1652. baptizatus

27 Aug. Med. D. 1680. habita diſp. inaug. 23 April. tum Poliater Bockemenſis in Weſtphalia, ſed 1684 Erfurtum reverſus, poſt 3. circiter annos Prof. Med. Extr. 1693 Ord. & Facultatis Aſſeſſor, 1694 Prof. Anat. & Chir. poſthac quoque Botan. 1713 Philoſ. Mag. 1715 Acad. Nat. Cur. Collega, dictus Philoxenus, eod. a. Facultatis Subſenior, †. 1717. 30 Jun. cujus plurimæ ſunt Diſputationes, ſaltem eo Præſide habitæ: item Compendia ferme omnium Medicinæ partium, ut Phyſiologicum, Pathologicum, Semiologicum, de Formulis præſcribendis, Practicum, Chirurgicum. *Johannes Andreas Fiſcher*, natus Erfurti 1667. 28 Nov. patre *Franc. Dionyſio*, Electorali Pharmacopœo Aulico, matre filia *Viti Wittichii*, Chemici & Pharmacopolæ Erfurtenſis: 1691. 28 April. Erfurti Med. D., paulo poſt Phyſicus Provincialis Iſenacenſis, 1695 Prof. Med. Extraord., 1699 Prof. Logicæ & Stili in Gymnaſio Evangelico, quod munus 1718 iterum depoſuit: 1715 Prof. Pathol. & Prax. itemque Facultatis Aſſeſſor Ord. 1717 Subſenior, 1719 Senior, eod. a. Conſiliarius & Archiater Moguntinus; †. 1729. 13 Febr. habitis plurimis Diſputationibus, editisque Conſiliis & Reſponſis 4. partibus, cæt.

§. 960. Alii Doctores Erfurtenſes: *Johannes Andreas Graba*, Muhlhuſanus, Regiomonti per 6. annos ſtudia Philoſ. & Med. perſecutus, 5. etiam habitis publice diſputationibus, & ante abitum 1653. pro Praxi examinatus, tum Erfurtum digreſſus, ibique fauſtis curationibus famam conſecutus,

cutus, ſed a Med. Facultate praxi abſtinere juſſus, niſi ſe iterum ſuo ſubmitteret examini, unde 1656. ingens & acerrima altercatio inter ipſas Juriſconſultorum & Medicorum Facultates orta eſt: ſed Graba a. 1658. a Senatu Phyſicus Urbanus & Provincialis conſtitutus, atque a Gieſſena Facultate Med. D. creatus: idem 1661. Acad. Nat. Cur. ſocius, 1668. Muhlhuſam digreſſus, ibidem †. 1669. 13. Maji; cujus ſunt, Elaphographia, & Germanica de Febre Petechiali, de morbo Hungarico, de Variolis & Morbillis, cæt. præter Eriſtica adverſus Val. And. Mollenbrockium, usque ad injuriarum actionem perducta. *Paulus Henricus Juch*, Erfurtenſis, natus 1649 patre *Paulo* Archiatro Moguntino: Patavii Med. D. creatus, tum in patria praxin ſecutus, factusque paulatim medicus ordinarius Proprincipis, Archiater Moguntinus, Iſenacenſis item Archiater & Conſiliarius Aulicus, 1719. Poliater, †. 1733.

§. 961. Profeſſores Lipſienſes: *Leonhardus Urſinus*, Germanice *Beer*, Norimbergenſis, v. ſupra §. 668. Lipſiæ 1640. Mag. 1652. 30. Sept. Med. Lic. 1653. 27. Oct. Med. D. 1661. Collegio Med. Norimbergenſium aſcriptus. *Sigismundus Rupertus Sulzberger*, Joh. Ruperti filius, Dresdenſis, Philoſ. Mag. & Med. Lic. Lipſiæ 1656. 15. Apr. poſtea D. tum Prof. Anat. & Chir. deinde Pathol., idemque Fac. Med. Senior, & Acad. Decemvir, †. 1675. 15. Apr. ætatis a 47., in cujus ſcriptis eſt hiſtoria de novo puerperarum morbo Frieſel (purpura.) *Michael Henricus Horn*, Heringa-Thuringus,

ringus, Phil. & M. D. Lipſiæ Prof. Pathol. Ord. Chemiæ Extr. Acad. Decemvir, Coll. Majoris Princip. Collegiatus, Archiater Electoris Sax. & Adminiſtratoris Magdeb. †. 1681. 16. Oct. æt. a. 58. *Martinus Friedericus Frieſe*, Lipſienſis, natus 1632. 20. Sept. poſt iter Batavicum, Anglicanum, Gallicum, atque Italicum, Lipſiæ 1658. 11. Nov. Med. D., deinde Prof. Phyſiolog., tum Pathol. Facultatisque Aſſeſſor & Decanus, 1682. Majoris Principum Collegii Collegiatus & Decemvir, †. 1700. 14. Aug. *Johannes Bohnius*, Lipſienſis, natus 1640. 20. Jun. 1661. Phil. Mag., poſt itinera 1666. 5. April. Lipſ. Med. D. 1668. Prof. Anat. 1691. Therapiæ, 1699 Decanus; idem Acad. Decemvir & Senior, Collegii Principum Majoris & Minoris Collegiatus, ac Poliater, †. 1718. 19. Dec. editis egregiis libris, ut de Alcali & Acidi inſufficientia, Circulo Anatomico Phyſiologico, de Renunciatione Vulnerum, de Officio medici duplici Clinici & Forenſis, Diſſertationibus Chemico-Phyſicis, Exercitationibus Phyſiologicis, cæt. *Paulus Ammann*, Vratislavienſis, natus 1634. 31. Aug. poſt reditum ex itinere Batavo & Anglicano Lipſiæ 1662. 21. Oct. Med. D. 1674. Prof. Botan. 1682. Phyſiolog. Acad. Nat. Cur. Collega 1664. dictus *Dryander*; †. 1691. (al. 1690.) 4. Febr. ætatis a. 57.; Vir liber in deſerendis quibusdam dogmatibus Hippocratis Ariſtotelisque ac Galeni, fatendoque incertum medicinæ: clarus idem pluribus præter Diſputationes ſcriptis, ut ſunt Medicina Critica, Paraeneſis ad diſcentes, ſupellex Botanica ſ. enumeratio Plantarum Lipſienſium, Character. Plantarum Naturalis,

turalis, Irenicum Numæ Pompilii cum Hippocrate, praxis Vulnerum Lethalium, cæt.

§. 962. *Michael Ettmuller*, Lipſienſis, natus 1644. 26. Maji, 1662. Lipſiæ Magiſter, 2. annis per Italiam, Galliam, Angliam, & Bataviam peregrinatus, Lipſiæ 1668. 20. Aug. Med. D. 1676. Fac. Med. Aſſeſſor, 1681. Prof. Botan. Ord., Chirurg. & Anat. Extraord. 1670. membrum Ac. Nat. Cur. †. morbo ex infelici operatione Chemica contracto 1683. 9. Mart. cujus Opera, Practici potiſſimum argumenti, ſæpe pluribus in gentibus, variis quoque linguis edita ſunt. *Andreas Petermann*, Werblina-Saxo, (Delitſchenſis quoque vocatus a loco, quo parens ad Miniſterium Eccleſ. translatus fuit,) natus 1649. 7. Mart. Med. D. Altdorfii 1673., tum practicus Torgæ, deinde Phyſicus Præfecturarum Delitſch, Zörbig, & Bitterfeld, poſtea Torgæ, hinc Lipſiæ 1680. Lœmiater, 1689. Prof. Anat. & Chir. Extraord. 1691. Ord. †. 1703. 5. Aug. in Partu difficili adjuvando præſtans, cæterum in Theologicis quoque ſtudiis plurimum verſatus, & Carteſianæ philoſophiæ defenſor: cujus prodiere præter Diſputationes, ſimiliaque, & Philoſophica, manuductio ad Praxin, Chemia, Germaniceque deductio multarum erronearum periculoſarumque enchireſium in libro qui inſcribitur, Obſtetrix Aulica Brandenburgica, occurrentium, cæt. *Auguſtus Quirinus Rivinus*, Lipſienſis, Andreæ filius, natus 1652. 9. Dec. 1671. Mag. 1676. Helmſtadii in Jubilæo Acad. Med. D. 1691. Lipſiæ Prof. Phyſiol. & Botan. 1701. Collegii Maj. Princip.

cip. Collegiatus & Decemvir, 1719. Fac. Med. Decanus, idem quoque Regiæ Soc. Lond. membrum, †. 1723. 30. Dec. inclytus ob inventum Ductum novum Salivalem (C. Bartholino ab aliis adſcriptum,) ob propriam Methodum Botanicam, ob ſtudium Aſtronomiæ, cæt. cujus maxime memorabiles libri ſunt, Introductio generalis in rem Herbariam, Ordo Plantarum 3. Voluminibus, Epiſtola botanica ad Joh. Rajum, Diſſertationes medicæ in unum volumen collectæ, diſſ. de Peſte Lipſienſi 1680., Programma de Facultatis Med. Lipſ. Decanis & Profeſſoribus Therapiæ, cenſura Medicamentorum Officinalium, cæt. tractatus Germanicus de vera Mundi Ætate, eâdemque lingua hiſtoria Jeſu Chriſti: denique Catalogus ejus Bibliothecæ, cum præmiſſa Vita a G. S. Hermanno deſcripta, 1727. *Johannes Friedericus Ortlob*, Oelsna-Sileſius, Med. D. Lipſiæ 1684. 18. Sept. poſt iter Batavum, Anglicum, Gallicumque factus Lipſiæ Prof. Anat. Extraord., Phyſiologiæ Ord., Med. Fac. Aſſeſſor, Minoris Coll. Princip. Collegiatus, Polonicæ Nationis Senior, idem Regius Polonicus & Electoralis Sax. Archiater, nec non Acad. Nat. Cur. collega 1700. dictus *Democedes:* †. 1700. 12. Dec. cujus exquiſita extat Hiſtoria Partium & Oeconomiæ corporis humani, pluresque Diſputationes.

§. 963. *Johannes Guilielmus Pauli*, Lipſienſis, natus 1658. 19. Febr. factus ibidem Mag. & 1681. 24. Nov. Med. D. tum per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Daniam, Belgium, Germaniam facto itinere, Lipſiæ 1691. Fac. Med. Aſſeſſor,

ſeſſor, 1703. Prof. Phyſiol. 1706. Anat. & Chir. 1720. Pathol. Collegii Maj. Princip. Colleg. & Academiæ Decemvir, †. 1723. 13. Jun. editis multis Dispp. ſimilibusque academicis, & Johannis van Horne Opusculis cum Annotationibus. *Johannes Chriſtianus Schamberg*, Lipſienſis, natus 1667. 21. Apr. artem Docimaſticam Freibergæ edoctus, Altdorfii & Leidæ ſtudia proſecutus, tum Lipſiæ 1689. 5. Oct. Med. D. jam antea Philoſ. Mag., poſthac in arte Obſtetricia præſertim & collegiis Experimentalibus, muſeoque rerum Naturalium, inclareſcens, 1693. Fac. Med. Aſſeſſor, deinde Prof. Chem. Extraord., poſtea Phyſiol. Ord., tandemque Anat., qui & magnum attulit adjumentum ad Theatrum Anatomicum Lipſiæ exſtruendum, †. ut Acad. Rector 1706. 4. Aug. *Chriſtianus Johannes Lange*, Pegavienſis, natus 1655. 5. Jun. Lipſiæ factus Mag. & 1681. 24. Nov. Med. D. deinde Aſſeſſor Fac. Med. †. 1701. 29. Apr. cujus Opera omnia theoretico-practica demum poſt ipſius obitum ab A. Q. Rivino a. 1704. edita ſunt, Reſponſa autem medicinæ Forenſis, ab eo collecta, a Joh. Fried. Zittmanno 1706. *Chriſtianus Ludovicus Welſch*, Gothofredi Prof. Med. filius, natus Lipſiæ 1669. 23. Febr., itinere Italico peracto, Lipſiæ 1690. Mag., Wittebergæ 1693. Med. D. 1700. Lipſiæ Fac. Med. Aſſeſſor, †. 1719. 1. Januar. cujus prodiere, baſis Botanica, tabulæ Anatomicæ, plures Diſpp. cæt.

§. 964. Alii Doctores Lipſienſes: *Mag. Michael Heiland*, Lipſienſis, ibidem 1652. 30. Sept.

Med.

Med. Lic. 1653. 27. Oct. Med. D. praxi & laboribus academicis deditus, poſthac Profeſſor Gieſſenus. *Henricus Andreas Mengering*, Halâ-Saxo, 1650. Lipſiæ Mag. poſtea Med. Lic. & D. cum præcedente. *Auguſtus Hauptmann*, Dresdenſis, v. §. 795. natus 1607., Med. Lic. & D. cum prioribus, deinde Dresdæ practicus, in Chemicis & Metallicis rebus multum exercitatus, †. 1674. editis multis libris, partim Latinis partim Germanicis, ad Viticulturam, ad Acidulas & Thermas Egranas, Hornhuſanas, Wolkenſteinenſes, ad Chemiam, ad rem Metallicam pertinentibus, item eriſticis cum Joh. Buntebart Theologo de naturæ conſtantia, & cum *Ge. Detharding*. *Johannes Müller*, Dantiſcanus, factus 1656. 15. Apr. Med. Lic. abſens.

§. 965. *Gabriel Clauder*, Altenburgenſis, natus 1633. 18. Oct. 1662. 21. Oct. Med. D., hinc itinere Bataviam, Angliam, & Italiam emenſus, tum praxin in patria ſecutus, factusque aliquot Saxoniæ Principum Archiater, & Acad. Nat. Cur. Adjunctus, dictus *Theſeus*, †. 1691. 10. Oct. (al. 9. Januar.) conſcriptis, præter Obſervationes in Ephemeridibus Nat. Cur., pluribus libris, ut ſunt, de Tinctura Univerſali ſ. lapide philoſophorum: methodus Balſamandi: inventum Cinnabarinum; cæt. *Johannes Centurio Macaſius*, Joachimsthalenſis, aliis Egranus, *Pauli* filius, Chriſtiani Langii agnatus, Lipſiæ Mag., Med. Lic. & 1662. 21. Oct. D. *Johannes Georgius Reinhardt*, Leucopetræus, Med. D. cum præcedente. *Jeremias Loſſe*, Bornâ-Misnicus, Med. D. 1666. 5. Apr. v. inter Proff. Witteberg.

teberg. *Martinus Heer*, Lauba-Luſatus, natus 1643. 10. Nov. Lipſiæ & Hafniæ ſtudia perſecutus, Med. D. 1666. 5. Apr. deinde Poliater Laubanus, poſtea Gorlicenſis, †. 1707. æt. a. 63. cujus prodiit introductio in archivum Archæi vitale & fermentale Joh. Bapt. van Helmont. *Johannes Friedericus Ittig*, Lipſienſis, Med. Lic. peſte Lipſ. †. 1680. Eadem peſte extincti, Lic. *Johannes Friedericus Ferber*, Eilenburgenſis: & Lic. *Johannes Chriſtophorus Frieſe*, Bremanus. Lic. *Adam Purpius*, Crosna-Sileſius, etiam ibidem Lœmiater, peſte fugata, Halam Sax. demigravit.

§. 966. *Jacobus Wolf*, Numburgenſis, Med. D. 1681. 24. Nov. v. inter Proff. Jenenſes. *Chriſtianus Samuel Quellmalz*, Freibergâ Misnicus, Med. D. 1694. 10. Jul. *Carolus Friedericus Zimmermann*, Dresdenſis, Med. D. cum præcedente. Lic. *Gottlob Bergoldt*, Camentiâ-Luſatus, Abbatiſſæ Quedlinburg. Archiater, Phyſicus Islebienſis, Med. D. 1696. 12. Nov. *Johannes Henricus Helcher*, Oelsnâ-Sileſius natus 1672. 9. Maji, Med. D. cum præcedente, hinc practicus in patria & finitimis, celebris ob ſuam Auri Tincturam, †. 1729. 30. Oct.

§. 967. A. 1666. conventio facta inter Senatum & Facultatem Med. de Cadaveribus Anatomiæ concedendis. A. 1676. decretum a Senatu, ne Circumforaneis poteſtas daretur publice proſtandi ad Medicinam venditandam.

§. 968. Profeſſores Lovanienſes: *Cornelius Giſelbertus Plempius*, Amſtelodamus, Med. D. &

Prof. Publ. †. 1671. 12. Dec. cui Loimographia, & Munitio Fundamentorum Vop. Fort. Plempii adverſus Jac. Primeroſium aſcribuntur: ab aliis tamen horum librorum autor vocatur *Franciſcus Plempius.* *Gerhardus* de *Gutſchoven*, aut *Gutiſchovius* Regius Mathematices, Anat., Chirurg. & Botanices Prof. qui teſtimonium incruentæ anatomiæ Lud. Bilſii perhibuit a. 1662. *Leonhardus Franciſcus Dinghens*, a Dinghen, Breanus Eburo, cujus prodiere Fundamenta medico-phyſica, cum tractatu de Febribus. *Franciſcus Zypæus*, Lovanienſis, primum Bruxellis Chirurgiæ atque Anatomes, poſtea in natali univerſitate Prof. Anat., qui ſcripſit Fundamenta medicinæ phyſico-anatomica, & ramos lactiferos ex Thoracico ductu ad Mammas abeuntes invenisse voluit. *Philippus Verheyen*, Verbrouca-Brabantus, natus 1648. menſe Apr. 1677. Lovanii Mag. quum crure altero ex morbo truncatus eſſet, ex Theologiæ cultore medicus, 1681. Lic. 1695. D. 1689. Prof. Anat. 1693. Chirurg. †. 1710. 28. Jun. clarus inprimis ob editam Anatomiam: præterea ſcripſit de Febribus, compendium Theoriæ & Practicæ, veram hiſtoriam de horrendo Sanguinis fluxu ex oculis, naribus, auribus, & ore R. P. Joh. B. Onraet, S. J. & de miraculoſa ejusdem ſanatione per interceſſionem S. Franciſci Xaverii, cum annotationibus brevique discurſu de eſſentia miraculi cultuque Sanctorum: item Eriſtica nonnulla contra Bidloum, Meryum, Steph. Blancardum.

§. 969. Profeſſores Gryphiswaldenſes: 1657. Extraord. *Nicolaus Colzovius.* 1666. *Chriſtophorus Helwich*

Helwich ſ. Helwig, eodem a. Med. D. Baſiliæ creatus, Acad. Nat. Cur. ſodalis, dictus *Galenus* II., †. 1690. 1674. *Matth. Clemaſius.* 1691. *Johannes Gerdeſius.* 1693. Extraord. *Johannes Jacobus Stolterſoht*, Schlesvicenſis, natus 1665. 19. Oct. patre *Jacobo*, Pharmacopola, & Senatore, poſthac Pharmacopola Lubecenſi: ex Theologiæ ſtudioſo medicinæ, 1692. Med. D. 1697. Lubecæ practicus, 1708. Poliater Secundus, 1712. Primarius, †. 1718. 1. Apr. compluribus conſcriptis Dispp. & opuſculis, ut de Idea errante in Ecſtaſi, de Idea errante in Monſtrorum generatione, de Sudore Chriſti ſanguineo, cæt. *Caſpar March*, filius, natus vel Gryphiswaldiæ vel Berolini 1654. 30. Sept. praxin in exercitu Brandenburgico per 2. annos ſub parentis ductu ſecutus, deinde cum Brandenburgico Legato Noviomagum profectus, tumque Leidam, hinc 1677. Berolinum reverſus, poſthac 1678. Bredæ medicus Brandenburgicus, 1680. Kilonii Med. D., tum poſt iter Batavicum, Anglicanum, (ubi Societati Regiæ Londinenſi aſcriptus,) Gallicum, atque Italicum, medicus 1682. Aulicus Brandenburgicus, 1685. Archiater & Conſiliarius, Director Laboratorii & Pharmacopolii Aulici: 1692. medicus Hamburgenſis, †. Senior Facultatis Gryph, 1706. 29. Maji.

§. 970. Baſileenſes Profeſſores: *Johannes Jacobus* a *Brunn*, Baſileenſis, natus 1591. 30. Sept. 1608. 12. Maji, Philoſ. Baccalaureus in patria Academia, 1611. 13. Aug. Philoſ. Mag., deinde med. ſtudiis initiatus, & 1613. Monspelium profectus, ibidemque

demque 1614. factus Med. Baccal., hinc Galliam, Angliam, Belgium, Germaniamque peragravit, & 1615. menſe Dec. M. D. in patria creatus eſt: 1625. Prof. Anat. ac Botan. 1629. Med. Practicæ: idem ter Rector Magnificus, novies Facultatis Med. Decanus, & Vice-Cancellarius; †. 1660. 22. Januar. edito ſyſtemate Materiæ Medicæ, cum Pet. Morelli methodo præſcribendi formulas: manuductione ad Conſultationem medicam recte inſtituendam, cæt. *Johannes Caſpar Bauhinus*, (ad ſuperiorem periodum referendus,) Baſileenſis, Caſpari filius, natus 1606. 12. Mart. poſt iter Gallicum, Batavum & Anglicanum Med. D. in patria 1628, 1629. Prof. Anat. & Botan. eoque munere ultra 30. annos geſto Prof. Practicæ: 1640. Archiater Durlacenſis, 1648. etiam Leopoldi Friederici Duc. Würtemb. 1659. Ludovici XIV. Regis Gall. Conſiliarius & medicus Ordinarius; †. 1685. 14. Jul. qui Theatrum Botanicum a patre inchoatum abſolvit. *Johannes Henricus Glaſer*, Baſileenſis, natus 1629. 6. Oct. ibidem factus 1648. Mag. 1661. M. D. deinde Prof. Anat. & Botan. †. 1675. 5. Febr. *Hieronymus Bauhinus*, præcedentis filius, natus 1637. 26. Febr., Med. D. poſt iter in Galliam atque Italiam factum, 1660 Prof. Anat. & Botan. denique mortuo parente Regis Galliarum medicus Ord. †. 1697. Hujus filius *Johannes Caſparus*, natus 1665. fuit Würtembergicus Archiater & Phyſicus Provincialis Mompelgardenſis, †. 1705. 19. Mart.

§. 971. *Johannes Jacobus Harder*, natus Baſileæ 1656. 17. Sept. 1671. Mag. & itinere Gallico peracto 1676. Med. D. 1678. Prof. Rhetor. 1686. Phyſ.

1687.

1687. Anat. & Botan. 1703. Med. Theoret. & Canonicus ad D. Petri: 1682. Archiater Durlacenſis, 1707. ConſiliariusAul. 1699. Archiater Würtemb. 1701. Comitis Leining. 1705. Haſſo-Caſſellanus, EpiſcopiLubec.,& Comitis Hanov. 1683. Acad. Recuperatorum Sodalis, 1681. Acad. Nat. Cur. dictus *Pæon* I. 1694. Comes Palat. Cæſ. †. 1711. menſe Mart., al. 28. Apr. cujus ſcripta laudanda, prodromus phyſiologicus explicans naturam Humorum Nutritioni & Generationi dicatorum: examen anatomicum Cochleæ terreſtris domiportæ: exercitationes Anatomicæ & Medicæ familiares inter Pæonem & Pythagoram i. e. *Joh. Conr. Peyerum*: Apiarium Obſervationibus medicis centum refertum: diſſertationesque &c. *Theodorus Zwinger*, Baſil. natus 1658. 26. Aug. 1675. Mag. 1680. Med. D. deinde itinere per Galliam & Germaniam facto, 1684. Prof. Eloqu. 1687. Phyſ. 1703. Anat. & Botan. 1711. Med. Theoret. & Pract. ac Poliater: idem Archiater Würtemb., Haſſo-Caſſell. & Badenſis: Acad. Nat. Cur. 1685, dictus *Ariſtoteles*, & Societ. Scient. Boruſſ. Sodalis; †. 1724. 22. Apr. qui curationum in diebus ſacris peractarum ſoſtra recuſavit, ediditque ſcrutinium Magnetis phyſico-medicum: Theatrum Praxeos: Theatrum Botanicum, Germanice: Compendium univerſæ Medicinæ: tutum, citumque Medicum, Germanice, ſub nomine *Nathanaelis Sfortiæ*: Pædoiatreiam: Diſſertationum ſelectarum faſciculum; cæt. *Emanuel König*, Baſil. natus 1658. 1. Nov. 1677. Mag. 1682. Med. D. & Acad. Nat. Cur. ſodalis, deinde peragrata Gallia & Italia, Prof. Græcæ L. 1695, 1706. Phyſ. 1711. Med. Theoreticæ;

cæ; †. 1731. 30. Jul. cujus extant Regnum Vegetabile, Animale & Minerale: Theſaurus Remediorum e triplici regno: Theſaurus novus Experientiæ medicæ: Obſervationes miſcellaneæ; cæt.

§. 972. Tubingenſes Profeſſores: *Johannes Conradus Brodtbeck*, Med. D. Rector 1662. & 1668. *Georgius Balthaſar Metzger*, Schwinfurtenſis, Med. D. Rector 1664, 1669, 1673, 1678, 1682.: idem antea Prof. Giesſenus, & 1652. Acad. Nat. Cur. Collega, dictus *Americus*, †. 1687. 9. Oct. cujus multæ prodierunt diſſertationes, Ambrologia a genero Roſ. Lentilio edita, cæt. *Elias Rudolphus Camerarius*, Tubingenſis, natus 1641. 7. Maji, 1655. primam Lauream conſecutus, 1658. ſecundam, 1663. Med. D. die feſto Nuptiali, Praxi deinde frequentiſſima, nec non prælectionibus academicis occupatus, 1669. Acad. Nat. Cur. ſocius, dictus *Hector* I, 1672. Conſiliarius & Archiater Würtembergicus, 1677. Prof. Med. Ord. Rector 1679, 1685, 1691. †. 1695. 7. vel 17. Jun. *Johannes Ludovicus Mœgling*, Med. D. Rector 1680. & 1688.

§. 973. *Johannes Zeller*, Lienzingenſis, natus 1656. 5. Januar. ex Theologiæ cultore ſtudioſus Med. 1681. Med. Lic. & Phyſicus Freudenſtadtenſis, & abſoluto itinere Gallico, Batavo, Germanicoque, Med. D. 1684.; tum Principis Oettingenſis in itinere Batavo Gallicoque comes medicus, 1686. Prof. Med. Extraord. deinde Ord. Rector 1692. & 1701., idem cum tempore Conſiliarius & Archiater Würtembergicus, Brunſvicenſis, Oettingenſis,

ſis, aliorumque Principum ac Statuum, tandem utriusque Collegii Medici, Tubingenſis ac Stutgardiani Senior: idem a. 1716. Vindobonam arceſſitus ut Imperatrici in graviditate & partu opem adferret; †. 1734. 7. Apr. præclare meritus de Tubingenſi Theatro Anatomico, Chemicoque Laboratorio, de Pharmacopoliis Aulicis Provincialibusque Würtembergicis & Thermis ejusdem Ducatus Soteriisque Fontibus excultis, cæt. nec minus egregiis conſcriptis Dispp. *Rudolphus Jacobus Camerarius*, Eliæ Rudolphi filius, natus Tubingæ 1665. 12. Febr. 1679. Baccal. 1682. Mag. 1686. Med. Lic. & peracto itinere Batavo, Anglicano, Gallico, & Italico, Med. D. 1687, 1688. Prof. Med. Extraord. Hortique Acad. Præfectus & Acad. Nat. Cur. Collega, dictus *Hector II.*, 1689. Prof. Phyſ. & Matheſ. 1695. Prof. Med. Ord., Rector 1696, 1703, 1709, 1716: †. 1721. 11. Sept. editis ephemeridibus Medicis & Meteorologicis, multisque Dispp. *Elias Camerarius*, proxime dicti frater, natus 1673. 17. Febr. Tubingæ, 1691. Med. Lic., & itinere per Germaniam, Bataviam, Angliamque perfunctus, 1692. Phyſicus Extraord. Tubingenſis, & eodem fere tempore Acad. Nat. Cur. ſocius, dictus *Hector III.*, eodem adhuc anno, die Nuptiali Med. D., 1693. Med. Prof. Extraord., 1708. Principis Hereditarii Würtemb. in itinere Taurinenſi comes Archiater, poſt reditum Würtembergicus Conſiliarius, Archiater & Prof. Med. Ord. Rector 1713. & 1719.: †. 1734. 8. Febr. cujus ſunt, præter Dispp. eximias, ſyſtema Cautelarum medicarum, diſſertationes Taurinenſes epiſtolicæ phyſico-medicæ,

dicæ, Eclecticæ medicinæ ac phyſicæ ſpecimina, medicinæ Conciliatricis conamina cum modeſta criſi Medicinæ corporis Tſchirnhuſii, Annotationes Germanicæ in C. Thomaſii Tentamen de eſſentia Spiritus, aliaque contra eundem, cæt.

§. 974. Profeſſores Wittebergenſes: *Johannes Strauch*, Dresdenſis, Philoſ. & Med. D. Rector 1665, 1671, 1677. cæt. *Georgius Francus*, Numburgenſis, natus 1643. 3. Maji, 1661 Jenæ Laureâ Poetica donatus, 1666 Argentorati Med. D. 1672 Heidelbergæ Prof. Med., (ſucceſſor *Johannis Caſpari Fauſti*, Med. D. Prof. & Archiatri, †. 1671. 1. Apr.) poſtea quoque Magiſtri gradu ornatus, porro conſtitutus perpetuus academiæ Procancellarius, Supremus rerum Eccleſiaſticarum Curator, Conſiliarius & Archiater Electoralis Palatinus, Marchionis Badenſis, Ducis Würtembergici, Electoris Trevirenſis: quumque circa 1688. propter bellicas turbas Heidelbergâ Francofurtum ad Mœnum digreſſus eſſet, Wittebergæ factus Prof. Med.: denique Hafniæ Regius Juſtitiæ Conſiliarius & Archiater Primarius: idem ab Imp. Leopoldo in numerum Nobilium Comitumque Palatinorum relatus dictusque *de Frankenau*: Academiæ Nat. Cur. Adjunctus, nomine *Argi I*, nec non Societatis Regiæ Londinenſis & Academiæ Recuperatorum Italicæ membrum: †. 1704. 16 Jun. (al. 14.) clarus etiam ex multis pereruditis amœnisque operibus, ut ſunt, Satyræ medicæ 20, Flora Francica ſ. Lexicon Plantarum, bona Nova Anatomica, de Medicis Philologis, plures Dispp. cæt. aliorumque editi libri.

§. 975.

§. 975. *Johannes Gothofredus de Berger*, natus Geræ circa 1658. patre Valentino Conrectore, †. 1736. 3. Oct. ut Prof. Med. Primarius totiusque Univerſitatis Senior, in qua ultra 50. annos munera academica geſſerat: idem 1690 Acad. Nat. Cur. Collega, dictus *Apulejus*; Electoris & Regis Friederici Auguſti Conſiliarius Aulæ, Reginæ Archiater, propter merita in Nobilium ordinem evectus: cæterum Latini quoque ſtili elegantia præſtans, ſicut teſtantur ipſius permultæ eximiæ Dispp. inprimisque opus de Natura humana ſ. Phyſiologia medica, & de Thermis Carolinis. *Chriſtianus Vater*, Jüterbocenſis, natus 1651., 1675. Wittebergæ Mag. 1679. Med. Lic. 1681 D. 1686 Phyſicus Provincialis, 1690 Prof. Med. Extraord. 1692 Ord. 1690 item Acad. Nat. Cur. collega, dictus *Micomachus*, 1707. Viduæ Principis Anhaltinæ lineæ Cöthenſis Archiater, 1709 Principis regentis Conſiliarius & Archiater, & 1722 Aulicus Conſiliarius, †. 1732. 6. Oct. cujus ſunt, præter Dispp., Exercitationes Phyſiologicæ, Phyſiologia Experimentalis, Semiotica, cæt. *Adam Brendel*, vir pereruditus & Græcarum quoque literarum admodum ſciens, cujus prodiere Obſervationum Anatomicarum decades 3, disp. de Homero medico, aliæque plures egregiæ.

§. 976. Profeſſores Francofurti ad Viadrum: *Conradus Weſenfeld*, Med. D. ibidem 1672, eod. a. Prof. Ord. †. 1673. *Tobias Andreæ*, Bremenſis, natus 1633. 11. Aug., Philoſ. & Med. D. promotus Duisburgi 1659. 1. Sept. 1662. 6. Jun. ibidem

Prof. Med. & Philoſ. inde Silvam Ducis (Herzogenbuſch) digreſſus, tum 1674 Francofurti Prof. Med. 1681 (al. 1679.) introductus X. Januar. 1681, Prof. Philoſ. Franekeræ, †. 1684. 11. Januar. defenſor methodi Balſamandi *Ludovici de Bils*, agnati ſui, contra Gabr. Clauderum: quem Bilſium pariter pro inventore Chirurgiæ Transfuſoriæ laudavit. *Irenæus Vehr*, Berolinenſis Marchicus, natus 1646. 7. Febr. Med. D. Altdorffii 1667. die Petri & Pauli, 1668 Francofurti in Facultatem Med. & Conſeſſum Academicum receptus, 1676. 7. Febr. conſtitutus Prof. Med. Ord. in locum emeriti Chriſtoph. Urſini, ſoceri ſui, quod munus adiit menſe Mart. Rector 1682, 1689, 1695, 1699, cæt. Archiater Electoralis 1683. 3. Jan. confirmatus a ſucceſſore 1689. 4. Mart. 1702. 14. Januar. ex vehemente inſultu Apoplectico eluctatus, ſed †. 1710 Prof. Med. Primarius & Senior. *Cornelius Bontekoe*, v. inter Germ. Varios.

§. 977. *Bernhardus Albinus*, Deſſavienſis, natus 1653, 1676 itinere per Belgium in Gallias facto, Leidæ Med. D., tum 1681 Francofurti Prof. Med. Ord. mox etiam Archiater, hac dignitate apud Succeſſorem adhuc illâ Conſiliarii Intimi aucta, 1694 auctionem Salarii redituſque Canonici Magdeburgenſis adeptus, 1697 in ipſam Aulam evocatus, 1702. Prof. Med. Leidenſis, †. 1721. 7. Sept. cujus Diſputationes & reliqua magni æſtimantur, in his oratio de Ortu & Progreſſu Medicinæ, & oratio de Incrementis & ſtatu artis Medicæ Sæc. 17. *Conradus Johrenius*, vel Jœhrenius; Gu-

Gudensberga-Haſſus, natus 1653, 1672 Gieſſæ Med. Lic. 1674 Rintelii Prof. Med. Extraord. Eloqu. & Poeſ. Ord. 1675 Gieſſæ Med. D. promotore *Michaele Heiland*, Rintelii vero Artium Lib. & Philoſ. Mag. renunciatus; eod. a. Rintelii Prof. Med. Ord., abdicata Profeſſione Eloqu. & Poëſ. deinde digreſſo Philippo Lohmeiero, etiam Prof. Phyſices: poſthac in Aula Comitis Lippiæ regentis Simonis Henrici Conſiliarius & Archiater, mortuoque Comite, in locum Bernh. Albini Prof. Francoſ. 1698, receptus quoque, poſthabitis ſtatutis, in Facultatem Med. 12. Febr. & mox in Philoſophicam: Rector: 1702. cæt. †. 1716: medicus validioribus quidem medicamentis, ſed feliciter, uti ſolitus: idem propter varias ſuas diſſertationes Theologici Ordinis reprehenſionem expertus: præter Diſputationes autem ſimiliaque academica, edidit Praxin Chemiatricam & Joh. Hartmanni Opera. *Johannes Georgius a Bergen*, Deſſa-Anhaltinus, natus 1672. 31 Oct. quum Præſidii Pizenſis medicus per triennium fuiſſet, conſtitutus 1698. 20 Jun. Prof. Phyſices Ord. introductus 22 Jul. idem Med. D. 1699. 23. Nov.

§. 978. Profeſſores Regiomontani: *Johannes Georgius Strasburg*, Berolinenſis, natus 1621. 21. Maji, qui Hafniæ ſtudiis agitatis, Regimontum a. 1648. acceſſit, 1650 in Bataviam profectus, & Baſileæ creatus Med. D., Regiomonti Prof. Med. Extraord. 1663. Facultatis Med. Adjunctus, eod. a. Prof. Ord. Tertius, 1670 Secundus, Rector Univerſitatis 1673. & 1678, †. 1681. 8. Mart. *Georgius*

orgius Woſegin, Regiomonto-Boruſſus, natus 1624. 9. Nov. ſex annis apud Batavos exactis, 1651 Leidæ publice (quæ prima ibi fuit publica renunciatio,) Med. D. creatus, præſente Electore Brandenb., tum 1652. Prof. Med. Extraord. Regiomontanus, 1653. Facult. Med. Adjunctus, 1667. Prof. Ord. Mathematum, 1670. 2. Oct. Magiſter, 1681. Prof. Med. Ord. Tertius, retenta Prof. Mathem. 1690. Prof. Med. Secundus, abdicata Prof. Math. 1701. Primus 1704. Emeritus, †. 1705. 21 Sept. idem medicus Regius Aulicus & Kniphoſii Phyſicus: Rector Univerſitatis 1672, 1680, 1688, 1691, 1695, 1699: Prorector 1703. *Daniel Beckher*, filius ſ. Junior, Regiomonti natus 1627. 5. Januar. poſt aliquot annos in Italia Galliaque transactis, Argentorati 1652 Med. D. 1653 Facult. Med. Regiom. Adjunctus, 1655. Prof. Ord. Tertius, 1663. Secundus, idem Electoralis Conſiliarius & Archiater, Rector 1665. & 1669. in quo munere †. 1670. 31. Januar.

§. 979. *Friedericus Lepner*, Regiomonto-Boruſſus, Med. D. Leidæ 1662. 14. Jul. 1663. in patria Prof. Extr. 1670. Ord. Tertius, 1681. Secundus, 1690. Primus, Rector 1681, 1685, 1689, 1693, 1697. †. 1701. 11. Mart. qui præter alias Dispp. & Academica, edidit de Internis humani Corporis Partibus dispp. 12, compendioſam Introductionem in Medicinam, cæt. *Henricus Frieſe*, Regiomonto-Boruſſus, natus 1630. 29. Oct. poſt 10. annos in Batavia, Anglia, Gallia, atque Italia (ubi Nationis Teutonicæ Syndicus fuerat,)

erat,) exactos, Argentorati 1662 Med. D. 1663. in patria Prof. Med. Extr. 1664. Adjunctus Fac. Med. 1672. Præſidiarius medicus Pillavienſis, 1679. Conſiliarius & Archiater Electoralis, 1684 Prof. Med. Primus, Rector 1687. †. 1690. dominica Lætare. *Petrus Möller*, Inſterburgo-Boruſſus, natus 1628, quum Lipſiæ eſſet adhuc in Studioſorum numero, nihilominus facultatem prælectiones inſtituendi privatas adeptus, ſicut etiam poſtea Argentorati Philoſophiam docendi, licet Magiſtri gradu careret: deinde aliquot annos in Batavia, Anglia, Gallia, & Italia tranſegit, inprimis cum Athan. Kirchero familiariter verſatus, & Cardinalis Barberini aliquamdiu medicus, & Patavii 1655. 11. Sept. Med. D. factus, 1656. Regiomonti poëtriam celebrem Gertrudem Eifleriam duxit uxorem, 1668. Prof. Extraord. Chemiæ & Chirurgiæ, †. 1680. 11. Maji. *Johannes Henricus Starcke*, Lemgovienſis, natus 1651. 20. Jun. 1674. 29. Mart. Regiomonti Mag. 1676. 15. Jun. Leidæ Med. D., poſtquam antea Regiomonti Prof. Med. Extr. deſignatus fuerat: 1681. Fac. Med. Adj. 1690. Ord. Tertius, 1691. ſimul Conſiliarius & Archiater, 1698. Acad. Nat. Cur. Collega, dictus *Soranus*, 1700. Prof. Med. Secundus, 1703. Conſiliarius Aulicus, 1704. Prof. Med. Primarius, Rector 1701. & 1705, †. 1707. 8. Febr.

§. 980. *Philippus Jacobus Hartmann*, (*Sklerander*,) natus Stralſundiæ 1648. 26. Mart. 1672. 21. Apr. Regiomonti Mag. deinde a Theologico ſtudio ad Medicinale transgreſſus, Valentiæ Del-

phinatus

phinatus factus Med. D. 1678. 16. Febr. tum per Bataviam Angliamque profectus, Regiomonti 1679. Prof. Med. Extr. 1685. Acad. Nat. Cur. membrum, 1689. Hiſt. Prof. Ord. 1691 Adj. Fac. Med. Primus, etſi jam 1684. pro loco disputaverat, 1701. Prof. Med. Tertius, depoſita Prof. Hiſt., itemque Regiæ Scientiarum Societatis Berolinenſis collega, 1705. Prof. Med. Secundus, †. 1707. 28. Mart. qui præter alias Dispp. Med. librosque Hiſtoricos, inſignes laudes meruit Hiſtoria Succini & dispp. de Originibus Anatomicis, Peritiaque Veterum Anatomica. *Georgius Raſt*, natus Regiomonti Boruſſ. 1651. 16. Mart. Med. D. Leidæ 1678. 10. Nov. 1682. in natali urbe Prof. Med. Extr. 1691. Adj. Fac. Med. Secundus, 1705. Ord. Quartus, 1707. Secundus. 1711. Primarius, 1728. Emeritus, Pro-Rector 1709. & 1711; Rector 1713, 1717, 1721, 1725: †. 1729. 14. Januar. *Gottfriedus Sand*, Regiomontanus, natus 1647. 17. Mart. Philoſ. & Med. D. Patavinus, & peragrata Gallia, Anglia, atque Italia, in patria Prof. Med. Extr. 1682, 1701. Ord. Quartus, 1705. Tertius, 1707. Primarius; Pro-Rector 1707: †. 1710. 27. Sept.

§. 981. *Georgius Friedericus Wagner*, Dantiſcanus, Poliater Tilſitenſis, & 1677. 22. Jul. Regiomonti Med. D., 1683. Prof. Extr. 1707. Ord. Tertius, †. 1709. *Daniel Chriſtophorus Becker*, Danielis junioris filius, natus Regiomonti 1658. 10. Febr. Jenæ 1680. menſe Aug. Mag. Ultrajecti 1684. 20. Apr. Med. D. & poſt 10. annos in Germania, Gallia, Batavia, Italia, Angliaque trans-

acto

actos, Regiomonti 1686. Prof. Extr. †. 1691. 12. Apr. *Johannes Georgius Golz*, Regiomontanus, Med. D. Leidæ 1689. 7. Febr. 1707. Fac. Med. Adj. 1711. Ord. Quartus, 1714. demum habita pro loco diſp., 1717. Tertius, 1718. Emeritus, †. 1720. 15. Nov. *Johannes Henricus Panring*, ex Præfectura Pruſſiæ Brandenburgenſi, Med. D. & 1693. Prof. Extr. ſed 1694. ad fidem Romano-Catholicam converſus, factusque Monachus Ordinis Camedullenſis prope Cauen, †. 1724. 10. Mart.

§. 982. *Georgius Emmerich*, Regiomontanus, natus 1672. 5. Maji, 1692. 12. Dec. Leidæ Med. D. 1693. in patria Prof. Extr. 1710. Ord. Quartus, 1711. Tertius, 1713. Secundus, ſimul Phyſicus Löbenichtenſis, & ab a. 1724. Conſul Tertius Regiomontanus; Rector Univerſitatis 1715, 1719, 1723: †. 1727. 10. Maji. *Chriſtianus Lepner*, Friederici Prof. filius, natus Regiomonti, & 1692. 20. Nov. Leidæ Med. D., tum itinere per Germaniam Italiamque facto 1694. Prof. Deſignatus, diſputatione etiam 11. Febr. pro receptione habita; ſed quum hoc ipſo a. ad Romano-Catholicos tranſiſſet, per Reſcriptum Electorale de 23. Jun. numero docentium expunctus, interdicta etiam praxi.

§. 983. *Johannes Gottſched*, Regiomontanus, natus 1668. menſe Jul. luſtratis Batavia, Italia, Germaniaque, Phyſicus Bartenſteinenſis 1691, 1694. 4. Febr. Med. Lic. & Prof. Extr. eod. a.

1701.

1701. 14. Jul. Med. D. & Prof. Phyſ. Ord. 1702. 10. Januar. Mag. eod. a. Societati Regiæ Berolinenſi aſcriptus, †. 1704. 10. Apr. cujus habetur Flora Pruſſica ſ. liber de herbis in Pruſſia creſcentibus, pluresque Dispp. *Adam Harweck*, Regiomonti natus 1661. 15. Maji, 1688. 5. Jul. Med. D. Harderovici, 1695. in patria Prof. Extr. †. 1703. 15. Apr. *Henricus von Sanden*, Bernhardi Prof. Theol. & Epiſcopi filius, Regiom. natus 1672. 28. Jul. apud Batavos aliquamdiu verſatus, in natali academia 1696. 10. Jul. Med. D. 1697. Prof. Extr. 1704. uná Prof. Phyſ. Ord. 18. Sept. ejusdem a. Mag. 1713. Societatis Scientiarum Berolinenſis membrum, 1714. Fac. Med. Adj. idem Poliater Kniphofienſis; Rector 1720, & 1728, quo a. 10. Aug. †. in officio; edito libro de Prolapſu Uteri inverſi ab excreſcentia carneo-fungoſa, in fundo ejus interno ex potu infuſi crepitus lupi enata, cæt. *Chriſtophorus Cunrad*, Regiom. natus 1671. 18. Jul. 1697. 3. Maji. Leidæ Med. D. 1700. in patria Prof. Extr. 1709. Lœmiater, brevique poſt Regius med. Aulicus cum ſalario, itemque Phyſicus Kniphofienſis, †. eod. a. 13. Sept.

§. 984. Jenenſes Profeſſores: *Johannes Arnoldus Friederici*, Altenburgenſis, natus 1637. 24. Jun. ſtudiis agitatis Lipſiæ & Jenæ, poſteriore loco Med. D. & Prof. itemque Phyſicus Altenburgenſis, †. 1672. 12. Dec. multis habitis Dispp. *Rudolphus Guilielmus Krauſius* ſ, *Crauſe*, Numburgenſis, natus 1642. 22. Oct. patre ejusdem nominis, poſtea Jenæ Profeſſore: gemino itinere quinque fere

fere annis in Batavia, Anglia, & Italia verſatus, Med. D. Patavii factus, Jenæ 1671. Prof. Med. Ord. 1676. Nat. Cur. ſocius, dictus *Tiphys*, †. 1718. 26. Dec. *Georgius Wolfgangus Wedel*, Golſenâ-Luſatus, natus 1645. 12. Nov. ab a. 1662. Jenæ ſtudia perſecutus per 5. annos, tum aliis locis luſtratis & Praxi cœpta, Jenam reverſus 1667. factusque Med. D. & eodem a. Phyſicus Provincialis Gothanus, 1672. Acad. Nat. Cur. Adjunctus dictus *Hercules I*: a. 1673. ex itinere Batavo redux, Prof. Med. Jen., 1685. Ducum Saxoniæ Conſiliarius & Archiater communis, 1718. eorundem Ducum Aulicus Conſiliarius: 1694. ab Imp. Leopoldo creatus Comes Palat., 1716 ab Imp. Carolo VI. Conſiliarius Cæſareus, & 1721. Moguntinus ab Electore: 1706. Societatis Scientiarum Boruſſicæ ſodalis; †. in officio Prorectoris 1721. 6. Sept. vir non tantum ob eruditionem Medicam, Phyſicam, Mathematicam, Philologicam, ac Poëticam, ſed pariter ob modeſtiam, integritatem, & erga pauperes beneficentiam laudatiſſimus, quique primus Sal Plantarum Volatile invenit, multasque publice receptas Medicamentorum compoſitiones, & quam plurimas edidit Dispp. nec non alios juſtos libros, ut ſunt Opiologia, Phyſiologia, diverſa volumina de Pathologia, Materia Medica, Pharmacia, Chemia, Praxi, Exercitationes Medico-Philologicæ, Progreſſus Academiæ Nat. Curioſorum cæt.

§. 985. *Auguſtus Henricus Faſchius*, Arnſtadienſis, natus 1639. 19. Febr. factus Jenæ Med.

D. & Prof. Botan. Chirurg. atque Anat., item Saxoniæ Ducum Archiater, †. 1690. 22. Januar. *Guntherus Chriſtophorus Schelhammer*, vid. inter Helmſtadienſis. *Johannes Hadrianus Slevoigt*, Jenenſis, natus 1653. patre Paulo Prof. Jen. Philoſ. 1681. ibidem Med. D., mox Phyſicus Provincialis, 1695. Prof. Anat., Chir., & Botan., 1722. Prof. Praxeos & Chem. †. 1726. 26. Aug. editis permultis melioris notæ ſelectiorisque argumenti Dispp. & Programm., in quibus de Fonticulo Suturæ Coronalis inſigni vitiorum memoriæ remedio: de Proceſſibus cerebri Mammillaribus ex nervorum Olfactoriorum numero eximendis: de Lino ſilveſtri Cathartico Anglorum, cæt. *Jacobus Wolf*, Numburgenſis, natus 1642. 30. Dec. Med. D. Lipſiæ 1681. 24. Nov. Altenburgi Praxin ſecutus, idem Acad. Nat. Cur. Collega 1678, dictus *Socrates I*, denique Prof. Med. Extraord. †. 1694. 25. (al. 27.) Jul. cujus extat Scrutinium Amuletorum, aliquot Diſſertationes, & Germanice Gazophylacium Naturæ ſub nomine *Jac. Lupii.*

§. 986. Argentoratenſes Profeſſores: *Marcus Mappus*, Argentoratenſis, natus 1632. 28. Oct. ibidem & Patavii ſtudiis peractis, 1653. Med. D., poſthæc Prof. Botan., & Pathol., Senior, & Capituli Thomani Canonicus, †. 1701. 9. Aug. Hippocratis & Galeni defenſor: cujus prodiit Thermopoſia: hiſtoria medica de Acephalis: hiſtoria exaltationis Theriacarum in Theriacam Cæleſtem: catalogus Plantarum Horti medici Argentinenſis, cæt. & poſthuma hiſtoria Plantarum Alſaticarum. *Jo-*

Johannes Valentinus Scheidt, Balthaſaris Theologi filius, natus Argentorati 1651, 1683. Mag. 1687. Med. D. tum facto per Italiam, Galliam, Bataviam, Angliam, Germaniam, Helvetiam, itinere, Prof. Anat. deinde cum tempore etiam Poliater, Collegii Med. Decanus, Capituli Cathedralis Canonicus, Bipontinus atque Hanovienſis Conſiliarius & Archiater; †. 1731. *Melchior Sebizius*, Joh. Alberti filius, natus ibidem 1664. 18. Januar. ſtudiis in patria & Lutetiæ Pariſiorum agitatis, Med. D. & Prof., Capituli Thomani Canonicus, Poliater Adjunctus, †. 1704. 13. Nov. in officio Rectoris Magnifici.

§. 987. Profeſſores Leidenſes: *Florentius Schuyl*, Med. & Botan. Prof. a quo edita, catalogus Plantarum Horti academici Leidenſis quibus inſtructus erat 1668: tract. pro Veteri Medicina: tract. de Veritate ſcientiarum & artium academicarum: interpretatio Latina Carteſii de Homine; cæt. *Carolus Drelincurtius*, v. ſupra inter Gallos. *Lucas Schacht*, Prof. Med. cujus extat epiſtolica narratio de Morbo Epidemio a. 1678. & 1679. *Theodorus Craanen* vel *Croonen*, primum Duisburgi, tum Noviomagi, denique Leidæ per 18. annos Prof. Philoſ. & Med. poſtremo Electoris Brandenb. Conſiliarius & Prot-Archiater, †. 1688. 27. Mart. acer Carteſianus, unde nomen accepit Febrifugum aliquod, & cujus ſunt celebres libri, Oeconomia Animalis ad circulationem ſanguinis delineata: Lumen Rationale medicum, ſ. Obſervationes quibus emendatur Henr. Regii Praxis medica, me-

dicationum exemplis demonſtrata: tractatus de Homine, in quo ſtatus ejus tam naturalis quam præternaturalis quoad theoriam rationalem mechanice demonſtratur: obſervationes in Sennertum de Febribus: obſervationes de Auxiliorum materia; cæt.

§. 988. *Antonius Nuck*, Batavus, primo practicus Hagæ Comitum, hinc Leidæ Prof. Anat. nec non Præſes Collegii Chirurgorum, †. circa a. 1692; clarus editis Adenographia, Sialographia, Experimentis & Operationibus Chirurgicis, cum annexis. *Godefridus Bidloo*, Amſtelædamenſis, natus 1649. 12. Mart. Med. D. & 1688. Prof. Anat. Hagæ Com. 1694. Prof. Anat. & Chir. Leidæ, idemque Wilhelmi III. Reg. Angl. Archiater, †. 1713. menſe Apr. cujus ſplendida extat Anatome: exercitationum Anatomico-Chirurgicarum decades 2: eriſtica adverſus Frid. Ruyſchium & Guil. Cowper; cæt. idem diligens cultor Poëſeos Latinæ pariter ac Vernaculæ. *Paulus Hermann*, Halâ-Saxo, natus 1646. 30. Jun. Med. D. Patavii creatus 1670, poſthac medicus Societatis Indicæ Bataviæ, unde redux factus Prof. Botan. Leidæ, †. 1695. celeberrimus in ſtudio rei Herbariæ, ſicut teſtimonio ſunt ejus catalogus Horti Lugduno-Batavi, Paradiſus Batavus, Floræ Lugduno-Batavæ Flores, Cynoſura Materiæ Medicæ, cæt. & poſthuma Muſeum Zeylanicum, Flora Zeylanica. *Petrus Hotton*, Amſtelædamus, Gallici Eccleſiaſtæ filius, natus 1648. 18. Jun. 1672. Leidæ Med. D. tum practicus in urbe natali & Horti Senatorii præfectus, 1695. Lei-

dæ Prof. Botan. idem Societatum Scientiarum Londinenſis & Berolinenſis ſodalis, †. 1709. 10. Januar.

§. 989. *Chriſtianus Marggravius*, Liebſtadio-Miſnicus, Med.D. Franekeræ creatus 1659. 31. Januar. hinc Leidæ Prof. Med. pathologiæ ſalſæ addictus, idem Chemiæ diligens cultor, †. 1687; edito prodromo Medicinæ dogmaticæ rationalis, Materia Medica contracta, ignorantia Jacobi le Mort circa Chemiam & univerſam ſcientiam naturalem. *Carolus Ludovicus de Maets*, Ultrajectinus, Caroli Prof. Theol. filius, 1668. veniam adeptus docendi Chemiam, 1670. Leidæ Prof. Chem. cujus laudanda, prodromus Chemiæ rationalis, & ipſa Chemia rationalis praxisque Chemiatrica: tum in Collectaneis Chemicis Leidenſibus comprehenduntur ejus Proceſſus, ſicut etiam *Marggravii* & *Le Mortii*. *Jacobus le Mort*, Arnhemius, natus 1650. 13. Oct. 1678. Med. D. Trajecti ad Rhenum, 1702. Prof. Chem. & Med. Leid. †. 1718. 1. Mart. Hippocratis & Galeni contemtor, cujus prodiere, compendium Chemicum, Chemia rationibus & experimentis inſtructa, Chemiæ veræ nobilitas & utilitas, facies & pulchritudo Chemiæ ab affictis maculis purificata, Pharmacia rationibus & experimentis inſtructa, idea Actionis Corporum, Fundamenta nov-antiqua theoriæ Medicæ, cæt. *Fredericus Dekkers*, Batavus, Praxeos & Collegii Med. Pract. Profeſſor, qui nonnullos libros Pauli Barbette edidit, nominatim de Peſte, & Praxin Barbettianam cum Annotationibus, inprimisque plauſu exceptas ſuas ipſius Exercitationes practicas

circa Medendi methodum. ***Bernhardus Albinus,*** v. inter Proff. Francofurt.

§. 990. Helmſtadienſes Profeſſores: *Valentinus Henricus Vogierus*, Helmſtadienſis, Gottfriedi Prof. Med. filius, natus 1622. 17. Sept. 1647. Altdorfium profectus, non diu poſt in Academiam natalem reverſus, quarto poſt a. Med. Lic. tum practicus Francofurti ad Mœnum & medicus Ordinarius Oppenhemii, hinc 1652. Prof. Helmſt. 1653. ibidem Med. & Philoſ. D. ter Rector, †. 1677. 13. Mart. a quo publicata, Inſtitutiones phyſiologicæ, phyſiologia hiſtoriæ paſſionis Jeſu Chriſti, de rebus Naturalibus & Medicis quarum in S. Scriptura fit mentio, de Valetudine hominis cognoſcenda, Diæteticorum commentariorum liber, diſſertationes 5. de naturali in bonarum doctrinarum Studia propenſione, Ingeniorum delectu, & hodiernis ſtudiorum Corruptelis earumque cauſis: introductio univerſalis in Notitiam Scriptorum; præter complures Dispp. *Henricus Meibomius* Junior, Joh. Henrici filius, natus Lubecæ 1638. 29. Jun. ſtudia perſecutus Helmſtadii, apud Batavos, tum in itinere Italico, Gallico, (ubi Andegavi creatus Med. D. 1663.) & Anglicano, hinc redux Ducis Guelpherbytani Archiater factus, porro 1664. Helmſtadii Prof. Med. Extraord. 1665. Ord. 1678. inſuper Hiſtoriarum & poeſeos Prof. †. 1700. 26. Mart. cujus, præter permulta Hiſtorica, itemque poëtica, plurimasque Dispp. Med., quæ avide quæri ſolent, aliorumque editos libros, laudanda epiſtola de Vaſis palpebrarum novis; epiſtola de Medicorum Hiſtoria ſcribenda, disp. de Incubatione in fanis

ſanis deorum Medicinæ cauſa facta, cæt. *Guntherus Chriſtophorus Schelhammer*, Jenenſis, Chriſtophori prof. Med. filius, natus 1649. 13. Mart. itineribus per Bataviam, Angliam, Galliam, atque Italiam factis, Jenæ 1677. Med. D. 1679. Helmſtadii Med. Prof. 10. poſt annis Jenæ, & 1695. Kilonii primarius, Ducisque Holſato-Gottorpienſis Archiater, idem Acad. Nat. Cur. Adjunctus, dictus *Theophraſtus*, Academiæ Recuperatorum patavinæ ſodalis, nec non Zeſianæ Societatis Teutonicæ collega; †. 1716. 11. Febr. Conplurimis ſcriptis compoſitis, in quibus magni Conringii ſoceri ſui philoſophicam ἀκρίβειαν & judicium æmulari viſus eſt, ut ſunt præcipue, Additamenta ad Herm. Conringii Introductionem in Artem Medicam, Via regia ad Artem Medendi, Phocæ & Xiphiæ anatome, Analecta Anatomico-phyſiologica, liber de Auditu, alius de Nitro, item de humani corporis Tumoribus, liber de pulſibus, de genuina Febres Curandi methodo, cæt. præter multas Dispp. ſimiliaque Academica: poſt obitum prodiit Ars Medendi univerſa: controverſias habuit cum Bernh. Ramazzino de cauſa aſcenſus & deſcenſus in Mercurii fiſtula Torricelliana, cum Joh. Chriſtoph. Sturmio de Natura ſibi & medicis vindicata: denique Racinii tragoediam de Alexandro M. Germanicis verſibus reddidit, & Blountii Itinerarium ex Anglico in Teutonicum convertit ſermonem.

§. 991. *Fridericus Schrader*, Helmſtadienſis, Chriſtophori prof. Eloqu. filius, natus 1657. 30. Jul. ſtudia excoluit Wittebergæ, Lipſiæ, Helm-

 ſtadii,

ſtadii, Groningæ, Franekeræ, & Leidæ, poſtremo loco Med. D. creatus, hinc praxin Gottingæ inſtituit, tum 1683. Helmſtadii Prof. Med., deinde ſimul Phyſicæ, poſtea quoque Senior Med. Facultatis, & Archiater Guelpherbytanus, †. 1704. 22. Aug. cujus pulchræ extant Dispp. ut in Aphoriſmos Hippocratis, de Signis medicis, cæt. tractatio de Microſcopiorum uſu in ſcientia Naturali & Anatome, cæt. *Johannes Andreas Stiſſer*, Luchoviâ-Luneburgicus, natus 1657. 19. Januar. ſtudiis Helmſtadii & Leidæ agitatis, in poſteriore Univerſitate Med. D. creatus, tum practicus Hamburgi & Brunsvici, deinde 1687. Helmſt. Prof. Med. Extraord., 1688. Chem. 1691. Anat. †. 1700. 21. Apr. cujus prodiere opuscula de machinis Fumiductoriis ſ. fumum impellendi intra corpus, Aquarum Hornhuſanarum examen, actorum laboratorii Chemici ſpecimina 3, epiſtola ad Leibnitium de variis erroribus Chemiæ Ignorantia in medicina commiſſis, Botanica curioſa de exoticis herbis in horto ſuo cultis, Germanice: catalogus Horti Med. Helmſt. cæt.

§. 992. Altdorfii Profeſſores: *Chriſtophorus Nicolai*, v. ſupra §. 728. *Jacobus Pancratius Bruno*, Altdorfinus, natus 1629. 23. Januar. patre Jacobo Philoſ. Prof. ſtudia proſecutus Jenæ, iterum Altdorfii, hic ſimul Theologorum prælectionibus uſus, & 1650. 3. kal. Quintil. Magiſter creatus, tum Patavium profectus, inde 1653. redux, pauloque poſt in patria civitate Med. D., 1654. Medicorum Norimb. Collegio aſcriptus, 1655. Curiæ Variſcorum

rum Poliater & in Gymnaſio Prof. Græcarum literarum ac Phyſicæ, 1662. Altdorfii Praxeos & Inſtitutionum Prof., hoc muneris menſe Oct. adulto ingreſſus, idem poſtea Phyſicus civitatis, multorumque Principum ac Procerum medicus, & Poliater quoque Neagorenſis (Neumarckt,) Rector Acad. 1666, 1674, 1682, 1694, 1702: †. 1709. 13. Oct. totius Univerſitatis & Collegii Med. Norimb. Senior; cujus utiles ſunt libri, Dogmata Medicinæ Generalia, Propylæum Medicum, remoræ & impedimenta Purgationis, Caſtellus renovatus, i. e. Lexicon medicum, cæt. *Johannes Mauricius Hoffmann*, Altdorfinus, Mauricii Prof. Med. filius, natus 1653. 6. Oct. 1671. in panegyri Petro-Paulina Philoſ. Mag. eodem a. menſe Sept. Francofurtum ad Viadrum ſtudiorum Med. cauſa profectus, & circumacto anno Patavium, ubi ferme per biennium commoratus, electusque Nationis Germanicæ Artiſtarum Protobibliothecarius, Bohemicæque Conſiliarius; interim inſtituto quoque per reliquam Italiam itinere: tum in patriam reverſus, creatusque a. 1675. Med. D., hinc Profector, & 1677. in feſto Petro-Paulino Prof. Anat. Extr. 1681. Ord. 1682. Prof. Chemiæ, & quidem in hac academia Primus, exſtructo etiam ejus rei gratia publicis ſumtibus eodem a. Laboratorio: 1698. Prof. Botan. Hortique acad. Præfectus, 1709. Prof. Med. Practicæ & Primarius, abdicata Anatome; denique totius Univerſitatis Senior: Rector 1686, 1698, 1706: idem 1684. Acad. Nat. Cur. collega, dictus *Heliodorus* I., 1689. Adjunctus, & defuncto Lochnero Director VII.

 unaque

unaque Cæſareus Archiater, Comes Palat. & S. R. I. Nobilis: 1695. Onoldinus Conſiliarius & Archiater, Principem eodem a. in Italiam comitatus, iterumque 1701. & 1702, eoque defuncto apud Succeſſorem eandem dignitatem ac gratiam ſervavit: quam pariter a Comite Palatino Solisbacenſi conſecutus eſt, aliorum quoque Principum virorum ac feminarum ſubinde medicus: 1713. exeunte in ipſam Onoldinam Aulam aſcitus auctusque titulo Conſiliarii Aulici, depoſitis muneribus academicis; †. 1727. 31. Oct. a quo edita, ex Disputationibus nata, diſſertationes Anatomico-Phyſiologicæ ad Joh. Hornii Microcosmum, Idea Machinæ humanæ anatomico-phyſiologica, disquiſitio corporis humani Anatomico-Pathologica, Acta Laboratorii Chemici Altdorſini-ſyntagma Pathologico-Therapeuticum ad Joh. Hartmanni Praxin Chemiatricam: adhæc, Floræ Altdorſinæ deliciæ Hortenſes locupletiores factæ, ſ. appendix Catalogi Horti Medici: multæ Dispp. ſingulares: item Gloſſographia trimembris, ſ. dispp. 3. de Linguæ ſtatu naturali, præternaturali, & ſignis, jam 1677. editæ.

§. 993. Commemorandi quoque ex aliis Altdorfinis, qui non medici fuerunt, *Abdias Trew*, propter editam Aſtrologiam Medicam, cæterum Prof. Mathematum & poſtea ſimul Phyſicæ, natus Onoldi 1597. 29. Jul. †. 1669. 12. Mart. & *Johannes Chriſtophorus Sturm*, ex Eccleſiaſte Deiningenſi Prof. Altdorf. Mathem. ac Phyſ. natus Hilpoltſteinii Palatinatus Sup. 1635. 3. Nov. †. 1703. 26. Dec. laudandus ob commentationes, quibus Medici-

Medicinalis diſciplina illuſtratur, ut ſunt Collegium curioſum Experimentale, quædam Ephemeridibus Nat. Curioſ. inſerta, dispp. de inſufficientia principiorum Chemicorum ad explicandas res naturales, de Sanguinis Transfuſione, de Reſpiratione, de Naturæ agentis idolo, de Natura ſibi incaſſum vindicata adverſus G. C. Schelhammerum, reſponſio ad G. C. Schelhammeri Naturæ vindicatæ Vindicationem, in Sigism. Jac. Apini Vitis Profeſſorum Philoſ. Altdorf. edita, cæt. præter reliqua Phyſica & Mathematica. Denique *Daniel Guilielmus Moller*, celebris Prof. Hiſt. &c. Ac. Nat. Cur. Collega 1694. dictus *Solinus I.* natus Poſonii 1642. 28. Maji, †. Altd. 1712. 25. Febr. in cujus Diſſertationibus ſunt indiculus Medicorum Philologorum ex Germania oriundorum, de Technophyſiotameis, opuscula Medico-Hiſtorico-Philoſophica, de Bohemico nihilo Alchemiſtico ſub nomine *Dominici Romelli*, cæt.

§. 994. Franekerani Profeſſores: *Philippus Matthæus*, Marpurgenſis, natus 1621. Med. D. qui Franekeræ ab a. 1645. medicinam atque anatomen profiteri cœpit, nec non ex praxi inclareſcere, hinc 1651. factus Prof. Med. & Botan., idem per aliquod tempus Tribunus plebis, & bis Conſul, quod utrumque tamen munus abdicavit, quum a. 1673. iterum Rector Magnificus fieret; 1686. Prof. Honorarius & Medicus Provincialis, †. 1700. 29. Dec. *Philippus Matthæus* junior, Antonii junioris, Profeſſoris Ultraj. filius, natus Ultrajecti 1641. vel 1638. 16. Mart. Franekeræ ſtudiis diligentiſſime agitatis, Med. D. & 1663. Poliater Ultraj.

traj. 1670. Prof. Extraord. eodemque mox a. Franekeræ Prof. Med. & Anat. introductus 17. Nov. †. 1690. 16. Oct. *Johannes Greidanus*, Franekeranus, Lib. Art. Mag. & Med. D. Philoſ. Lector 1657. Prof. 1660. introductus 5. Jul. †. 1668. 4. Jun. *Nicolaus Blancard*, Leidenſis, Philoſ. & Med. D. natus 1624. 11. Dec. ætatis a. 20. Prof. Hiſt. Steinfurti & Conſiliarius Comitis, 1650. Prof. Hiſt. & Polit. Middelburgi Ordinumque Zeelandiæ Hiſtoriographus, deinde medicinâ aliquamdiu Heerenveenii Friſiorum factitata, Franekeræ 1669. Prof. Hiſt. & Græcæ L. introductus 1670. 27. Mart. †. 1703. 15. Maji ſenior omnium Profeſſorum Bataviæ. *Abraham Cyprianus*, Amſtelædamenſis, M. D. & Chirurgus promotus Ultrajecti 1680, 1693. Franek. Prof. Anat. & Chir. 1695. in Angliam digreſſus: cujus celebris eſt epiſtola de Fœtu humano poſt 21. menſes ex uteri Tuba, matre ſalva & ſuperſtite, exciſo. *Tobias Andreæ*, v. inter Proff. Francofurt.

§. 995. Profeſſores Gieſſeni: *Michael Heiland*, v. inter Lipſienſes DD. §. 964. *Hieronymus Roetel*, natus Francofurti ad Viadrum, Med. D. & Prof. nec non per 91 annos Darmſtadienſis medicus Aulicus, †. 1676. *Laurentius Strauſſ*, Ulmanus, Haſſo-Darmſtadinus Archiater, & Prof. Med. ac Phyſ. †. 1687. 6. Apr. natus a. 54.; cujus prodiere, conatus Anatomicus 7. diſputationibus exhibitus, exercitationes Medicæ 20. ad Greg. Horſtii jun. Compendium Inſtitutionum med., Curſus medicus 20. diſputationibus, Microcoſmographia

Metri-

Metrica, Palæſtra Practica, reſolutio obſervationis ſingularis Muſſipontanæ Fœtus extra uterum in abdomine retenti tandemque lapideſcentis, Theatrum Sympatheticum, *Fabii Gliſſenti* liber de Lapide Philoſophorum ex Italico Latine redditus, cæt. acri etiam controverſia cum *Joh. Jac. Waldſchmidio* de Catalepſeos ætiologia implicatus. *Juſtus Fridericus Dillenius*, Darmſtadinus, Med. D., Acad. N. C. Collega, dictus *Achates*, 1685, †. 1720. 28. Aug.

§. 996. *Michael Bernhardus Valentini*, Gieſſenus, natus 1657. 26. Nov. 1680. Med. Lic. 1681. medicus Præſidiarius Philippiburgenſis, a. ſequente Gieſſam reverſus, 1682. Acad. Nat. Cur. aſcriptus, dictusque *Theſſalus*, 1685. & ſequ. ſuper Heidelbergam & Francofurtum ad Mœnum profectus in Bataviam, Angliam, Galliamque, Med. D. renunciatus abſens, 1687. in patria Prof. Phyſ. 1689. Ac. Nat. Cur. Adjunctus per Circulum Rhenanum Superiorem, deinde Ephemeridum Director VIII. item Acad. Recuperatorum Patavinæ ſodalis: 1696. Prof. Med. Extr. 1697. Ord. 1703. Viduæ Landgrafiæ Buzbacenſis Archiater, 1705. Societat. Scientiarum Berolinenſis ſodalis, 1717. Londinenſis item, 1720. Univerſitatis Senior, atque Adminiſtrationis academicæ Inſpector, †. 1729. 13. Mart. ætatis a 71.; polygraphus, ex cujus editis præcipua ſunt, Medicina Nov-Antiqua, ex Diſputationibus nata: Praxis medicinæ & chirurgiæ Infallibilis, Armamentarium Naturæ ſyſtematicum, Amphitheatrum Zootomicum, Muſeum Muſeorum

Germa-

Germanice 3. tomis, cujus interpretatio Latina, a *Joh. Conrado Beckero* confecta, prodiit ſub tit. Hiſtoria Simplicium reformata, vel Aurifodina Medica, cum India Literaria: Viridarium reformatum, Polychreſta Exotica, Pandectæ Medico-Legales ſ. reſponſa Gieſſ., cum Supplemento: Novellæ medico-legales, Corpus Juris medico-legale, Hiſtoria literaria Academiæ Naturæ Curioſorum, cæt. *Andreas Julius Bœtticher*, Wolfenbüttelenſis, natus 1672. 7. Jul, Helmſtadii ſtudiis imbutus, Leydæ 1697. Med. D., Gieſſæ 1698. Prof. Anat. Chir. & Botan. Helmſtadii 1701. Prof. Pathol. & Semiot. poſtea Practicæ, Facultatis Senior, & Archiater Guelpherbytanus, †. 1719. 26. Jul. Berolini; relictis Dispp. & Programm.

§. 997. Rintelienſes Profeſſores: *Paulus Glandorp*, Med. D. & Prof. Primarius, digreſſus Bremam 1665. *Henricus Majus*, Lucæ Eccleſiaſtæ Caſſellani nepos, Med. D. Archiater Haſſo-Caſſellanus, Prof. Med. Rintelii 1665, Marpurgi 1669. Prof. Med. & Phyſ. Caſſellas diſceſſit 1682, Rintelium reverſus 1685, †. 1696. 31. Dec. ut Med. Prof. primarius & Acad. Rector. *Matthias Tilingius*, Jeverâ-Friſius, Med. D. Rintelii 1625, Prof. primarius 1669, idem Archiater Haſſiacus, & 1674. Ac. Nat. Cur. Collega, dictus *Zephyrus* II. †. 1685; cujus edita ſunt volumina de Tuba Uteri & fœtu in ea concepto, de Placenta, de Renibus, de Liene, de Vaſe Brevi lienis, de Fermentatione, anchora ſalutis ſacra ſ. de Laudano Opiato, Rhabarbarologia, ſcrutinium Cinnabaris mineralis, Lilii

Albi

Albi deſcriptio, prodromus praxeos Chemiatricæ, de Recidivis, de Febribus petechialibus, cæt. *Conr. Johrenius*, v. inter proff. Francofurtenſes. *Johannes Gerhardus Winther*, Med. prof. Ord. 1681. menſe Sept. (Doct. Rintelii 1687, niſi error eſt,) 1697. 16. Mart. prof. primar. †. 1720. 22. Apr. in arce Becke, quorſum ad principem Viduam evocatus erat; practicus feliciſſimus.

§. 998. In Trajectina ad Rhenum Univerſitate profeſſores: *Jacobus Vallan*, Med. D. *Johannes Munniks*, Ultrajectinus, natus 1652, 16. Oct. patre pharmacopola, Med. D. Lector Anat. 1677. 29. Oct. 1678. 2. Dec. prof. Extr. 1680. 9. Febr. Ord. Anat. Med. & Botan., ea conditione ut per 2. annos ſalario careret; †. 1711. 10. Jun. cujus prodiere, liber de Urinis earumque inſpectione, Chirurgia ad praxin hodiernam adornata, quæ in linguam quoque Belgicam converſa eſt *a Cornelio Havardt*, Trajecti 1693.: de re Anatomica: Horti Malabarici pars IV. & V. *Carolus Ludovicus de Maets*, v. inter proff. Leidenſes. *Johannes Conradus Barckhauſen*, natus in Lippienſi Comitatu 1666. 16. Mart. ab a. 1683. per decennium pharmaciæ & Chemiæ ſtudioſus Berolini, Moguntiæ, Vindobonæ, cæt. ab a. 1693. iter fecit per Germaniam, Hungariam, Italiam, & in Morea ſummo Venetorum rei Bellicæ præfecto a medicina fuit, quo mortuo Trajectum venit, & 1694. 17. Sept. decreto magiſtratuum veniam adeptus eſt docendi Chemiam, deinde Med. D. & Chemiæ Lector 1698. 3. Oct. 1703. 19. Mart. Chem. Prof. Extr. †. 1723. 1. Oct.

1. Oct. cujus boni extant libri, nominatim, Synopſis Pharmaceutica: Pyroſophia, iterum edita & inſcripta Elementa Chemiæ: Acroamata ad Iatrochemiam ſpectantia: Hiſtoria Medicinæ, dialogis 19. deinde auctior & formâ diſſertationum 25, ſub tit. de Medicinæ Origine & Progreſſu: compendium Ratiocinii Chemici more Geometrarum concinnatum: Collecta medicinæ Practicæ Generalis. *Johannes de Bruyn*, Goricomienſis, Prof. Phyſ. & Mathem. ſed qui ſimul demonſtrationes Anatomicas exercuit, laudatus tanquam optimus ſecandi & peritiſſimus magiſter; natus 1620. 25. Aug. †. 1675. 2. Oct. *Daniel Voet*, Heusdanus, Gisberti Theologi filius, Philoſ. & Med. D. natus 1629. 31. Dec. Prof. Log. & Metaphyſ. 1652. 20. Dec. †. 1660. 29. Jul.

§. 999. Harderovicenſes Profeſſores, partim ad ſuperiorem quoque periodum referendi: *Chriſtophorus Matthæus* vel *Matthæi*, Antonii Juris Prof. Herbornæ, Marpurgi, denique Groningæ, filius, natus Marpurgi 1608. 29. Nov. Med. D. Prof. Logic., L. Græcæ, & Med. †. 1647. 11. Jun. *Johannes Andreas Schmitz*, Suſatenſis, †. 1652.; cujus Compendium medicinæ Practicæ frequenter variis in regnis editum eſt. *Franciſcus Jacobus Cochius*, cujus ſucceſſor a. 1669. *Nicolaus Hobokenus*, vel *ab Hoboken*, Ultrajectinus, ibidem factus Philoſ. & Med. D., 1663. Steinfurti Prof. Med. & Matheſ. Aulæque Steinfurtenſis Archiater, hinc Harderov. Prof. Med. Ord., Matheſ. Extraord. eo a. natus annos 37.; cujus potiora ſcripta ſunt, novus

vus Ductus Salivalis Blaſianus in lucem protractus: de Sede Animæ ſ. mentis humanæ in corpore hum.: anatomia Secundinæ Humanæ, cum ſpicilegio Epiſtolarum rem potiſſimum Generatoriam referentium: anatomia Secundinæ Hum. repetita, aucta, roborata: anatomia Secundinæ Vitulinæ: cognitio Phyſiologica Medica: oratio de obſervato hodie circa Medicinam Abuſu & inordinatione, cæt. or. de Nobilitate Medicorum: or. de Profeſſionis medicæ cum Mathematica conjunctione; cæt. *Theodorus Jansſon ab Almeloveen*, natus in pago Mydregt regionis Ultrajectinæ 1657. 24. Jul. nomine Jansſonii a celeberrimo illo Typographo, avo ſuo materno, nuncupatus, ex Theologiæ cultore, propter exoſas ſibi factiones ejus ordinis, Med. ſtudiis addictus, 1681. Ultrajecti Med. D. 1687. Goudam digreſſus, 1692. Acad. Nat. Cur. ſodalis, dictus *Celſus II.*, 1697. Harderovici Prof. Humaniorum literarum, 1702. ſimul Ord. Med. †. 1712. 28. Jul. clarisſimus ob edita multa in Philologicis, Criticis, Antiquitatibus, Hiſtoria Literaria, Theologicis ipſis, denique Medicina; cujus poſtremi generis ſunt, Inventa Nov-Antiqua, Hippocratis Aphoriſmi, Cæl. Aurelianus, Corn. Celſus, cæt. ad Hortum quoque Malabaricum operâ collata.

§. 1000. Kilonii in nova Univerſitate Profeſſores: *Caſpar March*, v. ſupra §. 793. *Johannes Daniel Major*, Vratislavienſis, Eliæ Rectoris filius, natus 1634. 16. Aug. Wittebergæ 1656. Mag. Patavii 1660. Med. D. Hamburgi 1664. Loemiater, eod. a. Acad. Nat. Cur. ſocius, & Adjunctus, di-

 ctus

ctus *Heſperus*, 1665. Kilonii Prof. Med. Theoreticæ & Botanicæ, Hortique med. præfectus, 1679. Collegii med. Senior, & Ducis Archiater, †. Stockholmiæ 1693. 3. Aug. in curatione Reginæ; vir ingenioſus, qui permultas edidit Diſputationes aliaque opera minora, in Anatomicis, Botanicis, de Foſſilibus, de Conchyliis, de Gazophylaciis rerum Naturalium, atque Artificialium, in Antiquitatibus, in re Numismatica, in philologia Græca, in poeſi, de Encyclopædia ſcientiarum, cæt. partim Latine partim Germanice; denique in omni re medica; voluitque inventor Infuſoriæ Chirurgiæ haberi, de qua publicavit prodromum, & partem primam. *Cæſo Grammius*, Tonningenſis, natus 1640, ſtudiis imbutus Altdorfii & Baſileæ, poſteriore loco creatus Mag. & facto itinere per Lotharingiam, Galliam, cæt. Leidæ Med. D., tum 1665. Kilonii Prof. Phyſ. & Græcæ L. †. Rector magnificus 1673. 21. Sept. editis pluribus Diſpp., Obſervationibus, aliisque opuſculis Medicis Phyſicisque. *Alexander Carolus Curtius*, Jur. & Med. D., factus a. 1665. Prof. Extraord. Linguarum Exoticarum, inprimisque Gallicæ & Italicæ.

§. 1001. *Johannes Nicolaus Pechlin*, Leidenſis, natus 1646, Med. D. 1667, hinc in Italiam profectus, & 1673. Kilonii Prof. Med. 1678 Acad. Nat. Cur. collega, dictus *Telamon*, 1691. Societatis Regiæ Londin. ſodalis, 1680. Archiater & 1689. Bibliothecarius, deinde etiam Conſiliarius Ducis Holſato - Gottorpienſis, principem 1698. Holmiam comitatus, & 1701. eodem ad ipſius

Conju-

Conjugem ægram arceſſitus, 1704. Ephorus principis filii, cum eoque Holmiam profectus, ibidem †. 1706. menſe Febr. complurium eximiorum voluminum autor, quæ ſunt, Metamorphoſis Æſculapii & Apollinis pancreatici, ſub nomine *Jani Leoniceni Veronenſis*, contra Franc. de le Boe Sylvium & Regner. de Graaf, ad quem librum præceptor *Car. Drelincurtius* operam contuliſſe fertur: de purgantium medicamentorum facultatibus: de Aeris & Alimenti defectu, & vita ſub aquis: de habitu & colore Æthiopum: Theophilus bibaculus, ſ. de potu Theæ: Obſervationum libri 3.: prodromus Religionis medici, ſ. de optima Chriſtianorum ſecta: Solitudo ſ. ſatira de Tempore, ſub nomine *Venantii Pacati*: Carmina, cæt. præter Dispp. & ſimilia. *Johannes Ludovicus Hannemann*, Amſtelædamus, ex Theologo medicus, 1668. artem faciens Friederichſtadii, 1670. Stadæ, 1673. Buxtehudæ, 1675. Kilonii prof. phyſ. eodem a. Hafniæ Med. D. 1680. Ac. Nat. Cur. ſocius, dictus *Neſtor II.* †. 1724. 25. Oct. qui ipſi erat natalis, natus a. 84.; polygraphus, ſed parum probatus, qui Circulationem ſanguinis Harvejanam impugnavit, Aſtrologiam defendit, ob editam novam methodum cognoſcendi ſimplicia Vegetabilia a Schelhammero plagii poſtulatus.

§. 1002. *Gunther. Chriſtoph. Schelhammer* v. ſupra inter Helmſtadienſes. *Wilhelmus Huldericus Waldſchmidt*, Joh. Jacobi filius, natus Hanoviæ 1669, ſtudiis Marburgi, Gieſſæ, Heidelbergæ, Tubingæ, & Tiguri agitatis, peragratisque Ba-

tavia Angliaque, factus medicus copiarum Haſſiacarum, hinc 1691 Kilonii Prof. Anat. & Botan., 1693., ſimul Prof. Phyſ. Experimentalis, 1719. Prof. Med. primarius, idem Ducis Archiater & Conſiliarius Juſtitiæ, nec non 1698. Ac. Nat. Cur. collega, dictus *Diocles*; †. Rector Univerſitatis 1731. 12. Januar. editis pluribus pulchris Dispp., libello de Superfœtatione falſo prætenſa, Germanico de Aloe, ſpeciatim illa Americana, quæ 1705. floruit. *Bernhardus Matthias Francke*, Kilonienſis, Chriſtophori Theol. Prof. filius, natus 1667. 20. Aug. 1691. Altdorfii Med. D. & peregrinationibus per triennium factis, 1694. in patria Prof. Med. Extraord. †. 1701. 3. Aug.

§. 1003. In nova Univerſitate Halenſi Profeſſores: *Fridericus Hoffmann*, Halâ-Saxo, natus 1660. 19. Febr. 1681. menſe Febr. Jenæ Med. D., 1682 Mindam digreſſus, ubi per biennium ſubſtitit, tum itinere in Bataviam Angliamque facto, Mindam reverſus, factusque medicus Præſidii Militaris, alteroque anno deſignatus medicus Principatus Mind. & Aulicus, ſed eodem a. ad finem properante Phyſicus Provincialis Halberſtad., quod munus, inſtituta prius nova in Brabantiam atque Hollandiam excurſione, adiit ineunte vere 1688.: 1692. Prof. Hal. deſignatus, quo venit 1693. 3. Mart. & 23. Mart. orationem aditialem habuit: in inauguratione 1694. Prof. Med. Primarius, cæt. item Phyſices: 1708. Berolini in Aula Archiater, ſervata Prof. Med. 1712. menſe Jun. Halam reverſus: 1734. iterum ad Regem curandum accitus, eoque ſana-

ſanato factus Conſiliarius Intimus, cæt. idem Prorector 1696, 1706, 1718, 1728, 1740. †. 1742. 12. Nov. totius Univerſitatis Senior, Comes Pal. Cæſ., clientelæ Schwerzenſis hereditarius Dominus, Acad. Nat. Cur. collega 1696, dictus *Democrates*, aliarumque Societatum, ut Petropolitanæ, Londinenſis, Berolinenſis, cæt. ſodalis: vir meritis in univerſam artem medicam, plurimisque ſcriptis perſpicue, ſolide, & eleganter compoſitis, & quibusdam novis medicamentis elaboratis, longe lateque clariſſimus: ex cujus libris præcipue commemorandi, de Acidi & Viſcidi pro ſtabiliendis omnium morborum cauſis, & Alcali fluidi pro iisdem debellandis inſufficientia: Pet. Poterii Opera omnia Practica & Chemica cum Annotationibus, Medicina rationalis Syſtematica, Obſervationes Phyſico-Chemicæ, ſcripta de Soteriis Fontibus, partim Latina, partim Germanica: opuſcula Diætetica: Medicina Conſultatoria, Germanice: Conſultationes & Reſponſa medicinalia, Latine: plurimæque egregiæ Dispp. *Georgius Erneſtus Stahl*, Anſpacenſis, natus 1660. 21. Oct. Jenæ ſtudiis excultus creatusque 1684. M. D., 1687. Ducis Saxo-Vinarienſis medicus Ordinarius atque Aulicus, 1694. Prof. Med. Ord. Halæ, 1700. Ac. Nat. Cur. collega vocatus *Olympiodorus*: eod. a. & 1710. Prorector: 1709. ſimul Prof. Phyſicæ: 1716. Regis Boruſſ. Conſiliarius Aulicus & Archiater primarius Berolini, †. 1734. 14. Maji: ex dogmate quo Rationalem Animam pro principio omnium cum ſanitatis functionum tum morborum ſtatuit, & ex Chemicis fabricatisque medicamentis, præcipue famam conſecutus, adeo-

que novæ Sectæ autor factus, Mechanicis contrariæ, cæterum Naturæ moliminum in morbis diligens obſervator atque imitator: cujus extant, Theoria medica vera (i. e. Phyſiologia & Pathologia) plurimæ Dispp., fundamenta Chemiæ, Obſervationes Chemico - phyſico - medicæ, Opusculum Chemico - medicum, Negotium otioſum ſ. Sciamachia adverſus poſitiones quasdam ſuæ Theoriæ medicæ, Sileni Alcibiadis ſ. Commentarius in Gid. Harvei Artem ſanandi exſpectatione, & Germanice de Sulphure, de Sale, cæt. *Henricus Henrici*, Merſeburgenſis, Med. D. Halæ 1698, eodem a. Prof. Extraord. poſtea aliquamdiu Regiomonti verſatus, ubi etiam Præſes de fine medicinæ disputavit: 1727. 28. Mart Halæ Prof. Med. Ord. ſine ſalario, idem Archiater Deſſavienſis, †. 1728. 3. Jul. natus a. 54.

§. 1804. Academiæ Cæſareæ (Leopoldinæ) Naturæ Curioſorum Collegæ: *Johannes Laurentius Bauſch*, Academiæ Fundator 1652. primusque Præſes, dictus *Jaſon*: Schvinfurtenſis, ibidemque Phyſicus & Conſul, natus 1605. 30. Sept. patre *Leonhardo*, Medico & Philoſ. præſtante, reip. Phyſico & Conſule, cujus Commentarii in nonnullos libros Hippocratis a. 1594. Matriti prodiiſſe dicuntur: Altdorfii 1630. 29. Jun. creatus Med. D. antea per biennium in Italia commoratus, †. 1665. 17. Nov. editis libris de lapide Hæmatite & Ætite, de Unicornu foſſili, de Cœruleo & Chryſocolla, Gammarologia, cæt. Eodem a. 1652. inſcripti: *Johannes Michael Fehr*, dictus *Argonauta*, Kitzin-

gâ-Francus, Med. D. Phyſicus & Conſul Schvinfurtenſis, Cæſareusque Archiater, natus 1620. 9. Maji, †. 1688. 15. Nov. a quo edita, Anchora ſacra ſ. de Scorzonera, Hierapicra ſ. de Abſinthio, cæt. *Georgius Balthaſar Metzger*, dictus *Americus*, v. inter Proff. Tubingenſes §. 972. *Georgius Balthaſar Wolfart*, dictus *Alceus*, Schvinfurtenſis, Med. D. †. 1674. 31. Januar. *Chriſtophorus Keiling*, dictus *Æſon* I. Islebius, Med. D. & Phyſicus Schvinfurt. †. 1658. *Valentinus Andreas Möllenbrock*, dictus *Pegaſus I.* v. inter Proff. Erfurt. *Gregorius Horſtius* filius, natus Ulmæ 1626. 29. Sept. (al. Dec.) Med. D. Patavii 1650. 11. Maji, hinc redux fœminæ Principi Haſſiæ e Dania in patriam tendenti obviam Gottorpium pro medico miſſus, confectoque itinere facultatem Giesſæ publice adminiſtrandi Anatomen adeptus: 1653. 13. Jul. Ulmæ Phyſicus & Prof. Phyſ. in Gymnaſio, Scholarumque Viſitator, 1655. inter Chirurgorum Examinatores allectus, †. 1661. 31. Maji; edito libro de Mania, cæt. *Johannes Pfautz*, Med. D., Ulmanus, in patria medicus, †. 1674. 23. Maji. *Conradus Theodorus Lincker* vel *Lyncker*, Med. D. Marpurgi Profeſſor Orator. & Med. †. 1660. 30. Dec. *Johannes David Wilhelmi*, Bacharacenſis, Med. D. practicus Bern. †. 1671. 12. Oct.

§. 1005. A. 1653. aggregati: *Andreas Wolfius*, Jenenſis, Med. D. Phyſicus Schmalcaldenſis, †. 1661. 12. Maji. *Johannes Martinus Uhlius*, Schvinfurtenſis, Med. D. Schleuſingæ artem faciens, †. 1657. *Albertus Conradus Langenauer*,

Uffenheimius, Med. D. Phyſicus Weidenſis, †. 1656. A. 1654.: *Nicolaus Balthaſar Mertz*, Herbipolenſis, Med. D. & Herbipoli Prof. cujus prodiit Oenopolium polypharmacum. A. 1655. *Johannes Daniel Horſtius*, dictus *Phœnix* I. v. §. 688. A. 1656. *Adam Stoer*, Herbipolenſis, Med. D. & Prof. Herbip. A. 1658. *Philippus Jacobus Sachs*, dictus *Phosphorus*, v. §. 789.

§. 1006. A. 1661.: *Jonas Deutſchländer*, Frauſtadio-Sileſius, M. D. & Regis Polon. Archiater, †. 1661. *Leonhardus Urſinus*, dictus *Zephyrus I.* v. inter Proff. Lipſ. §. 961. & 668. *Elias Schmidt*, Academiæ Adjunctus, dictus *Phaëton I.*, Haslacus, M. D. Phyſicus Schvinfurt. *Johannes Andreas Graba*, dictus *Cephalus*, v. ſupra §. 960. *Johannes Jacobus Sauer*, Palatinus, M. D., Phyſicus Herbipol. *Johannes Philippus Deisler*, Schvinfurtenſis, M. D. Phyſicus Sulanus, †. 1665. 1. Mart. *Johannes Jacobus Wittig*, v. §. 958. A. 1662.: *Georg. Chriſtophorus Petri ab Hartenfels*, dictus *Achilles I.* v. §. 958. A. 1663.: *Jacobus a Typsma*, Harlemo-Friſius, M. D. & Phyſicus Leovard. †. 1672. 26. Jun.

§. 1007. A. 1664: *Hieronymus Conradus Virdung ab Hartung*, dictus *Meliſſus*, Marpurgenſis, M. D. & Prof. Herbipol. †. 1708. 6. Januar. *Paul. Ammann*, dictus *Dryander*, v. inter Proff. Lipſ. §. 961. *Johannes Daniel Major*, Adjunctus, dictus *Heſperus*, v. inter Proff. Kilon. §. 1000. A. 1668: *Chriſtianus Fridericus Garmann*, dictus

Pollux

Pollux I, Martisburgenſis, Med. Lic. Phyſicus Civitatis & Provinciæ Chemnicenſis, natus 1640. 19. Januar. †. 1708. 15. Jul. cujus prodierunt, opus de Miraculis Mortuorum, Oologia curioſa, de Anhelitu puerorum & puellarum ſalutifero, cæt. & poſthumum Commercium Epiſtolicum. *Jeremias Rhætius*, dictus *Caſtor I*, Arnſtadienſis, M. D. Phyſicus in patria, †. 1681. *Elias Rudolphus Camerarius*, dictus *Hector I*, v. inter Proff. Tubing. §. 972.

§. 1008. A. 1669.: *Henricus Vollgnad*, Adjunctus, dictus *Sirius I*, Vratislavienſis, M. D. & in patria Phyſicus, †. 1682. 3. Maji, (al. 3. Januar.) ætatis a. 47. *Johannes Jæniſius*, aut *Jæniſch*, Adjunctus, dictus *Arcturus*, natus in pago Jæſchkittel prope Vratislaviam 1636. 1. Nov. 1663. Leidæ M. D. hinc Vratislaviæ practicus, & a mercatore divite loco ſoſtri heres nuncupatus, poſthac Noſocomii Lœmiater, Phyſicus reip. Ordinarius, cæt. etiam ex Muſeo Inſtrumentorum mathematicorum, mechan., anatom. & chirurg. nec non Numismatum, clarus, ſed qui laboribus Alchemicis maximam partem opum dilapidavit: †. 1707. 7. Dec. *Johannes Chriſtianus Mackius*, dictus *Pegaſus III*, Coburgenſis, Andreæ filius, natus 1634. 24. Jun. ſtudiis in 10. Univerſitatibus peractis 1663. Argentorati M. D. hinc factus Schneebergæ Phyſicus, Judex urbanus, & poſtremo Conſul, †. 1701. 6. Mart.

§. 1009. A. 1670.: *Mich. Ettmüller*, v. inter Proff. Lipſ. §. 962. *Johannes Ferdinandus*

Hertodt a Todtenfeld, dictus *Orpheus*, Nicolaiburgo-Moravus, M. D., Phyſicus Brinnæ Morav. Cæſareusque Archiater, †. 1714.; cujus extant, Tartaromaſtix Moraviæ, Crocologia, opus mirificum ſextæ diei, i. e. Homo phyſice, anatomice, & moraliter in potiores ſuas partes diſſectus, cæt. *Johannes Georgius Greiſel*, Vindobonenſis, M. D. & Cæſareus Archiater, †. 1684. 18. Maji, cujus bonus eſt liber de cura Lactis in Arthritide. *Georgius Sebaſtianus Jungius*, Adjunctus, dictus *Podalirius I.*, Vindobonenſis, M. D. & Archiater Cæſareus, †. 1682. 4. Sept. cujus, præter Obſervationes, extat Chryſomelum ſeu Malum Aureum, h. e. Cydonium, deſcriptum.

§. 1010. A. 1672.: *Salomon Braun*, Chilonio-Holſatus, M. D. artem primo exercens Nordlingæ, tum Biberaci, hic deinde factus Poliater, denique Archiater Baruthinus, †. 1675. 30. Nov. qui ſcripſit Jordanum Germanicum, ſ. de balneo naturali Biberacenſi, Germanice, cæt. *Paullus de Sorbait*, dictus *Machaon I.*, Hannonius Belga, M. D. & Vindobonæ Prof. Primarius, idemque Viduæ Imperatricis Eleonoræ Archiater & medicus Aulicus, †. 1691. 28. Apr. cujus extant, univerſa Medicina ſ. Praxis, Commentaria & Controverſiæ in Aphoriſmos Hippocratis, dialogus de Peſte Viennenſi, modus promovendi Doctores in Archi-Lyceo Viennenſi, cæt. *Gottlieb Georgius Schramm*, Grafenheinâ-Saxo, M. D. & Phyſicus Frauenſt. †. 1673. 4. Jul. *Melchior Fribe*, dictus *Cleander*, Fridlandâ-Sileſius, M. D. Phyſicus Provincialis Haynæ in Miſnia, †. 1690. *Georgius Wolfgang Wedel*, Adjunctus, dictus *Hercules I.*, v. in-

v. inter Proff. Jenenſ. §. 984. *Johannes Scultetus, Schultetus, Scholz*, Adjunctus, dictus *Perſeus I.*, natus Norimbergæ 1621. 7. Aug. M. D. in Collegium Med. Norimb. receptus 1652, 1655. Nominatus, (Genanter,) †. 1680. 13. Febr. cujus eſt Trichiaſis admiranda, & quædam Orationes Lat. & Germ. nonnullæque Verſiones librorum medicorum ac Chirurgicorum, cæt. *Georgius Francus de Franckenau*, Adjunctus, dictus *Argus I.*, v. inter Proff. Witteberg. §. 974.

§. 1011. A. 1673. *Joachimus Georgius Elsner*, Vratislavienſis, ſtudiis in Italia agitatis M. D. & Phyſicus urbis natalis, †. 1676. 3. Maji. *Gottfried Schubert*, vel *Schubart*, Vratislavienſis, Med. D. & Phyſicus Bregenſis, †. 1691. 14. Oct. *Gottfried Chriſtian. Winckler*, Bregâ-Sileſius, M. D. & Phyſicus civitatis patriæ, †. 1684. 4. Jul. *Chriſtianus Adolphus Balduinus*, dictus *Hermes I.*, Döbelâ-Misnicus, non medicus, ſed Præfectus Haynenſis in Misnia, †. 1682.; cujus ſcripta ſunt, de Regerminatione Argenti, novo artificio inventa: Aurum ſuperius & inferius Auræ ſuperioris & inferioris Hermeticum: Phosphorus Hermeticus ſ. Magnes luminaris: Venus aurea, in forma chryſocollæ foſſilis cum fulmine cælitus delapſa prope Haynam d. 28. Maji 1677.: Hermes curioſus ſ. Inventa & Experimenta Phyſico-Chemica.

§. 1012. A. 1674.: *Matthias Tiling*, dictus *Zephyrus II.*. v. in Proff. Rintel. §. 997. *Salomon Reiſelius*, dictus *Amphion*, Hirſchbergâ-Sileſius,

M. D.

M. D. & primo Poliater Wormatiæ, poſtea Würtembergicus Conſiliarius & Archiater, †. 1701. 21. Nov. edito libro Germanico de Thermis Niderbronnenſibus, deſcriptione ſtatuæ humanæ Circulatoriæ, a ſeſe fabrefactæ, cæt. *Johannes Sigismundus Elsholz*, natus Francofurti ad Viadrum 1623, ſtudia proſecutus in academia natali, Wittebergæ, Regiomonti, in Batavia, Gallia, & Italia, M. D. Patavii 1653, 1656. Electoralis med. Aulicus ac Botanicus, †. Berolini 1688. 28. Feb. a quo edita, Clysmatica nova, ſ. de Chirurgia Infuſoria, cujus inventionem ſibi contra J. D. Majorem aſcripſit: Deſtillatoria curioſa, ſ. ratio ducendi liquores coloratos per alembicum: Flora Marchica, ſ. catalogus plantarum quæ in hortis Electoralibus Berolinenſi, Auraniburgico & Potsdamenſi excoluntur: de Phosphoro: Anthropometria: Germanice Horticultura, Diæteticon, cæt. *Caſpar Theophilus* ſ. *Gottlieb Bierling*, Lipſienſis, M. D. & Poliater Magdeburgicus, †. 1693.; cujus ſunt, Adverſariorum centuria, ſpecimina Anatomica, Theſaurus theoretico-practicus poſthumus, cæt. *Ehrenfried Hagendorn*, dictus *Pegaſus II.*, Mühlhuſius, M. D. artem Gorlicii exercitans, titulo Archiatri Saxonici ornatus, †. 1692. 27. Feb. (al. 1694.) cujus laudanda, liber de terra Catechu, Cynosbatologia, Obſervationum & Hiſtoriarum centuriæ 3., cæt. præter Philoſophica, fabulamque Romanenſem de Magno Mogole.

1013. A. 1675.: *Chriſtianus Auguſtus* Liber Baro *a Frieſen*, dictus *Jaſon II. Chriſtianus Menzelius*,

lius, dictus *Apollo*, v. §. 795. *Caſpar Marchius*, ſenior, v. §. 793. *Chriſtianus Franciſcus Paullini*, dictus *Arion I.*, Iſenacenſis, natus 1643. 25. Feb. ſtudia proſecutus Regiomonti, Hafniæ, Kilonii, & Roſtochii: poſtea, quum Hamburgi verſaretur, a D. Richtero, Jenenſi Prof., laurea Poetica donatus: deinde Wittebergæ creatus Magiſter: tum facto itinere in Bataviam Angliamque, M. D. Leidæ: hinc profectus in Norwegiam, Sueciam, Curlandiam, Livoniam, cæt. ſed Italicum iter omittere morbo coactus: itaque medicinam exercuit Hamburgi, Altonaviæ, & in omni Holſatia, usque ad a. 1675.: eodem a. factus Comes Palat. Cæſ. & peracto brevi in Galliam itinere, Epiſcopi Monaſterienſis Archiater & Hiſtoriographus: 1678. Archiater Guelpherbytanus: 1689. Phyſicus civitatis patriæ: idem ſodalis Pegnicenſis & Fructiferæ Societatum, nec non Academiæ Recuperatorum; †. 1712. 10. Jun. polyhiſtor & polygraphus, ex cujus ſcriptis, amœniore ſcribendi genere compoſitis, potiora ſunt, Latina, Salvia nobilis, de Nuce Moſchata, Anguilla ſ. Cœnarum Helena, Lagographia, Cynographia, Lycographia, de Lumbrico Terreſtri, Talpa, Onographia, Bufo curioſus, de Jalapa, de Theriaca Cæleſti reformata, Obſervationum medico-phyſicarum centuriæ 4, cæt. Germanica, Flagellum Salutis ſ. de curatione per inflictas plagas, pharmacopolium Stercorarium ſalutiferum, Phyſica Agricolarum, cæt. præter Poetica, Philoſophica, Hiſtorica, ut Syntagma rerum & Antiquitatum Germanicarum, Zeitkürzende erbauliche Luſt, Philoſophiſche Luſt-Stunden, anmuthige

lange

lange Weile, Philoſophiſcher Feyerabend, cæt. *Johannes Laurentius Fehr*, Adjunctus, dictus *Argonauta II.*, Schvinfurtenſis, M. D. & patriæ reip. Phyſicus, †. 1706. 22. Sept. *Johannes Petrus Prückelius*, (*Georgii* etiam medici filius,) Ratisbonenſis, ibidemque Phyſicus, †. 1690. 13. Feb.

§. 1014. A. 1676. *Johannes Georgius Trumph*, dictus *Rufus*, Goslarienſis, M. D. & in patria Phyſicus, qui ſcripſit Scrutinium Chemicum Vitrioli. *Gothofredus Samuel Scultetus*, ſ. *Schulze*, Adjunctus, dictus *Ægineta I.*, Vratislavienſis, M. D. Phyſicus in patria, Comes Pal. Cæſ. †. 1698. 14. Maji. *Georgius Hieronymus Welſch*, ſ. *Velſchius*, dictus *Neſtor I.*, Auguſtanus; natus 1624. 28. Oct. patre *Caſparo* Pharmacopœo, matre etiam filia Pharmacopœi Auguſtani, *Sigharti*: ſtudiis academicis Tubingæ, Argentorati, & Patavii excultus, Italiâ peragrata Auguſtam Vindel. reverſus 1649. †. 1677. 11. Nov. (ſecundum veteres Ephemerides 1. Nov.) non quidem gradu med. aſſumto, cæterum doctiſſimus polyhiſtor, compluriumque linguarum, præſertim Arabicæ, ſcientiſſimus; cujus laudatiſſima ſunt, diſſertatio de Ægagropilis, Sylloge Obſervationum & Curationum medicinalium, exercitatio de Vena Medinenſi, Hecaſtoteæ 2. Obſervationum, Curationum Exoticarum Chiliades 2, & Conſiliorum Centuriæ 4, Curationum propriarum & Conſiliorum Decades 10. poſthumæ, Somnium Vindiciani ſ. Deſiderata medicinæ, Commentarius in Ruzname Naurus, cæt. in cujus editis etiam extant *Petri Aſſelinai*, Aurelianenſis, Collectanea,

Eupo-

Euporiſta, & Experimenta. *Rudolphus Wilhelmus Kraus*, dictus *Tiphys*, v. in Proff. Jenenſ. §. 984. *Georgius Abraham Merclin*, Mercklinus, filius, dictus *Chiron I.*, natus Weiſſenburgi 1644. 29. Nov. ſtudiis Wittebergæ, Altdorfii, Patavii agitatis, M. D. Altd. 1670, tum Collegio Med. Norimb. aſcriptus, deinde factus ſuæ Reip. Phyſicus Ord. item 1684 Domus ibidem Teutonicæ medicus Ord. poſtea quoque Magni ejus ordinis Magiſtri, †. 1702. 19. Apr. cujus laudanda, tr. de ortu & occaſu Transfuſionis Sanguinis, Lindenius de Scriptis Medicis Renovatus, tr. de Incantamentis, cæt. *Gabriel Clauderus*, Adjunctus, dictus *Theſeus I.*, v. §. 965.

§. 1015. *Benjamin Scharf*, dictus *Bias I.*, Nordhuſanus, natus 1651. 6. Jun. 1670. Phyſicus Oppidanus & Provincialis Weiſſenſeenſis, 1671. Jenæ Med. Lic. 1674. Archiater Schwarzburgicus & Poliater Sondershuſæ, 1687. Rector Scholæ Muhlhuſanæ; 1689. ad priora munera Sondershuſam reverſus, ibi denique etiam factus Conſul, †. 1702. die Pentecoſtes; cujus extant Arkeuthologia ſ. deſcriptio Juniperi, Toxicologia ſ. tr. de natura Venenorum, diſſ. de medio inter Apoplexiam & Epilepſiam affectu, cæt. & Germanice ſolida Admonitio de cognitione, præſervatione, & curatione Peſtis. *Georgius Caſpar Kirchmajer*, dictus *Phoſphorus II.*, Uffenheimio-Francus, Wittebergæ Prof. Eloqu., natus 1635. †. 1700. menſe Sept. (al. Oct.) in re Numiſmatica, Chemia, Metallurgia, Mineralogia, Zoologia, Phyſicis, cæt. denique

que Phosphoro elaborando celebritatem conſecutus, editis quoque multis eorum argumentorum ſcriptis, præter alia plurima. *Johannes Burg*, dictus *Meſue I.*, Vratislavienſis, M. D. in patria medicinam factitans, †. 1690. 25. Aug. *Gothofredus Samuel Poliſius*, dictus *Homerus*, M. D. natus Francofurti ad Viadrum atque ibidem Phyſicus, †. 1700. *Lucas Schröckius*, dictus *Celſus I.*, Academiæ Præſes IV., Auguſtanus, natus 1646. 20. Sept. patre homonymo & Phyſico reip. Ord.: Med. Lic. Jenæ 1669, hinc peragratâ Germania & Italia, ubi per 1 ½ annos verſatus, Jenæ 1671. M. D. in patria Phyſicus Noſodochii, 1678. ſodalis Academiæ Recuperatorum Patavinæ, & Phyſiocriticæ Senenſis, 1701. in Coloniam Phyſiocriticorum Romanam cooptatus: 1681. Acad. Nat. Cur. Adjunctus, 1685. Director Ephemeridum, 1693. Præſes: idem Collegii Med. Auguſtani ſepties Decanus, 1712. Phyſicus reip. Primarius, Collegii Med. Vicarius, & Officinarum Pharmaceuticarum Viſitator perpetuus: 1687 S. R. I. Nobilis, Archiater Cæſareus Comesque Palat. †. 1730. 3. Januar. ab eoque edita, Pharmacopœia, Auguſtana reſtituta, contra Joh. Zwelferum: hujus operis Defenſio adverſus Frid. Hofmannum & *Philipp. Naſturtium*: Hiſtoria Moſchi: Hygea Auguſtana, ſ. memoria Sæcularis Collegii ejus reip. Medici: Hiſtorica continuatio Progreſſus Academiæ Naturæ Curioſorum; cæt. *Dietericus de Marwitz*, dictus *Ulyſſes*, Eques Hieroſolymitanus.

§. 1016. A. 1678.: *Johannes Nicolaus Pechlin*, dictus *Telamon*, v. inter Proff. Kilon. *Johannes Jaco-*

Jacobus Waldſchmidt, dictus *Priamus*, natus Rodheimii in Wetteravia 1644. 13. Januar. ſtudia perſecutus Gieſſæ, Vindobonæ, Pragæ, & in aliis Germaniæ academiis per 10. annos, 1667. Gieſſæ M. D., hinc Hanoviæ artem exercens: 1674. Marpurgi Prof. Med. Primarius, 1682. ſimul Prof. Phyſ. idem Archiater Haſſo-Caſſellanus, †. Marpurgi 1689. 12. Aug. ex dyſenteria, quam in caſtris prope Moguntiam contraxerat: qui Carteſii doctrinam in medicinam intulit, uſum fontium ſoteriorum ex toto improbavit, Catharticis pariter medicamentis minus æquus, Tincturam Anti-Varioloſam cum Amico *Joh. Dolæo* invenit: ejusque opera conjuncte recuſa ſunt. *Henricus*, Liber Baro *a Frieſen*, dictus *Atlas*. *Johannes Chriſtophorus Adlungius*, dictus *Ajax*, v. inter Proff. Erfurt. §. 958. *Johannes Georgius Volckamer*, dictus *Helianthus I.*, Præſes III, Norimbergenſis, v. §. 727. *Johannes Siebold*, dictus *Laomedon*, Gothanus, M. D. 1662. Altdorfii, Weiſſenfelſæ & Lipſiæ praxin agitavit, ſcripſitque Germanice de Acidulis Bibræ. *Laurentius Gieſeler*, vel *Gieſler*, dictus *Hippocrates I.*, Oſterodanus (al. Brunſvicenſis,) M. D. & Phyſicus Brunſvici, †. 1685; ſcripſitque de Pinguedine, de Peſte Brunſvicenſi 1657. obſervationes cæt.

§. 1017. *Andreas Cleyer*, dictus *Dioſcorides*, Caſſellanus, M. D. & Bataviæ in Orientali India Protomedicus Societatis Indicæ, celebris ob editum Specimen Medicinæ Sinicæ, cæt. *Johannes Friedericus Allmacher*, Adjunctus, dictus *Zethes*,

Meiſenheimio-Palatinus, natus 1648. 5. Dec. M. D. Leidenſis Facultatis, hinc Phyſicus Aſchaffenburgicus, deinde Comitis Wertheimenſis medicus Ord., denique Francofurti ad Mœnum praxin ſecutus, †. 1689. 12. Aug. (al. 1687. ſed, ut videtur, per errorem). *Tobias Czaſchelius*, dictus *Æſculapius I.*, Laubâ-Luſatus, Archiater Cæſareus, †. 1682. 25. Dec. *Johannes Georgius Sartorius*, dictus *Calais*, Bambergenſis, M. D. Altdorfinæ Facult. 1680, †. 1696. 18. Apr. editis libris de admiranda Narium Hæmorrhagia, & de Ungarorum morbo Militari ſ. Caſtrenſi, cæt. *Johannes Chriſtianus Tralles*, dictus *Avenzoar*, Strehlâ-Sileſius, M. D. & Phyſicus Vratislavienſis. †. 1698. *Jacobus Wolf*, Adjunctus, dictus *Socrates I.*, v. in Proff. Jenenſ. §. 985. *Carolus Patinus*, dictus *Galenus I*, v. in Proff. Patav. §. 869. *Günther Chriſtophorus Schelhammer*, Adjunctus, dictus *Theophraſtus*, v. in Proff. Helmſtad. §. 990.

§. 1018. A. 1680. *Johannes Pfeiffer*, dictus *Muſa*, M. D. & Archiater Ruthenus, †. 1684. 12. Jun. *Johannes Ludovicus Hannemann*, dictus *Neſtor II.*, v. inter Proff. Kilon. §. 1001. *Johannes Dolæus*, dictus *Andromachus*, ex Nobili gente Gallica *de Dole* oriundus, natus Geismariæ in Haſſia Inferiore 1651, ſtudiis Heidelbergæ peractis, Galliaque, Anglia, ac Batavia pergratis, M. D. Heidelbergæ 1673, hinc Poliater Limburgi ad Lahnum, 2. poſt annis Archiater Naſſavio-Diezenſis, tum Poliater Hanovienſis, 1682. Haſſo-Caſſellanus Conſiliarius & Archiater Primarius, †. 1707. editis

tis jam tum ſæpenumero Operibus ſuis omnibus, in quibus Encyclopædia medica & chirurgica, cæterum Helmontianæ de Archæo doctrinæ addictus.

§. 1019. A. 1681.: *Sebaſtianus Scheffer*, Adjunctus, dictus *Perſeus II.*, Mœno-Francofurtenſis, natus 1631. 2. Januar. patre Guil. Erneſto: ſtudiis Argentorati, Lipſiæ, & Helmſtadii excultis, Belgioque & Gallia peragratis, Heidelbergæ 1659. M. D. deinde Phyſicus reip. patriæ, †. 1686. 10. Januar. a quo publici juris facta, Introductio in Artem Medicam ex publicis præcipue diſſertationibus *Herm. Conringii* concinnata, eodemque Præſide 3. Kal. Maji 1654 Helmſtadii publice examinanda propoſita; quæ quidem nunc Præſidi tanquam autori attribui conſuevit: Matthiæ Moroni Directorium Medico-Practicum, auctum: Caſp. Hofmanni Praxis medica curioſa, cæt. *Hieronymus Ambroſius Langenmantel*, dictus *Solon*, Auguſtanus, in patria Canonicus, †. 1718. 5. Dec. *Johannes Jacobus Harder*, Adjunctus, dictus *Pæon I.*, v. in Proff. Baſil. §. 970. *Johannes Daniel Widt*, dictus *Aſclepiades*, Argentinenſis, M. D. & Archiater Moguntinus, †. 1693. *Johannes Conradus Peyer*, *Peier*, *Peyre*, dictus *Pythagoras*, Schafhuſius, Nobili genere natus 1653. 26. Dec. ſtudiis Baſileæ excultus, tum in Galliam profectus, & 1681. Baſileæ creatus M. D., 1690. in patriæ reip. Collegio Humanitatis Prof. Eloqu. poſtea quoque Log., Ontol., & Phyſ. †. 1712. 29. Feb. cujus extant, exercitatio de Glandulis Inteſtinorum, (quarum genus ab ipſo nomen ſortitum eſt,) experimenta no-

va circa Pancreas, Merycologia, & plura pulchra Anatomica.

§. 1020. *Johannes Paulus Wurfbain*, Director, dictus *Hermes II.*, Norimbergenſis, natus 1655, 14. Dec. M. D. in Collegium Med. Norimb. cooptatus 1679. in eo aliquoties Viſitator & Decanus; †. 1711. 12. Januar. qui edidit Salamandrologiam, & in Epiſtola ad amicum, ſine nomine evulgata, Joh. Hiskiæ Cardilucii librum de Peſte in multis reprehendit; cæt. *Georgius Eberhardus* vel *Everhardus Rumph*, dictus *Plinius Indicus*, Hanovienſis, eruditus Mercator, Amboinæ in India Orientali commoratus, & in Senatum allectus, †. circa a. 1706. natus a. 69.; celebris ob ſuum Muſeum rariorum naturalium Amboinenſe, Batava lingua primo editum: atque ob Herbarium Amboinenſe poſthumum. *Johannes Petrus Albrecht*, dictus *Caſtor II.*, Hildeſias, M. D. & Phyſicus urbis natalis. *Johannes Muralt* aut *de Muraltò*, dictus *Aretæus*, Tigurinus, M. D. in patria Canonicus, Protophyſicus, & Profeſſor Phyſices, †. 1733.; qui in urbe natali Theatrum exſtruxit Anatomicum, eamque & Chirurgicam partem inprimis exercuit docuitque, vulgatis etiam pluribus libris, ut ſunt, Vademecum Anatomicum ſ. Clavis medicinæ, recuſum ſub tit. Exercitationes Medicæ obſervationibus & experimentis Anatomicis mixtæ: Germanice, Collegium Anatomicum, Hippocratem Helveticum, libellum Obſtetricium, varia Chirurgica, cæt.

§. 1021. A. 1682.: *Henricus Skreta*, a *Zavorziz*, dictus *Nicander*, Schafhuſius, M. D. Heidelber-

delbergæ 1670, & in patria Phyſicus, †. 1689. 6. Aug. qui ſcripſit de Febre Caſtrenſi Maligna, Germanice: de Peſte & Febribus Peſtilentialibus præſervandis, cæt. *Johannes Adam Limprecht*, dictus *Fabius*, 8. Maji, Adjunctus 1698.: Vratislavienſis, natus 1651. 2. Sept. ſtudiis Lipſiæ primum actis, itineribusque per Saxoniam Superiorem & infer. inſtitutis, Leidam profectus, ibique M. D. 1675. 26. Oct. creatus, hinc in Anglia Galliaque ſtudia proſecutus, 1679. in Luſitaniam, Hiſpaniam, Italiam, hic Patavii factus Artiſtarum Conſiliarius Nationis German. atque Vniverſit. Vice-Syndicus, tum in patria Ducum Würtembergo-Oelsn. Conſiliarius & Archiater, poſthac, ætate jam ad ſenium vergente, Berolinum digreſſus, factusque ibi Collegii Med. membrum, aliquando etiam PhyſicusOrd. Fürſtenwaldæ, & Angermündæ: denique Berolini †. 1735. 27. Jul. *Gerhardus Blaſius*, dictus *Podalirius II*, Holſatus, ſtudiis Hafniæ & Leidæ cultis, poſterio-re loco M. D. creatus, hinc Amſtelædami praxi deditus, 1660. ibidem in Gymnaſio Profeſſor, & non diu poſt medicus Noſodochii publici, itemque Bibliothecarius, †. grandævus 1682, elitis plurimis tam ſuis quam aliorum libris, quorum præcipui, Anatome Medullæ Spinalis, (cujus tunicam Arachnoidem invenit,) Anatome Animalium, Miſcellanea Anatomica hominis brutorumque, Obſervationes Anatomicæ Collegii Privati Medici Amſtelædamenſis, Obſervationes Medicæ rariores, Medicina Generalis, vel novo tit. Univerſalis, Medicina Curatoria, eriſtica adverſus Nicol. Stenonis de invento Ductu Salivali, cæt. Anatome corporis

humani ſermone Batavo, Joh. Veslingii Syntagma Anatomicum cum Commentario & Additionibus, idem Germanice & Batavice redditum, cæt. Ejus filius *Abraham* fuit pariter inſignis medicus, & Jobi a Meekren Obſervationes medico-chirurgicas in Germanicum transtulit ſermonem.

§. 1022. *Johannes Jacobus Döbelius*, dictus *Hippocrates II.*, Dantiſcanus, M. D. & ejusdem ac Mathematum Superiorum Prof. unaque Phyſicus Roſtochii, & Comes Palat. †. 1684. 2. (al. 6.) Jun. cujus prodiit opus inſcriptum, Joh. Antonidæ van der Linden Meletemata Medicinæ Hippocraticæ contracta; & alia. *Emanuel König*, dictus *Avicenna*, v. in Proff. Baſil. §. 971. *Martinus Johannes Haesbaert*, dictus *Rhaſes*, Clivenſis, M. D. *Johannes Georgius Hieronymi*, dictus *Aetius*, M. D. & Phyſicus Guelpherbytanus. *Johannes Georgius Landbeck*, dictus *Serapio I.*, Hohenloicus, M. D. & practicus Kitzingenſis, †. 1683. *Carolus Ohmb*, dictus *Sirius II.*, Vratislavienſis, M. D. in patria artem tractans, †. 1706. 9. Apr. *Jacobus Schmid*, dictus *Podalirius III.*, M. D. & Archiater Anhaltinus, †. 1705. 5. Januar. *Jacobus Weiz*, dictus *Æſon II.*, M. D. & Archiater Gothanus.

§. 1023. *Johannes Matthias Faber*, dictus *Plato I.*, Auguſtanus, M. D. & Phyſicus Heilbronnenſis, †. 1702. 21. Sept. clarus ex edita Strychnomania ſ. de Solano furioſo hiſtoria. *Adam a Lebenwald*, Adjunctus, dictus *Æſculapius II.*, Auſtriacus, Sairleinſpachienſis, natus 1624. 25. Nov. Patavii ſtudiis imbutus & M. D. creatus, tum Græcii Styr. in praxi exercitatus ſub duce *Warnhauſe-*

ro,

ro, M. D.: 1655. Styriæ Superioris medicus Provincialis & Conſiliarius: idem Comes Palat. & Poëta Laur. Cæſ. Notarius Apoſtolicus, cæt. †. 1696. 20. Jun. cælebs; plurium librorum Germanicorum autor, ut de Virgula divinatrice Metallica, de Unguento Armario & Pulvere Sympathetico, de Transplantatione Morborum, de Magia, Dæmographia, de Peſte aliisque morbis Contagioſis curandis, cæt. *Johannes Jacobus Webersky*, dictus *Æginetа II.*, Dantiſcanus, M. D. ibidemque Phyſicus, †. 1689. 2. Nov. *Johannes Georgius Sommer*, dictus *Machaon II.*, Schwarzburgicus, M. D. & Principis Archiater, †. 1705. 21. Aug. qui Germanice ſcripſit de arte obſtetricia, de bene Educandis Infantibus, de curanda Peſte. *Roſinus Lentilius*, Teutonica lingua *Linſenbahrt*, dictus *Oribaſius*, Waldenburgo-Hohenloicus, natus 1657. 3. Januar. ætatis a. 14. Academica ſtudia Heidelbergæ exorſus, 1673. Jenam profectus, poſt annum Pædagogus in rure non procul Lipſia usque ad a. 1677, hinc ad fortunam quærendam iter pedibus ingreſſus Roſtochium, Wismariam, Lubecam, Gedanum, Regiomontum, cæt. denique ab Eccleſiaſte prope Mietaviam Curlandiæ pro Pædagogo conductus: ubi quum Medicam praxin ſimul exerceret, factum eſt, ut a Marchione Anſpacenſi vocaretur ad provinciam Phyſici Creilshemenſis, quod officium, itinere per Hafniam directo, & gradu Lic. Med. Altdorfii ſuſcepto, adiit a. 1680.: deinde 1685. Poliater Nordlingenſis: 1698, Stutgardiam digreſſus, neque multo poſt Marchionis Durlacenſis medicus Ordinarius conſtitutus, hoc autem Principe Baſileam propter belli turbas profecto,

fecto, Stutgardiam reverſus, atque ibi factus Phyſicus Ord., & brevi poſt Ducis Würtemb. Archiater titulotenus, 1711. Conſiliarius & actu Archiater, eodem circiter tempore Taurinum ad Principem Hereditarium ablegatus, quem deinde a. 1713. per Belgium, Hiſpaniam, Galliamque comitatus eſt & 1716. incolumem reduxit, †. 1733. 12. Feb. qui Arſenici uſum internum pro febribus intermittentibus debellandis primus commendavit, cæterum complurium voluminum autor, ex quibus præcipua, Tabula Conſultatoria, Iatromnemata theoretico-practica, Miſcellanea medico-practica, Eteodromus medico-practicus a. 1709.: de Aquis medicatis Canſtadienſibus, de Venæſectionibus Vernis & Autumnalibus utplurimum intempeſtive ſuſceptis, de Hydrophobiæ natura & cura, cæt. *Martinus Chriſtophorus Metzger*, Adjunctus, dictus *Plinius II.*, Viennenſis Auſtriacus, M. D. & Phyſicus Ratisbonenſis, †. 1690. 20. Mart. *Michael Bernhardus Valentini*, Adjunctus, dictus *Theſſalus*, v. inter Proff. Gieſſ. §. 996.

§. 1024. A. 1684.: *Georgius Hannæus*, dictus *Diomedes*, Othinio-Fionus, M. D. & in patria practicus, †. 1699. 1. Apr. v. inter Danos. *Johannes Daniel Dorſtenius*, dictus *Averrhoes*, M. D. & Prof. Marpurgenſis, ubi natus erat, †. 1706. 20. Sept. *Johannes Mauritius Hoffmannus*, Director, dictus *Heliodorus I*, v. inter Proff. Altdorf. §. 992. *Johannes Conradus Roppius*, dictus *Scrapio II.* Oringâ-Hohenloicus, M. D. & Archiater Hohenloicus, †. 1693. *Theodorus Chriſtophorus Krug, de Nidda*, dictus *Mercurius*, Hersfeldenſis, M. D. &

Archi-

Archiater primarius Brandenburgicus, idem Intimus Conſiliarius Aulicus & Metallicus, ſupremus rerum Metallicarum Director & Metallifodinarum Præfectus, (Berg-Hauptmann) Societatis Scientiarum Berolinenſis ſodalis, †. 1719. m. Maji. *Zacharias Fürſt*, dictus *Æolus*, Dellebocius, M. D. & Archiater Trevirenſis. *Chriſtophorus Helvigius*, aut *Helvich*, dictus *Galenus II.*, v. inter Proff. Gryphiswald. §. 969. *Daniel Beſcherer*, dictus *Philadelphus*, Norimbergenſis, natus 1656. 3. Maji, M. D. in Collegium Norimb. aggregatus 1648, †. 1718. 22. Sept. *Samuel Ledelius*, dictus *Theſeus II.*, Sora-Luſatus, M. D. Phyſicus Grünbergæ in Luſatia, qui ſcripſit de Centaurio Minore.

§. 1025. A. 1685. *Jacobus Auguſtus Hünerwolf*, dictus *Actuarius*, Arnſtadienſis, M. D. & Phyſicus in patria; cujus extat Anatomia Pæoniæ. *Eberhardus Gokelius*, dictus *Alector*, Ulmanus, natus 1636. M. D. & Poliater Giengenſis, deinde Phyſicus in patria; a quo in lucem data, Conſiliorum & Obſervationum medicinalium decades 6, Gallicinium medicum ſ. Conſiliorum & Obſſ. centuriæ 2, enchiridion de Peſte cum 2. libellis de Venenis; & Germanice, deſcriptio Galli gallinacei, conſideratio politico-hiſtorico-medica Iræ & morborum inde naſcentium, deſcriptio Vini Lithargyrio mangoniſati & morbi inde orti cum remediis, expoſitio de morſu Rabioſorum canum, cæt. *Georgius Benjamin Gloxin*, dictus *Serenus*, Colmarienſis, M. D. & urbis natalis Phyſicus. *De Sanzey*, dictus *Bias II.*, Eques Auratus, M. D. & Archiater Colonienſis. *Johannes Daniel*

Geyer, dictus *Dædalus*, Ratisbonenſis, M. D. & primum Mannhemii medicus Præſidiarius: deinde Archiater Regis Polon. Friderici Auguſti, †. circa 1735.; cujus prodiit Dictamnologia, tr. de Cantharidibus, Thargelus Apollini ſacer de montibus Conchiferis & Gloſſopetris Alzejenſibus, cæt. *Daniel Crüger*, dictus *Argus II.*, Stargardiâ-Pomeranus, natus 1639. 11. Dec. M. D. Altdorfii 1666; hinc in patria praxi deditus, †. 1711. 15. aut 16. Mart. edito Germanice Medico fideli febris Petechialis ac Luis Venereæ: idem felix Poeta.

§. 1026. *Johannes Jacobus Wepfer*, dictus *Machaon III.*, Schafhuſius, natus 1620. 23. Dec. ſtudia Baſileæ & Argentorati per 8. annos proſecutus, tum 2. annis in Italia verſatus, 1647. Baſileæ. M. D. & in patria rep. Phyſicus, 1675. Archiater Würtembergicus, poſthac quoque Durlacenſis, & Electoralis Palatinus, †. 1695. 28. Januar. cujus laudatiſſimi ſunt libri, nominatim obſervationes de Apoplexia, & auctius opus inſcriptum Hiſtoriæ Apoplecticorum: hiſtoria & noxæ Cicutæ Aquaticæ: obſervationes medico-practicæ de Affectibus Capitis internis & externis, opus poſthumum, cæt. *Johannes Conradus Brunner*, poſtea Liber Baro *a Brunn*, dictus *Herophilus*, natus Diesſenhofii oppidulo non procul Schafhuſia, 1653. 16. Januar. M. D. Argentorati 1672., hinc Pariſiis in Exercitationibus Anatomicis aſſiduus, tum Angliâ luſtrata, reverſus in patriam, factus a. 1687. Med. Prof. Heidelbergæ, ſed ſequente a. propter belli tumultus in Helvetiam profugus, 1695. Düſſeldorſium accitus

tus conſtitutusque Electoris Archiater primarius, 1711. Nobilitatem adeptus, unaque dynaſtiam Hammerſtein in Ducatu Bergenſi: 1720. a Pago Schafhuſienſi Jure Civitatis pro ſe poſterisque ſuis omnibus donatus: cæterum ſubinde a Principibus, ut a Regibus M. Britanniæ, Boruſſiæ, Daniæ, Sueciæ, ab Electoribus Colonienſi, Moguntino, Bavaro aliisque proceribus, valetudinis curandæ cauſa arceſſitus; †. 1727. 2. Oct. Mannhemii; magnam quoque gloriam ſcriptis meritus, ex quibus præcipua, experimenta nova circa Pancreas, (quibus acidum ejus ſucci refutavit:) liber de Glandulis in Duodeno ab ipſo detectis, quæ quidem in ejus honorem Brunnerianæ appellari conſueverunt; cæt. *Theodorus Zwinger*, dictus *Ariſtoteles I.*, v. inter Proff. Baſil. §. 971. *Fridericus Ferdinandus Illmer, de & in Wartenberg*, dictus *Democritus*, Archiater Cæſareus; †. 1700. menſe Januar.

§. 1027. *Johannes Georgius Volcamer*, junior f. II., dictus *Helianthus II.*, natus Norimb. 1662. 7. Maji, M. D. in Coll. med. Norimb. cooptatus 1685. †. 1744. 8. Jun. Collegii Norimb. Senior primarius. *Johannes Benedictus Gründel*, dictus *Cœlius Aurelianus*, Glogovia-Silesius, M. D. & Phyſicus Ducatus Styriæ, †. 1705. *Juſtus Fridericus Dillenius*, dictus *Achates*, v. in Proff. Gieſſ. §. 995. *Johannes Eſchenbach*, dictus *Scribonius Largus*, Eiſenbergâ-Misnicus, M. D. *Johannes Lucas Rhiemius*, (al. *Jacobus Rhiem*,) dictus *Myrepſus*, Coburgenſis, natus 1656. 27. Jul. ſtudiis Lipſiæ agitatis, Altdorfii 1682. M. D. 1689.

Ducis

Ducis Coburg. Alberti Archiater, 1696. in Gymnaſio Prof. Phyſ. 1704. Phyſicus Provincialis, denique Conſiliarius Ducum Sax. †. 1720. 27. Oct. *Johannes Theodorus Mœren*, dictus *Phœbus*, Colonienſis, M. D. & Prof. Moguntinus. *Hermannus Grube*, dictus *Palamedes*, Lubecenſis, natus 1637. 10. Oct. patre ſutore: ab a. 1657. Helmſtadii Med. ſtudiis imbutus, poſthac Pædagogus Kiliæ & Lubecæ, 1663. Jenam comes & ephorus Bilderbeckii profectus, ibi eodem a. creatus Mag., 1666. Leidæ gradum M. D. gratis adeptus, 1667. Poliater Haderslebienſis, inde 1675. Flensburgum digreſſus, poſt 2. annos Haderslebiam ad munus Phyſici cum ſalario reverſus; †. 1698 menſe Feb. cujus boni ſunt libri, de modo Simplicium medicamentorum Facultates cognoſcendi, de Arcanis medicorum non arcanis, de Transplantatione Morborum, de ictu Tarantulæ & vi muſices in ejus curatione, analyſis mali Citrei, cæt. præter Dispp. *Andreas Ernius*, dictus *Zephyrus III.*, Hanovienſis, M. D. & in patrio Gymnaſio Prof. *Philippus Jacobus Hartmann*, dictus *Ariſtoteles II.*, v. inter Proff. Regiomont.

§. 1023. A. 1686.: *Alardus Mauritius Eggerdes*, dictus *Euclides*, Paderbornenſis, M. D. & Archiater Trevirenſis. *Johannes Ignatius Muſchel*, *de Moſchau*, dictus *Eraſiſtratus*, Phyſicus Glacenſis. *Johannes Jacobus Henrici*, dictus *Arion II.*, Argentoratenſis, M. D. & in patria Phyſicus. *Petrus Chirac*, dictus *Orion*, v. inter Gallos §. 910. *Johannes Acoluthus*, dictus *Caſſius Jatroſo-*

troſophiſta, Vratislavienſis, M. D. in patria, †. 1696. 17. Oct. *Michael Fridericus Lochner, de Hummelſtein*, 1711. 5. Feb. Adjunctus, 26. Mart. Director; dictus *Periander:* natus Fürthi Noric. 1662. 28. Feb. 1684. Altdorſii M. D. 1685. membrum Collegii Med. Norimb. poſthac Phyſicus, ter Decanus & denique Senior Collegii, †. 1720. 15. Oct. polyhiſtor, in Antiquitatibus præſertim & Hiſtoria Naturali apprime verſatus, cujus etiam extant complures amœnioris generis commentationes, potiſſimum ad hiſtoriam ſimplicium exoticorum pertinentes, item Rariora Muſei Besleriani, ex filii *Johannis Henrici*, præmature defuncti, laboribus a patre perfectum opus. *Johannes Henricus Schmid*, dictus *Phaëton II.*, Svinfurti natus & praxi deditus, M. D. †. 1723. 23. Mart.

§. 1029. A. 1687. *Johannes Jacobus Martini*, dictus *Plato II.*, Heidelbergenſis, M. D. & ibidem Prof., *Daniel Nebel*, dictus *Achilles II.*, Heidelbergenſis, natus 1664. ibidem ſtudiis imbutus & M. D. creatus, peragrataque Helvetia ac Gallia factus 1691. Prof. Extr. ſed 1693. ab hoſtibus Gallis pulſus, hinc Marpurgi 14. circiter annos Med. Prof., 1708. iterum Heidelbergæ Prof. Med. Primarius Medicusque Aulicus, 1728. Electoris Conſiliarius Intimus & Archiater, †. 1733. 15. Mart. editis per multis pulchris Dispp. cæt. *Hermannus Dülker*, dictus *Socrates II.*, Crucenaco-Palatinus, M. D. Francofurti ad M. degens.

§. 1030. A. 1688. *Rudolphus Jacobus Camerarius*, dictus *Hector II.*, v. in Proff. Tubing. *Jacobus*

cobus Grandius, dictus *Seneca I.*, Mutinenſis, M. D. Venetiis praxi deditus, †. 1691. menſe Feb. *Sigismundus Ledelius*, dictus *Hercules II.*, Sora-Luſatus, Jurium D. & Schvidnicii Advocatus, †. 1705. 4. Nov. *Carolus Joſephus Myller*, dictus *Xenophon*, Tugio-Helvetius, M. D. & in patria Phyſicus. *Conradus Philippus Limmer*, dictus *Leucippus*, M. D. Altdorfii creatus 1688., poſtea Serveſtæ artem factitans, multis quoque ſcriptis clarus. *Fridericus Wilhelmus Clauderus*, dictus *Theſeus III*, Altenburgo-Misnicus, M. D. ibidem praxin exercens, †. 1692. 9. Nov. *Theodorus Caroli*, dictus *Neptunus*, Tubingenſis, M. D. Phyſicus Leomontanus, †. 1690. 20. Feb. *Georgius Tobias Dürrius*, dictus *Damocrates*, Auguſtanus, M. D. & patriæ reip. Phyſicus, †. 1712. 3. Sept. *Marcus Gerbezius*, dictus *Ageſilaus*, Liburnus, M. D. Labaci degens, †. 1718.; qui ſcripſit de Morbis Complicatis, & alia.

§. 1031. A. 1689.: *Alexander Maurocordatus*, dictus *Alexander Magnus*, Græcus ex gente Scarlata, ſtudiis potiſſimum Med. imbutus Romæ & Patavii, tum Bononiæ creatus M. D. deinde aliquandiu arte in patria exercita, ſupremus Interpres in Aula Turcica, Conſiliarius Secretorum, Princeps Valachiæ, Legatus Extraord. ad Imperatorem R. German., Plenipotentiarius in tractatu Pacis Carlovic. cæt. †. 1710.: cujus prodiit Pneumaticum Inſtrumentum Circulandi Sanguinis, ſ. de motu & uſu Pulmonum, Bonon. 1664.; præter Hiſtorica, Philoſophica, Rhetorica, Politica, cæt.

§. 1032.

§. 1032. A. 1690.: *Erneſtus Morgenſtern*, dictus *Ariſtogenes I.*, Archiater Saxonicus. *Henricus Erndl*, dictus *Critobulus*, M. D. Archiater Saxonicus, †. 1693. 13. Sept. *David Hausmann*, dictus *Ariſtæus*, Dresdenſis, apud Electorem Saxon. Ærarii Bellici Præfectus, †. 1698. 27. Dec. *Johannes Elias Lehmann*, dictus *Antenor*, Luſatus, M. D. & Archiater Saxonicus, †. 1691. 2. Apr. *Johannes Godofredus de Berger*, dictus *Apulejus*, v. in Proff. Witteberg. §. 975. *Joſephus Lanzonus*, dictus *Epicharmus*, v. inter Italos §. 898. *Chriſtianus Vater*, dictus *Nicomachus*, v. inter Proff. Witteberg. §. 975. *Johannes Georgius Grübel*, dictus *Varro*, Cala-Thuringus, M. D. & Archiater Saxon. †. 1698. *David Reich ab Ehrenberg*, dictus *Hercules III.*, M. D. Vratislavienſis, ibidem medicinam faciens. *Joſeph Maria Revelius*, dictus *Ariſtogenes II.*, Pedemontius, M. D. Archiater Polonicus. *Chriſtianus Schuckmann* ſ. *Schuchmann*, dictus *Ælianus*, natus Salfeldiæ 1652. 17. Nov. 1680. Erfurti M. D. hinc Annæbergæ Poliater & 1704. Conſul, †. 1719. 6. Oct. qui Germanice dedit deſcriptionem Thermarum Marienbergenſium.

§. 1033. *Guſtavus Caſimirus Gahrliep, von der Mühlen*, dictus *Aurelianus*, Suecus, M. D. & Archiater Elector. Brandenburg. †. 1713. *Johannes Jacobus Wagner*, dictus *Pæon II.*, Turgovia-Helvetius, M. D. & Bibliothecarius Tigurinus, †. 1695. 14. Dec. edita parte hiſtoriæ Naturalis Helvetiæ. *Martinus Maximilianus Pruggmair*, aut *Bruggemayr*, dictus *Parmenides*, Styrius, M. D. Salz-

Salzburgi degens, item Phyſicus Græcenſis, qui ſcripſit de vero Elixire Vitæ ſ. genuino Auro Potabili philoſophico, cæt. *Franciſcus Stockhamer*, dictus *Marcus Artorius*, Salisburgenſis, M. D. Conſiliarius & Archiater Cæſareus, cujus prodiit Microcosmographia. *Johannes Caſpar Weſtphalus*, dictus *Albucaſes*, Rugenwaldâ - Pomeranus, M. D. Phyſicus Delicenſis, †. 1722. 24. Mart. ob editam Pathologiam Dæmoniacam variis controverſiis implicitus. *Dionyſius van der Sterre*, dictus *Valerius Maximus*, M. D. Batavæ Societatis Indicæ Orientalis Protomedicus, †. 1691. *Johannes Baptiſta Scaramuccius, Scaramuzzi*, dictus *Phaëton*, M. D. Maceratæ & Urbini.

§. 1034. A. 1691.: *Erneſtus Sigismundus Groſſius*, dictus *Chiron II.*, Jaurino - Sileſius, M. D. & Phyſicus Schvidnic. *Johannes Chriſtianus Menzelius*, dictus *Seneca II.*, Berolinenſis, M. D. & Archiater Brandenb. †. 1718. 17. Maji. *Silveſter Samuel Anhorn de Hartwiſſ*, dictus *Strabo I.*, M D. & Phyſicus Sangallenſis. *Johannes Andreas Schmidt*, dictus *Strabo II.*, Wormatienſis, S. Theolog. D. primum Jenæ Prof. Philoſ. deinde Helmſtadii Prof. Theol. & Abbas Marienthal. qui præter reliquam eruditionem ſummam, nonnulla etiam ad medicam rem pertinentia compoſuit, ut de Theologia Hippocratis, de Joh. Bapt. Helmontii erroribus, de variis rebus Phyſicis, cæt. natus 1652. 18. Aug. †. 1726. 12. Jun.

§. 1035. A. 1692.: *Godofredus Thomaſius*, de Troſchenreut & Wiedersberg, dictus *Vindicianus*,

Adjun-

Adjunctus poſtea, Lipſienſis, Jacobi Prof. Philoſ. filius, natus 1660. 24. Mart. ætatis a. 18. Philoſ. Mag. inde per 4. annos ſtudia Med. in academia natali proſecutus, tum ab a. 1684. in Batavia Angliaque 4. annis verſatus, in reditu quibusdam intervallis Francofurti ad M. apud Job. Ludolfum, Halæ apud fratrem Chriſtianum, Dresdæ apud D. Jacobi & Spenerum, partim docendo in Phyſica, Medicina, & Hiſtoria Literaria, partim diſcendo, exactis, Wittebergæ 1689. M. D. creatus, tum, neglectis aliis muneribus Academicis Aulicisque, Norimberga ſede fortunarum electa, ibi 1691. Joh. Georgii Volcameri I. factus gener 12. Aug. eodemque a. in Collegium Med. receptus, Civitate donatus & proxima electione Paſchali Nominatus (Genanter des Raths,) denique Collegii Med. Senior primarius, ſeptiesque Decanus, ſed in Acad. Nat. Cur. Directoris dignitatem bis, Præſidis ſemel, conſtanter recuſavit, Præfecturam quoque Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, & ter vocationem in Aulam Regiam Dresdenſem cum charactere Conſiliarii Intimi, aliamque Gothanam vocationem deprecatus, at illam Conſiliarii Aulici & Archiatri a pluribus Principibus, ut Electore Moguntino, Marchione Culmbacenſi, Epiſcopo Aichſtadienſi, cæt. accipere, fere coactus: idem brevi poſt adventum ſuum Domus Teutonicæ Norimb. medicus Ord. & 1723. ad Jubilæum Univerſitatis Altdorfinæ nomine Lipſienſis ablegatus: cæterum a plurimis Principibus longe lateque per Germaniam conſultus & literis & coram, non tantum in cura valetudinis, ſed etiam in ordinandis Bibliothecis, ac Nummophylaciis, invenien-

dis nummorum epigraphis, cæt. idem Linguarum Hebraicæ atque Hiſpanicæ gnarus, in Anglicana vero, Italica, Gallica, Latina, & Græca pereleganter ſcribendo valens, & in 3. poſtremis, quemadmodum in Germanica, pulchros quoque verſus componens; ut de Muſica ſcientia & Exercendi Corporis artibus taceam: †. 1746. 10. Maji, relicta inſigni Bibliotheca, & Nummophylacio, paucis vero editis ſcriptis, niſi quæ ad Amicorum, quos coluit plurimos, opera contulit. *Georgius Fridericus Francus de Frankenau*, dictus *Philaretus*, v. inter Proff. Haffnienſes. *Chriſtophorus Horchius*, dictus *Abſyrtus*, M. D. Archiater Elector. Brandenburg. *Elias Camerarius*, dictus *Hector III.*, v. inter Proff. Tubing. §. 973. *Theodorus Jansſonius ab Almeloveen*, dictus *Celſus II.*, v. inter Proff. Harderovic. *Johannes Michael Fauſtus*, dictus *Theophilus*, Argentoratenſis, M. D. Francofurti ad M. vivens, †. 1707. 7. Oct. *Johannes Fridericus Gruvius*, dictus *Philo I.*, Erfurtenſis, M. D. Archiater Suecicus. *Ambroſius Stegmann*, dictus *Æmilius*, Wettinenſis, M. D. Islebii artem tractans, †. 1700. 21. Januar.

§. 1036. A. 1693: *Johannes Fridericus Haack*, dictus *Archigenes*, Herbipolenſis, M. D. & Archiater Fuldenſis. *Johannes Kunkel*, dictus *Hermes III.*, Hutteno-Schlesvicenſis, artem Pharmaceuticam doctus, deinde ad Chemiam, Metallurgiam, & Mineralogiam converſo ſtudio magnum nomen adeptus, in Aula Saxo-Lauenburgica, deinde Dresdæ apud Electorem Joh. Georgium II., deni-

que

que 1679. Berolini apud Electorem Fridericum Wilhelmum Cameræ miniſter intimus & Laboratorii Chemici Director, interim a. 1677. Wittebergæ habitis Lectionibus Chemicis Experimentalibus: mortuo Friderico Wilhelmo Holmiam digreſſus, ubi a Rege conſtitutus Conſiliarius Metallicus, & 1693. Nobilibus aſcriptus addito nomine *a Lôwenſtern*, †. provecta ætate 1703. 20. Mart. inventor Phosphori Mirabilis & Pilularum Lucentium, cujus quoque diverſa extant opera Germanica, præcipueque Animadverſiones in Ant. Neiii artem Vitrariam, & Laboratorium chemicum poſthumum. *Johannes Nicolaus Seitz*, dictus *Moſchion*, Francus, M. D. Oxoniæ vivens. *Johannes Fridericus Khern*, dictus *Sethus*, Græcenſis, M. D. Warasdini Croatiæ. *Bernhardinus Ramazzinus*, dictus *Hippocrates III.*, v. inter Proff. Patavinos §. 875. *Vitus Riedlin*, Adjunctus, dictus *Craterus*, Ulmenſis, natus 1656. 19. Mart. ſtudiorum cauſa profectus 1674. Tubingam, 1676. Patavium, ubi M. D. creatus, 1679. in Collegium Med. Auguſtanum cooptatus, 1682. ibidem Prof. Phyſ. poſtea Collegii Med. Decanus: 1704. digreſſus Ulmam, ibi factus 1707. Ephorus Chirurgorum, 1713. Decanus Collegii Med. †. 1724. 29. Feb. cujus ſunt Lineæ medicæ per ſingulos menſes annorum ſex 1695-1700. ductæ, Curarum medicarum Millenarius, Iter medicum, methodus Curandi Febres, medulla Pharmacopœiæ Auguſtanæ, de Embrochis, Germanice ſub nomine *Jatrophili Sinceri* inſtitutio ad Curandos Morbos præcipuos, cæt. Ejus *Patri* homonymo debentur, manuductio ad Studium Medicum,

& Obſervationum medicarum Centuriæ 3.: at Avo *Georgio*, Obſervationes Chirurgicæ; cuncta a noſtro demum publici juris facta.

§. 1037. A. 1694.: *Daniel Guilielmus Moller*, dictus *Solinus I.*, v. inter Proff. Altdorf. §. 993. *Samuel Grasſius*, dictus *Meſue II.*, poſtea Adjunctus, Vratislavienſis, natus 1653, Jenæ creatus M. D. tum luſtratâ Italia praxin in urbe natali exercens, denique ibi Phyſicus primarius, †. 1730. 29. Jun. *Michael Pauli*, dictus *Aſterion*, Lübena-Sileſius, M. D. Vratislaviæ medicinam factitans. *Johannes Conradus Wepfer*, dictus *Melampus*, Schafhuſius, Joh. Jacobi filius, natus 1657. 7. Jul. ſtudiis duce parente, deinde Baſileæ, & Leidæ agitatis, poſtremo loco 1679. M. D. poſthac Phyſicus Ord. in patria, †. 1711. menſe Jun. Ex cujus 3. filiis, pariter M. DD., maximus natu †. 1709. ætatis a. 29.: alter *Bernhardinus*, factus Archiater Principis Aurantii: tertius, *Georgius Michael*, Schafhuſii praxin exercuit. *Samuel Gotthilf Manitius*, dictus *Macer*, Luſatus, M. D. Dresdæ praxin exercens, qui ſcripſit de ætatibus Zedoariæ, & ſub nomine *Sempronii Gracchi Masſilienſis* Medicum hujus (i. e. ſui) Sæculi, ſ. Hermam tironi medico viam monſtrantem; †. 1698. 22. Sept.

§. 1038. *Conradus Bartholdus Behrens*, dictus *Eudoxus I.*, Hildeſienſis, natus 1660. 26. Aug. Bremæ, Helmſtadii, Argentorati, & Leidæ ſtudia proſecutus, Helmſtadii 1684. Philoſ. & Med. D. 1685. medicus Caſtrenſis copiarum Brunſuico-Luneburgen-

burgenſium in bello Hungarico: 1702. Senator in urbe natali, quo tamen officio eodem iterum anno ſe abdicavit: 1709. Academiæ Scientiarum Berolinenſis Socius: 1712. Brunſuico-Luneburgenſis medicus Aulicus, †. 1736. 4. Oct. a quo conſcripta, Selecta Medica, Selecta Diætetica, diſſ. de Certitudine artis Medicæ, cæt. & Germanice de fallacibus Urinæ Indiciis, de Subitaneis Mortibus, de natura, indole, veraque origine Peſtis: qua ratione Miles in Caſtris morbos cavere iisque occurrere poſſit: qua ratione res Medica cum fructu in melius promoveri poſſit; cæt. præter plurima Genealogica & Hiſtorica. *Godofredus Schulze*, dictus *Archelaus*, Altenburgo-Misnicus, M. D. & Phyſicus Schmollenſis in Misnia, idem, ut videtur, qui fuerat antea Islebienſis practicus, ſcripſitque de natura Tincturæ Bezoardicæ Joh. Michaelis, Scrutinium Cinnabarinum, cæt. *Carolus Raygerus*, dictus *Philo II.*, Poſonio-Hungarus, M. D. Argentorati 1667. deinde Phyſicus Poſon. †. 1707. 14. Januar. a quo edita, *Jac. Rolandi*, de Belebad, Chirurgi Salmurienſis, Agloſſoſtomographia ſ. deſcriptio oris ſine lingua, (i. e. pueri qui 6. ætatis anno ex variolis linguam perdidit,) quod perfecte loquitur, & reliquas ſuas functiones naturaliter exercet, (1630. Gallice edita,) in Latinam linguam verſa & Annotationibus illuſtrata: Pauli Spindleri Obſervationes med. cum Scholiis, cæt.

§. 1039. A. 1695.: *Martinus Antonius*, Nobilis Dominus *a Thrun*, vel *Thron*, dictus *Agapius*, Eichsfeldius, Philoſ. & M. D. & Vindobonæ Prof.

 Primar.

Primar. S. R. I. & Regni Hungariæ Eques, Auſtriæ Inferioris Protomedicus provincialis, †. 1715. 12. Januar. ætatis a. 64.; editis variis libellis, præſertim de Peſte. *Johannes Georgius Joſephus Schwaller*, dictus *Alexio*, Solodurio-Helvetius, M. D., in patria praxi deditus. *Erneſtus Fridemann Schelhas*, dictus *Anaxagoras*, Jenenſis, M. D. & medicus Wetzlar. †. 1703. 26. Januar. *Carolus Philippus Lombardius*, dictus *Philetes*, Marpurgo-Haſſus, M. D. & Archiater Duc. Saxon. *Chriſtianus de Helwich*, dictus *Empedocles*, poſthac Adjunctus, Domnavia-Pruſſus, Magiſter Legens Regiomonti, ſocerum Joh. Philippum Pfeifferum in caſtra Romano-Catholicorum ſecutus, tum 1695. Altdorfii factus M. D., hinc practicus Vratislavienſis, & Archiater Holſaticus, item variorum Sileſiæ Ducum Conſiliarius & Arch. †. 1740. 20. Sept. æt. a. 74. *Johannes Georgius Hoyerus*, dictus *Apollodorus*, Molhuſinus, (vel Mühlhusâ-Thuringus,) natus 1663. 23. Aug. gente Patritia: 1684. Jenam abiit, 1687. praxin in patria cœpit, hinc peregrinationibus inſtitutis, Hafniam 1689. profectus, ubi praxin pariter ac ſtudia agitando, per aliquod tempus etiam Baronis de Helwig Secretarius, ſubſtitit usque ad a. 1693.: a. 1694. Halæ Magdeb. die Inauguratæ Acad. 2. Jul. Med. & Philoſ. D., deinde artem in urbe natali exercuit, conſtitutus 1711. Phyſicus primarius, †. 1738. 4. Apr. editis aliquot libellis ad praxin & officium pertinentibus, nec non panegyricis Impp. Joſephi & Caroli. præter plurimas Obſſ. in Ephemeridibus. *Johannes Ludovicus Apinus*, dictus *Nonus*, Oeringâ-Hohenloicus, natus 1668.

20.

20. Nov. primum Altdorfii Pædagogus, & Corrector in Officina Mayeriana, unaque Studioſus Med. 1690. M. Lic. 1691. M. D. hinc Herspruccæ Norimbergenſium per annos XI. Poliater, 1694. Collegio Med. Norimb. aggregatus, 1697. Archiater Comitis Palat. Solisbacenſis, 1702. menſe Feb. Altdorfii Prof. Phyſiol. ac Chirurg. †. 1703. 28. Oct. clarus inprimis ob Chaccarillæ corticem atque inde paratum Extractum Lexipyretum in Febribus Epidemicis Malignis feliciter adhibitum, ſicut in ſua Relatione hiſtorica Febris Epidemicæ a. 1694. & 95. in oppido Hersbruccenſi & vicino tractu graſſari deprehenſæ, tandemque Petechialis redditæ, indicavit. *Maximilianus Preuſſ*, dictus *Japis*, Vratislavienſis, M. D. & Phyſicus reip. Patriæ, †. 1724. 6. Sept.

§. 1640. A. 1696.: *Johannes Helfricus Jüngken*, dictus *Apollonius*, de Kalern in Haſſia, nat. 1648. 19. Dec. primum Marpurgi ſtudiis operatus, deinde Heidelbergæ, ibidem 1671. creatus M. D. hinc in Helvetiam profectus, conſtitutusque 1675. Ducis Birckenfeldenſis medicus Aulicus, 1677. relicta Helvetiâ Wiblingæ Phyſicus, & Comitis Palat. Veldenciæ fæminæ Comitisque Witgenſteinii med. Aulicus, 1680. Francofurtum ad M. digreſſus, 1681. medicus Præfecturæ Lohrenſis a Comite Truchſeſſio conſtitutus, hinc Legati Cæſarei Comitis Hohenloici comes itinerum, poſthac Poliater Spirenſis per 3. annos, tum Mosbacum Palatinatus digresſus, 1689. iterum Francofurtum, ibi 1690. medicus Præſidii, 1693. med. Noſodochii publici, 1695. Phyſicus Ordinarius: in quo munere factus etiam

Landgravii Haſſo-Homburgenſis, Comitis Iſenburgo-Offenbacenſis, & Comitis Stolbergici lineæ Geuderenſis, medicus Aulicus de Domo; †. 1726. 5. Januar. ab eoque multi editi ſunt libri, ut Chemia experimentalis, ſ. alio tit. Medicus præſenti Sæculo accommodatus per Chemiam: Praxis medica, Praxeos medicæ modernæ Electa, Praxeos medicæ modernæ Vademecum, & Manuale: Chirurgia Manualis: Lexicon Pharmaceuticum, Corpus Pharmaceutico-Phyſico-medicum: Germanice Animadverſiones in Joh. Agricolæ Commentarium in Joh. Poppii medicinam Chemicam, ſimul ab ipſo recenſitam: tutus & ſolicitus Medicus, deſcriptio Thermarum Embſenſium ac Wisbadenſium; cæt. *Pyrrhus Maria Gabrielli*, dictus *Straton*, Senenſis, natus 1643. 1. Apr. primum Juris cultor, poſtea Phyſices & Med., præſertim Anatomiæ, Mechanicæ, ac Chemiæ, factus M. D. & Prof. Publ. in Univerſitate natali, ubi 1691. *Academiam Phyſiocriticam* inſtituit, deinde Coloniam Romanæ Arcadum dictam: †. 1705. 19. Dec. *Chriſtianus Ludovicus Gokelius*, ſ. *Göckel*, dictus *Alexippus*, Gothanus, M. D. Phyſicus Hersbrucc. 1685, in Collegium Med. Norimb. receptus 1687, ejus quoque factus Decanus: deinde Archiater Würtemberg., & Conſiliarius intimus, multorumque aliorum Principum: natus 1662. 31. Dec. †. Norimb. 1736. 23. Aug. *Johannes Menradus Vorwaldtner*, dictus *Polybius*, Ingolſtadienſis, M. D. Archiater Bavaricus, †. 1724. *Paulus Bocconus*, dictus *Plinius II.*, Monachus Ciſtericenſis, v. §. 890. *Iohannes Baptiſta Herrmann*, dictus *Philiſtion*, Norimbergenſis, M. D. medicus Aulicus

licus Cæſareus. *Frid. Hoffmannus*, dictus *Democrates*, v. inter Proff. Halenſ. §. 1003.

§. 1041. A. 1697.: *Iohannes Iacobus Franciſcus Vicarius*, dictus *Anaximander*, Lauterburgo-Auſtriacus, Med. D. & Prof. Publ. Friburg. qui ſcripſit de Intemperato Hippocratis, de Aquis Mineralibus, cæt. *Johannes Baptiſta de Winckh*, dictus *Lycus*, Liber. Franco, M. D. & Phyſicus Græcenſis. *Johannes Baptiſta Surgant*, dictus *Cleophantus*, Moguntinus, M. D. Vindobonæ artem profeſſus. *Johannes Jacobus Scheuchzer*, dictus *Acarnan*, Tigurinus, natus 1672. 4. Aug. patre homonymo M. D. & Poliatro, 1692. Altdorfium ſtudiorum causâ profectus, 1693. Ultrajectum, 1694. ibidem M. D. 1695. iterum Altdorfii & Norimbergæ Sturmio & Eimmarto præceptoribus uſus, hinc in patria Poliater, 1710. Profeſſor Matheſ.: idem Societatis Regiæ Londinenſis, nec non Pruſſicæ ſodalis, †. 1733. 25. (al. 23.) Jun. celebris autor complurium egregiorum operum, ex quibus potiora, Bibliotheca ſcriptorum Hiſtoriæ Naturalis, Itinera Alpina, Herbarium Diluvianum, Piſcium querelæ & vindiciæ, ſpecimen Lithographiæ Helvetiæ, cæt. & Germanica, Phyſica, Phyſica ſacra Jobi, Hiſtoria Naturalis Helvetiæ, Biblia Phyſica cum figuris Germanice pariter ac Latine. *Philippus Fraundörffer*, dictus *Herodicus*, Königswiſâ-Auſtriacus, M. D. Phyſicus Provincialis Morav. †. 1702. cujus extant, opuſculum de morbis Mulierum, Oniscographia, Tabula Smaragdina, cæt.

§. 1042. A. 1698.: *Chriſtophorus Gottwaldt*, dictus *Aſclepiodotus*, Gedanenſis, M. D. & in patria Phyſicus, †. 1700. 1. Januar. *Philippus Sigismundus Stosſius*, dictus *Androcydes*, Cüſtrinenſis, M. D. Archiater Brandenburg. *Johannes Henricus Starck*, dictus *Soranus*, v. inter Proff. Regiomont. §. 979. *Wilhelmus Huldericus Waldtſchmidt*, dictus *Diocles*, v. inter Proff. Kilon. §. 1002. *Johannes Crafto Hiegell*, dictus *Geſius*, Moguntinus, M. D. & Prof Publ. in Univerſitate natali, deinde Archiater Electoris Trevir. †. 1737.

§ 1043. A. 1699.: *Matthæus Blaw*, dictus *Pauſanias*, M. D. & Prof. Publ. Friburgenſis, †. *Chriſtianus Fridericus Cregut*, dictus *Marcellus*, Hanovienſis, M. D. & Prof. in Gymnaſio Hanov. *Georgius Baglivus*, dictus *Thales*, v. inter Italos §. 903. *Gottlieb Budæus*, dictus *Menodotus*, Rehefeldâ-Saxo, natus 1664. 25. Jul. 1689. Phyſicus Provincialis Circulorum Calavienſis ac Sprembergenſis in Luſatia Inferiore, 1690. Jenæ M. D. paulo poſt etiam medicus Aulicus & Archiater Ducis-Saxo-Merſeburgenſis Sprembergæ reſidentis: 1695. Phyſicus Provincialis Budiſſinus, ubi 1714. autoritate Regiminis Collegium Medicum inſtituit: †. 1734.: editis libellis Germanicis, de rgimine, præſervatione, & curatione Peſtis, febris Petechialis, aliorumque acutorum morborum: de morbo Convulſivo Epidemio, Krampf-und Kriebelſucht: de Mithridatio Damocratis, Theriaca Androm. & Cæleſti 1720. Budiſſæ confectis: de fonte Soterio Radebergenſi, cæt. *David Lichtenhahn*, dictus *Cleombrotus*,

brotus, M. D. & Archiater Duc. Saxon. Merſeburgenſis, †. 1733. 10. Maji, æt. a. 76.

§. 1044. A. 1700.: *Johannes Fridericus Ortleb*, dictus *Democedes*, v. in Proff. Lipſ. §. 962. *Georgius Erneſtus Stahl*, dictus *Olympiodorus*, v. in Proff. Halenſ. §. 1003. *Johannes Caſpar Grimm*, dictus *Crito*, Saxo, M. D. Lipſiæ degens. *Philippus Liberius ab Hulden*, dictus *Praxagoras*, Jenenſis, M. D. Neofori in Sileſia artem profitens. *Johannes Baptiſta Werloſchnigg*, dictus *Metrodorus*, Praſpergâ - Styrus, M. D. Phyſicus Lincii in Auſtria.

§. 1045. Medici Collegii Norimbergenſis, & quidam alii inde oriundi: *Wolfgangus Ambroſius Fabricius*, Norimbergenſis, Joh. Georgii filius, ſtudiis & itineribus in Germania, Italia, & Gallia transactis, †. Lugduni 1653. 13. Januar. Med. Candidatus, cujus libelli, nunc rariores inventu, de Signaturis plantarum, & de Lucernis veterum, a patre editi ſunt 1653. *Johannes Martinus Brendel*, Norimbergenſis, 1651. 29. Jun. Philoſ. Mag. & Poeta Laureatus Altdorfii factus, hinc Patavium & Neapolin profectus, poſteriore in urbe †. 1653. Med. Candidatus. *Johannes Scholz*, v. ſup. §. 1010. *Cornelius Antonius le Bruin*, Norimbergenſis, natus 1623. 15. Dec. M. D. Duisburgenſis Facult., in Collegium Nor. cooptatus 1657, digreſſus Weiſſenburgum 1670, †. ibidem 1683. *Johannes Friderici*, Nordhuſanus, natus 1630, M. D. Heidelbergæ creatus, in Collegium Nor. receptus 1657, †. 1687. *Chriſtianus Halbach*, Regiomontanus, Danielis Profeſ-

Profeſſoris filius, natus 1622. 5. Oct. Med. D. Altdorfii 1656, in Collegium Nor. aſſumtus 1657. †. 1690. 19. Feb. in praxi feliciſſimus. *Iohannes Nicolaus Pfitzer*, Norimb. natus 1634. M. D. Argentoratenſis Facultat. Phyſicus Norimb. Ordinarius 1660, 1665. Nominatus, †. 1674. 4. Januar. cujus extant opera Germanica de Judicio Vulnerum, & de Mulierum natura ac morbis, nec non de morbis Infantum.

§. 1046. *Iohannes Molitor*, Norimbergenſis, natus 1631. 14. Mart. ſtudiis ſimul Theologiæ ac Med. Altdorfii & Helmſtadii operatus, 1653. Altdorfii Magiſter, deinde Helmſtadio redux, factus Paſtor Mercatorum Germanorum Venetiis commorantium, in hoc munere creatus Patavii M. D., poſthac itinere Norimbergam inſtituto, ibi Collegio Med. aſcriptus 1662, tum Venetias valedicendi cauſa reverſus, ibidem †. 1664. 6. Sept. *Paulus Roſenhard*, alias *Glockengieſſer*, Norimbergenſis, natus 1637. 15. Jul. 1662. Altdorfii M. D., eodemque a. Collegio Nor. aggregatus, 1665. Nominatus, †. 1673. 21. Jul. *Georgius Abraham Merclein*, pater, v. §. 726. *Iacobus Bürlein*, Norimb., natus 1636. 13. Aug., 1664. Altdorfii M. D. & Norimbergæ in Collegium Med. receptus, †. 1686. 5. Nov. a quo nomen accepit quoddam Vini medicati genus. *Septimus Andreas Fabricius*, Norimb. Joh. Georgii filius, natus 1641. 4. Dec. Baſileæ ſtudiis imbutus & M. D. creatus, deinde Patavii aliquo tempore transacto totâque peragrata Italia, 1667. in Collegium Nor. receptus, †. 1705. 10. Dec. a quo edita, in itinere Italico, disquiſitio

tio de Catulis Hydrophoborum, meletema de Medicina Univerſali, diſcurſus de Termino Vitæ humanæ. *Andreas Schaarmann*, Norimb. natus 1644. 27. Jul. 1669. Altdorfii M. D. & Norimb. in Collegium Med. cooptatus, 1671. Nominatus, †. 1674. 9. Mart. *Georg. Abrah. Merclein*, v. §. 1014. *Chriſtophorus Trew*, Abdiæ filius, Chriſtophori Jacobi pater, Altdorfinus, natus 1641. 20. Feb. artis Pharmaceuticæ cultor, & primus Lauſæ Pharmacopola 1665, ubi ſimul medicam praxin exercuit, commiſſa etiam ſibi curatione Præſidii Militaris Rotenbergenſis; †. 1717. 28. Jul. edito libro Germanico de Cereviſia Laufenſi.

§. 1047. *Immanuel Wilhelmus Ayrer*, Norimb. natus 1647. 7. Sept. M. D. Jenenſis Fac., Collegio Med. Nor. aſcriptus 1672, †. 1690. 10. Nov. *Carolus Chriſtophorus Eiſen*, Norimb. natus 1650. 26. Maji, ſtudiis Jenæ, Argentorati, & Baſileæ abſolutis, ultimo loco 1673. M. D., 1675. in Collegium Phyſicorum patriæ aſcitus, 1680. Phyſicus Ordinarius Culmbac. †. 1690. 3. (al 9.) Feb. *Chriſtophorus Fridericus Gruber*, Norimb., natus 1650. 19. Oct. M. D. Fac. Argentoratenſis, Collegio Nor. aggregatus 1675, †. 1694. 7. Maji. *Johannes Georgius Rötenbeck*, Norimb. Michaelis medici nepos, natus 1647. 10. Januar. 1665. Altdorfii ſtudia academica aggreſſus, 1676. ibidem, poſt peracta itinera, M. D., eodemque a. ad Collegium Med. Nor. admiſſus. *Abraham Blendinger*, Norimb., natus 1650. 20. Januar. M. D. Erfurti creatus, in Collegium Nor. 1679. receptus, †. 1727,

ſepul-

ſepultus 19. Nov. Collegii ſui Primarius. *Johannes Carolus Hainlein*, Norimb., natus 1651. 20. Mart. Sebaſtiani nepos, Jenæ M. D. factus, in Collegium Phyſicum patriæ receptus 1679, †. 1685. 18. Dec. *Johannes Paulus Wurfbain*, v. §. 1020. *Johannes Cornelius Hönn*, Norimb., natus 1656. 4. Maji, M. D. Altdorfii 1678, hinc peractis itineribus Collegio Nor. aſſociatus 1679. †. 1684. 7. Januar.

§. 1048. *Johannes Hiskias Cardilucius*, circa 1663. in Batavia ſtudia agitavit, 1666. & 67. ad Rhenum Moguntiæ, Francofurti ad M., Darmſtadii, cæt. pariter ut Studioſus commoratus eſt, poſtea Norimbergæ artem exercuit, ut Philoſ. ac Med. D., Comes Palat., & Würtembergicus Conſiliarius atque Archiater, cæterum Jatromathematicus Helmontiique aſſecla; cujus ſcripta, Norimb. ab a. 1676. usque 1684. edita ſunt, linguâ quidem Teutonica, Magnalia medico-Chemica: eadem Continuata: tr. de Peſtilentia: hujus Appendix ſ. defenſio: ſalutares Virtutes Thermarum Ferinarum Norimbergenſium: expoſitio de morbo Caſtrenſi ſ. Hungarico Petechiali, una cum tr. de Dyſenteria: Palatium regium chemicum & Medicum; Latine, officina ſanitatis, ſ. praxis Chemiatrica Joh. Hartmanni emendata & aucta, cui annexus eſt Zodiacus Medicus. *Johannes Leonhardus Stöberlein*, Norimbergenſis, natus 1636. 2. Jun. Pharmacopola, idemque Poeta Germanicus, 1672. in Academiam Florum receptus, 1674. Laureatus, †. Senior Collegii Pharmaceutici 1696. 30. Sept. donationibus amplis Univerſitati Altdorfinæ lega-

legatis. *Georgius Baſilius Wittig*, Civis & Pharmacopola Norimb. qui 1675. librum edidit Germanicum de viribus, effectibus, & uſu Theriacæ Androm., Mithridatii, Electuarii Loemici Matthioli, cæt. *Hermannus Nicolaus Grimm*, Collegio Nor. aggregatus 1680. dicitur, v. inter Suecos.

§. 1049. *Antonius Blommart*, Norimb., natus 1657. 20. Dec. M. D. Heidelbergæ creatus, Collegio Nor. aſcriptus 1683, †. 1692. 4. Mart. *Daniel Bſchebrer*, v. §. 1024. *Johannes Georgius Volcamer II*, v. §. 1027. *Mich. Frid. Lochner*, v. §. 1028. *Johannes Bamberger*, Jenenſis, natus 1651. 11. Dec., ibidem M. D. factus, in Collegium Nor. receptus 1685, †. 1688. 30. Januar. *Chriſtianus Ludovicus Göckel*, v. §. 1040. *Johannes Jacobus Cnopf*, Vindobonenſis, natus 1660. 12. Jul. ab a. 1680. Altdorfii ſtudiis excultis, ibidem 1687. creatus M. D., eodem a. Collegio Med. Auguſtano aggregatus, poſthac Phyſicus Ord. Biberacenſis, 1697. Archiater Hohenloicus, mortuoque Comite medicus Caſtrenſis Circuli Franconici 1702. & 3, denique 1704. Phyſicus Ord. Hersbruccenſis, †. 1739. 7. Nov. *Johannes Wilhelmus Ayrer*, Norimb., natus 1671. 25. Jul. patre Imman. Wilhelmo: 1688. Altdorfii M. D., 1690. in Collegium Nor. cooptatus. *Johannes Carolus Linck*, Norimb., natus 1662, 18. Nov. Altdorfii 1688. M. D., 1690. transactis itineribus in Collegium Nor. receptus, †. 1693.

§. 1050. *Iohannes Carolus Seyppel*, Norimb., natus patre *Martino* chirurgo, longis itineribus defunctus,

functus, ſed neque Licentiatus neque Doctor, patriæ tamen reip. medicus Præſidiarius & Lœmiater, idem Nominatus Conſilii Majoris 1690. †. 1714.; ob ſcientiam curandique felicitatem multum deſideratus. *Jacobus Ambroſius Lang, de Langenthal*, filius Georgii Chriſtophori, Norimbergenſis, Eccleſiaſtæ cum alibi tum in urbe natali, frater Joh. Michaelis celeberrimi Theologi; natus Etzelwangæ, anno, ſecundum aliquos 1663, ſed ex aliorum judicio junior fratre modo dicto, qui natus ibid. 1664. 9. Mart.: Altdorfii civis academicus 1685. 28. Jun. 1689. 20. Dec. M. D. deinde Neuſolii in Hungaria praxi deditus, poſtea Schemnitii, inter Nobiles Hungariæ receptus 1695, denique Archiater Principis Ragoczii. Hujus frater *Johannes Michael*, cum Theologia conjunxit quoque Medicum ſtudium, ita ut Societati medicæ Altdorfinæ nomen dederit, ingens Herbarium vivum collegerit, præſide J. P. Brunone ſuper Hippocrat. Sect. 3. Aphor. 3. diſputationem publicam habuerit, cæt.

§. 1051. *Gottfried Thomaſius*, v. §. 1035. *Chriſtophorus Mauritius Hoffmann*, Altdorfinus, Mauritii Prof. Med. filius, ibidem 1690. creatus M. D., 1694. Collegio Nor. aſcriptus, 1697. Coburgum digreſſus, ubi †. incertum quo anno, ſed 1728. adhuc ſuperſtes. *Johannes Chriſtophorus Spier*, natus Mögeldorfii Norimbergenſium 1665, ſtudiis academicis Altdorfii, Jenæ, & Baſileæ cultis, poſtremo loco M. D. creatus, tum Altdorfii artem profiteri ac docere decrevit, ſed renitente Facultate Med. Norimbergæ 1695. in Collegium Phyſicum

cum receptus, ſed 1697. iterum excluſus, inde Ratisbonam digreſſus, de civitate in magna Peſte præclare meritus eſt: poſtea Leutkircham venit, ubi tamen propter animum contentioſum diu manere non potuit: denique conſtitutus Culmbaci Phyſicus Provincialis, †. 1745. menſe Mart. *Johannes Abraham Mercklein,* Norimb., natus 1674. 9. Jul. patre Georgio Abrahamo juniore, habitâ 1692. præſtante oratione de Hygeia Norica ſ. memoria ſæculari Collegii Medici Norimb. ejusdem ortu, progreſſu, & hodierno ſtatu exhibita, ex Gymnaſio patrio in Academiam Jenenſem profectus, ex hac in Altdorfinam, in qua 1695. M. D. creatus, eodemque a. Collegii Nor. ſocius, deinde 20. Sept. iter in Italiam ingreſſus eſt, & Patavii albo civium inſcriptus, electusque Conſiliarius Anatomicus, poſthac 1696. 4. Non. Sextil. usque ad 10. Kal. Dec. Prorector & Profyndicus Artiſtarum, quo officio defunctus reliquam Italiam peragravit, & Patavium redux edidit diaſcepſin de felicioſe nunc quam olim medicina: 1697. 25. Apr. ad patrios lares rediit: 1704. Nominatus Majoris Senatus, 1712. Acad. Nat. Cur. collega, dictus *Chiron* III: idem Monaſterii Ebracenſis medicus Ordinarius, Collegii Nor. Decanus, & Senior, †. 1720. 28. Sept.

§. 1052. *Johannes Vierzigmann*, Norimb., natus 1671, 1695. Altdorfii M. D. & Norimbergæ in Collegium Med. cooptatus, †. 1705. *Fridericus Jacobus Bruno*, Altdorfinus, Jac. Pancratii Prof. Med. filius, natus 1665, M. D. ibidem 1697,

 eodem

eodem a. Collegio Nor. aggregatus, †. 1727. ſepultus 18. Nov. *Johannes Georgius Freund*, Norimb., natus 1677. 14. Jul. 1698. 10. Jun. Altdorfii M. D., 1700. in Collegium Phyſicorum Nor. receptus, †. 1731. ſepultus 17. Sept. *Ezechiel Bayer, Payer, Bayr, Beyer*, Ulmanus, in Collegium Nor. cooptatus 1700, ibi †. 1706. 24. Dec. qui idem a G. A. Willio in Lexico Eruditorum Norimbergenſium creditur cum illo *Ezech. Beyero*, cujus Epiſtola extat in Hornungi Ciſta, ſed anachroniſmo circiter centum annorum. *Mauritius Eucharius Sturm*, Johannis Chriſtophori, celeb. Prof. Altdorf. filius, natus Altdorfii 1676. 28. Maji, 1700. ibidem M. D. jam tum Comitis Aloyſii Ferd. Marſigli in finibus Hungariæ Botanicus, poſtea Phyſicus Ordin. Biberacenſis.

§. 1053. *Johannes Samuel Schoder*, Marckbreitanus, natus circa a. 1660, patre, fabro ferrario, invito ſtudia ſectatus, primum Norimbergæ deinde 1691. Altdorfii, heic quoque 1695. factus M. D., patronorum liberalitate adjutus: idem bis pedibus Lutetiam Pariſiorum profectus, unde ex altero itinere redux ſecum uxorem Sedano attulit: tum ineunte Sæculo 18. Norimbergæ ſedem fixit praxi ſtudiisque deditus, ubi ſubinde, ſi non gravabatur ad ægros accedere, optimas minimeque vulgares peregit curationes: cæterum in vita ſingularis, qui, quum in amicorum conventu mentio fieret libri, qui nusquam niſi in Auguſtana Bibliotheca extaret, continuo ex colloquio pedibus Auguſtam cucurrerit ad videndum librum: &, quum

a Judæis malevolis in janua ſua aliquid Hebraici inſcriptum eſſet, ad illud intelligendum jam ſenex linguam addidicerit Hebraicam atque Rabbinicam; cæt. †. 1740. poſtquam a ſuperiore grave vulnus in publica platea ab improbo ludi magiſtro, cujus antea fuerat medicus, acceperat: veri Polyhiſtoris laudem adeptus, præſertim in Græcis Antiquitatibus & Poeſi Latina ac Græcanica; ſed valde perplexi ſcribendi generis, in ſcriptis autem editis ficta ſibimet ipſe nomina impoſuit, quæ ſunt *Pandulphus Collenutius*, (quod nomen ſibi propterea placere interrogatus reſpondit, quia Italus quondam ejus nominis laqueo ſuſpenſus fuit;) *Titus Annius Soter*, *Cn. Cincius Fluminius*. *Petrus de l'Eau*, Stadenâ-Leodienſis, Theologiæ, Philoſ., & Med. D. circa a. 1694. relictis Romano-Catholicis ad Lutheranos facto tranſitu, conſtitutus 1701. Phyſicus Ord. Hersbruccenſis, ſed † jam 1703. 1. Dominicâ Adventus, ætatis a. 34. valde laudatus ob ſcientiam, peritiam, medendique felicitatem. *Chriſtophorus Daniel Diſtel*, natus Græfenbergæ 1666. 24. Januar. 1690. Altdorfii Mag. & Poëta Laur. 1694. Eccleſiaſtes Altenthannenſis, ſed inſequente a., ob delictum in re matrimoniali, deſerto officio Helmſtadium profectus ad addiſcendam Medicinam, poſteaque Wittebergam, ubi creatus M. D. menſe Martio, deinde conſtitutus Phyſicus Neo-Brandenburgenſis, in praxi quidem acceptus & felix, ſed †. 1710. 22. Dec. *Johannes Chriſtophorus Klimm*, ex Gothana regione oriundus, Norimbergæ per aliquot annos Aſtronomiæ, & Philoſophiæ, duce præſertim Eimmarto, operam de-

dit, deinde Halæ Magdeb. factus M. D. ubi etiam a. 1699. diſputationem de Eclipſi Solis tanquam Præſes habuit: poſthac Norimbergæ ſatis diu privatum doctorem egit in Latinis, Græcis & Aſtronomicis: denique Wetzlariam, ubi antea litem in cauſſa ſponſaliorum geſſerat, conceſſit.

§. 1054. Varii poſt a. 1650: *Nicolaus Franchimont* a Frankenfelt, Dominus in Nemiſchel, Nalſchowitz, & Kniowitz, Philoſ. & M. D. Impp. Ferdinandi III. & Leopoldi I. Conſiliarius, Comes Palat. Cæſareus, Pragæ Med. Prof. Primarius, & Senior, Regni Bohemiæ Phyſicus Juratus, †. 1684. 23. Feb. factus Prof. a. 1641. *Jacobus Forberger*, M. D. & Pragæ Prof. ab a. 1652, idem Regni Bohem. Phyſicus Jur. *Sebaſtianus Zeidler*, M. D. Pragæ primus Prof. Med. Extraord. 1649, & 1667. Ordinarius. *Matthias Ramelovius*, Stetinenſis, 1645. 13. Feb. Marpurgi habita diſp. M. D. deinde Ducum Brunsvico-Luneburg. medicus & Clausthalii Phyſicus, poſtea medicus Metallifodinarum Hercyniæ, Goslariae degens, qui præter alia de Aquis ſoteriis Wildungenſibus ſcripſit. *Daniel Ludwig* f. *Ludovici*, Vinarienſis, natus 1625. 5. Oct. Jenæ M. D. 1647; 1650. Königsbergæ Franconiæ praxin exercens, 1658. Salzungæ Poliater & Phyſicus Provincialis, 1662. medicus Provincialis Gothanus, 1666. ibidem Archiater & Collegii Med. Præſes, †. 1680. 11. Sept. cujus libri, nominatim de Morbis Caſtrenſibus, de Volatilitate Salis Tartari, de Dyſenteria (Germanico ſermone,) inprimiſque de Pharmacia moderno Sæculo applicanda,

cæt.

cæt. multum æſtimantur. *Cornelius Stalpart van der Wiel*, Hagæ-Comitum natus 1620, †. poſt 1667. ibidem Phyſicus 1642; cujus præſtantiſſimæ extant Obſervationes rariores Medicæ, Anatomicæ, & Chirurgicæ 150. Ejus frater *Johannes Stalpart van der Wiel*, fuit ibidem Anat. & Chirurg. Profeſſor. *Paulus Spindler*, cujus Obſervationes a Car. Raigero 1691. editæ ſunt, & in Hungaria, potiſſimum Poſonii, factæ, ab a. 1630. ad 1664. pertingunt, deinde diem ſupremum Ratisbonæ obiit. *Bernhardus Rottendorf*, ſtudiis Helmſtadii cultis, factus Poliater Monaſterienſis, & Epiſcopi Ferd. a Fürſtenberg Archiater, jam præterlapſo decennio ſcribendo clarus. *Andreas Mack, Mackyus*, Oberlauringâ-Francus, M. D. Archiater Saxo-Coburgenſis, deinde variis in locis artem profeſſus, tandem Archiater Schwarzburgicus Rudolſtadii, † 1683. 21. Mart. natus a. 77, cujus Antidotarium privatum jam a. 1647. prodiit. *Chriſtophorus Meisner*, reip. Thorunenſis Phyſicus Primarius, Collegiique Medici Senior. *Martinus Mayer*, Egranus. *Georgius Schulze*, Medicus & Philoſophus Lipſiæ promotus, adhuc 1682. Caſſellis ſuperſtes, qui præter Diſſertationes, ſcripſit Germanice de fonte Soterio Hof-Geismarienſi, cæt. *Abraham Michaelis*, M. D. & Curiæ Variſcorum per 33. annos Phyſicus.

§. 1055. *Bernhardus Scultetus*, a quo edita Conſulta eorum quæ in morbis Tacite deprehendimus. *Hieronymus Jordanus*, Brunsvicenſis, ſtudiis per 9. fere annos Helmſtadii cultis, factus M. D.

D. & Gottingenſis Poliater; cujus extat liber de eo quod Divinum aut ſupernaturale eſt in Morbis humani corporis, ejusque curatione, cum adjunctis aliis. *Henricus Barnſtein*, Erfurtenſis, natus 1608, M. D. & in patria medicus Noſodochii publici; qui varia edidit ſcripta Germanica. *Timannus Geſſelius*, (ad ſuperiorem periodum referendus,) Amersfortius, M. D. & in civitate natali Pro-Rector, ob Arminianismum 1619. loco motus, ex quo Noviomagum, poſteaque Trajectum ad Rhenum migravit, †. grandævus poſt a. 1666, qui ſcripſit plura Theologica; & epiſtolam de ſuperficie Veſicæ cruſta Lapidea obducta multitudine Calculorum. *De Vic*, amicus Joh. Antonidæ van der Linden. *Petrus Falciſtus*, M. D. Mathem. Prof. Publ. Baſileenſis. *Henricus Lavaterus*, M. D. Archiater Tigurinæ reip. & Chirurgus celeberrimus (forte filius patris homonymi §. 740. dicti.) *Georgius Detharding*, avus, Pharmacopola Stetini Veteris & Scabinatus Aſſeſſor, plurium ſcriptorum Chemicorum autor. *Johannes Ulricus Müller*, M. D. Patricius & Phyſicus Lindavienſis per plures annos, †. 1686. vel 87, qui Joh. Schröderi Pharmacopoeiam cum Frid. Hoffmanni Annotationibus Germanice transtulit, pluresque libros Aſtronomicos, Geographicos, de Architectura Militari compoſuit. *Sebaſtianus Meier*, (filius *parentis homonymi*, poſtremo Rectoris Lubecenſis, etiam Medicinæ gnari, †. 1664. 12. Feb. nati Lubecæ 1594. 24. Feb.) natus Guſtrovii 1626. 30. Oct. Leidæ M. D. 1651. artem deinde profeſſus Sternbergæ Megapolenſium & Guſtrovii, †. 1678. 12. Apr. *Johannes Fonteyn*, Batavus.

§. 1056. *Sebaſtianus Wirdig*, Torgavienſis, natus 1613, ſtudiis Wittebergæ cultis, ibi factus Philoſ. Mag. deinceps Regiomonti habita 1644. 28. Jun. diſputatione, 1. Sept. in Jubilæo M. D., poſtea Dorpati Prof. Phyſ. & Med. ſed orto bello inde pulſus, 1655. Roſtochium venit, ibique conſtitutus eſt Prof. Med., etiam factus Ducis Archiater, †. 1687; celebris ob vulgatam Medicinam Spirituum, a Theologis quoque reprehenſione exceptam. *Simon Wolf*, Lüdenhuſa-Lippiacus, natus 1620. 7. Aug. ſtudiis Bremæ, Rintelii, Patavii, & Leidæ peractis, in ultima univerſitate M. D. creatus 1649. 16. Jul. 1652. Phyſicus civitatis Oldenburgenſis, 1655. Jeveræ Comitis Archiater, 1662. Principis Oſt-Friſiæ, quo mortuo Bremæ ſedem fixit 1671. 1. Januar., brevi poſt ibi factus Poliater, †. 1681. 26. Febr. *Johannes Zwelfer*, Palatinus, operibus Pharmaceuticis per 16. annos addictus, deinde ad Medicinalem diſciplinam progreſſus, & Patavii factus M. D., tum Vindobonæ artem magna cum laude profeſſus, ex quorundam relatione etiam Prof. Chemiæ Publicus, adeoque Cæſareus Archiater, quibus tamen titulis ipſe in libris ſuis non utitur; †. 1668. natus annos 50: clarus ex editis Animadverſionibus in Pharmacopœiam Auguſtanam, cum Appendice: Pharmacopœia Regia ſ. Diſpenſatorio novo: controverſia cum Ott. Tachenio & *Francisco Verny* Pharmacopola Monspelienſi, cæt. *Iohannes Albertus Huswedel*, Roſtochienſis, natus 1618, M. D. Patavii creatus, deinde 1644. praxin Hamburgi profeſſus, 1659. Protophyſicus, idem Regis Suec. Archiater (jam ante

a. 1661,) †. Holmiæ 1674. *Chriſtophorus Glaſer*, Baſileenſis, Pariſiis Pharmacopœus Aulicus Regis & Ducis Aurelianenſis, unaque Lector Chemiæ in Horto Regio; cujus tractatus de Chemia Gallicus, item Officina medicamentorum & operationum Chemica eodem ſermone, in Germanicum quoque translata ſunt. *Iohannes Chriſtophorus Brune. Iohannes Georgius Macaſius*, Egranus, M. D. Jenæ creatus 1644, hinc Zuiccaviæ praxin exercens, idemque Archiater Comitis-Schönburgici; †. 1653; cujus Promtuarium Materiæ Medicæ ſæpius editum eſt.

§. 1057. *Otto Tachenius*, *Tacken*, Herfordia-Weſtphalus, diſciplinæ Pharmaceuticæ deditus, poſtea ibidem medico *Timplero* operam addixit, ſed ob furtum ejectus, artis pharmac. miniſtrum egit Kiliæ, Gedani, & Regiomonti: circa 1644. in Italiam profectus, Pataviique M. D. creatus, Venetias habitatum conceſſit; qui duo principia, Alcali & Acidum in medicinam invexit, Sal Volatile viperarum aliaque medicamenta invenit, graves controverſias cum Helv. Dieterico aliisque aluit, ſcripſitque Hippocratem Chemicum, clavem Hippocraticæ medicinæ, de Morborum Principe, cæt. *Wolradus Hunholz*, qui inſtitutiones Obſtetricum Germanice conſcripſit. *Georgius Gellmann. Hygiphilus Alethæus*, pſeudonymus. *Georgius Krugk*, Iſenacenſis, primum Ulzenſis Scholæ Rector, hinc Prof. Med. & Phyſ. Soranus in Dania, †. 1663. 3. Dec. *Henricus Buſſenius*, Soltquellâ-Marchicus, natus 1626, Regiomonti 1647. civis

vis academicus, 1651. 13. Apr. Mag. 1656. Rector Scholæ Cathedralis, idem Med. Candidatus, habitis etiam disputationibus publicis, †. 1665. *Vitus Riedlinus*, pater, Ulmanus, natus 1628. 28. Jun. patre *Georgio*, celebri Chirurgo, †. 1648, v. §. 1036; avo, proavo, tritavo pariter Chirurgis: 1647. Argentorati ſtudiis Medicinalibus cœptis, (antea a patre in Chirurgicis exercitus,) unaque Pædagogi officio ſuſcepto, 1653. 13. Januar. M. D.: 1655. in Collegium Med. reip. patriæ cooptatus, 1657. Phyſicus Geislingenſis & Inſpector Acidularum Uberkingenſium, 1663. Ulmæ Xenodochii publici medicus, †. 1668. 16. Nov. conf. §. 1036. *Wilhelmus Prencke*, Kilonienſis, M. Lic. 1653. *Henricus Wendt*, Roſtochienſis, ſtudiis Regiomonti & in Batavia actis, Leidæ 1653. M. D., artem factitans Roſtochii ab a. 1654, ab a. 1659. Lubecæ, heic 1671. Poliater, †. 1676. 5. Dec. natus a. 54. *Iacobus Martini*, filius, Hamburgenſis, M. D. Patavii 1653. creatus, †. in patria 1679, ubi artem exercuerat.

§. 1058. *Simon Schulze*, Thorunenſis, reip. patriæ Phyſicus Ordinarius, †. 1679. 29. Jul. æt. a. 57. *Michael Crügener* ſ. *Krügner*, M. Lic. Jatromathematicus & Chemicus, Dresdæ artem profeſſus, celebris ob ſuam Materiam Perlatam, aliaque medicamenta; quæ præter etiam variis ſcriptis Chemicis edendis occupatus fuit. *Georgius Segerus*, Thorunenſis, in variis Germaniæ academiis diuque Hafniæ ſub Thoma Bartholino ſtudia proſecutus, multumque peregrinatus, Baſileæ 1660.

factus M. D., 1663. Thorunii Poliater & Profeſſor Gymnaſii, 1675. Dantiſci Prof. Med. & Phyſ. id muneris 2. Kal. Nov. auſpicatus; idem trium Regum Polon. Archiater; †. 1678. 19. Dec. natus a. 50. editis multis ſcriptis, potiſſimum Anatomicis & Obſervationibus. *Martinus Bogdanus*, Driſena-Marchicus, Tho. Bartholini diſcipulus, per multos annos, tum Gallia atque Anglia peragratis, Baſileæ 1660. M. D. Facultatisque Med. Aſſeſſor, mox Poliater Bernenſis: qui Simeonem Sethi Græce & Lat. edidit, it. librum de Recidiva Morborum, cæt. *Michael Lyſer*, Lipſienſis, Hafniæ Anatomicus Aſſiſtens, hinc Patavii M. D., deinde factus aliquot Inſularum Danicarum Phyſicus, †. Nycopiæ 1660. 20. Dec. æt. a. 33. cujus celebris eſt Culter Anatomicus. *Siboldus Hemſterhuys*, Batavus, qui Meſſem Auream ſ. collectionem ſcriptorum anatomicorum de Lymphaticis vaſis edidit. *Johannes Teuber*, a quo liber de Podagra evulgatus. *Johannes Royer*, Hortulanus Heſſemi Duc. Brunsvicenſis, cujus viridarii deſcriptionem edidit Germanicam.

§. 1059. *Thomas Pancovius*, *Panckow*, natus Linumi pago prope Ruppinum Marchiæ Brandenb. 1622. 27. Januar. ſtudia acad. Roſtochii perſecutus, deinde Leidæ, ubi M. D. creatus 1649. hinc artem Berolini exercens, factus 1654. med. Aulicus, †. 1665. 9. Dec. clarus ex Herbario portatili Germanico. *Henricus Sigismundus Schilling*, M. D. Wittebergæ creatus, ut fertur 1658, ſed jam antea ſcriptis clarus, Dresdæ degens. *Johan-*

nes

nes Klein. *Johannes Muller*, Chemicus. *Bartholomæus Bausner*, Saxo-Tranſſylvanus, cujus extat opus de Conſenſu partium corporis humani. *Samuel Stokhuſius*, M. D. 1644. civitatis Goslariæ Poliater Wolferbyto evocatus, non diu poſt etiam Ducum Brunsvicenſium ac Luneb. in Hercynia ſuperiore & inf. medicus, qui ſcripſit de Lithagyrii fumo noxio, cum appendice de affectu Aſthmatico Metallifoſſorum. *Michael Boym*, ex Societate Jeſu, cui tamen debetur Flora Sinenſis. *Matth. Adalbertus Zindel*, qui ſcripſit de Thermis Hirſchbergenſibus, cæt. *Ludovicus de Beaufort*, M. D. Pariſinus, in Batavia degens, Carteſium ſectatus.

§. 1060. *Franciscus Oswaldus Grembs*, Helmontium ſecutus in libro cui titulus Arbor integra & ruinoſa Hominis. *Michael Wagner*, qui Helmontii doctrinam ad examen revocavit. *Bernhardus Swalwe*, Embdanus, Phyſicus Harlingenſis in Friſia, Tachenio Sylvioque aſtipulans, ſicut teſtantur ipſius libri, de Alcali & Acido, Pancreas Pancrene, Querelæ Ventriculi, cæt. *Johannes Muys*, Batavus, M. D. Leidæ artem profeſſus, cujus prodiit Praxis Chirurgica rationalis, Obſervationum decadibus 8: Praxis Medico-Chirurgica rationalis, Obſſ. decadibus 12; cæt. *Wolfgangus Höfer*, Friſingenſis, natus 1614, patre homonymo, (qui Ingolſtadii ultra 30. annos Prof. Publ. Med. fuit, †. 1647. æt. a. 78.) ſtudiis Ingolſtadii peractis, peragrataque Italia & Gallia, factus Ingolſtadii M. D. (1653, niſi error eſt,) tum Phyſicus Straubingenſis, deinde Lincienſis in Auſtria, denique medicus

dicus Cæſareus Aulicus, † 1661; cujus edita praxis inſcribitur Hercules medicus. *Johannes Günther Himantomus*, Teutonice *Riemſchneider*, qui contra Uromantiam ſcripſit Germanice. *Chriſtianus Bürger*, Dresdenſis, natus 1621. 1. Januar. ſtudiis operatus Wittebergæ, Jenæ & Patavii: Jenæ creatus M. D., poſtea factus Electoris Sax. medicus Aulicus, †. 1677. 23. Maji. *Lambertus Velthuſius*, *Velthuyſen*, Ultrajectinus, natus 1622, factus M. D. & 1667. reip. patriæ Scabinus, quo tamen munere poſtea ſe abdicavit, †. 1685; Carteſium ſecutus, ſcriptis compluribus ad iſtam Philoſophiam, Jus Naturæ, Theologiam, cæt. ſpectantibus inclytus: in noſtra tamen etiam diſciplina vulgavit librum de Liene, & alterum de Generatione.

§. 1061. *Paulus Barbette*, Batavus, inſignis medicus & Chirurgus Amſtelædami, cujus extant opera Practica, commentariis Frid. Deckeri, nec non Joh. Jac. Mangeti illuſtrata. A Barbettio commemoratur *Jacobus Blockius*, Chirurgus Amſtelædamenſis reip. Ordinarius, qui primus inſtrumentum ad Paracenteſin faciendam ex Italia attulit. *Henricus Coellen*. *Johannes Piſtorius*. *Jonas Zopf*. *Ludovicus de Bils*, *Bilſius*, Nobilis Belga, Lovanii & Roterodami utplurimum vivens, Anatomicorum laborum ſtudioſiſſimus, novamque cadavera Condiendi artem pollicitus; a quo lingua vernacula conſcripta, ab aliis autem Latine reddita, prodierunt Specimina Anatomica, cum aliorum Epiſtolis & Teſtimoniis: epiſtolica diſſertatio, qua verus Hepatis circa Chylum, & pariter Ductus Chyliferi

liferi hactenus dicti uſus docetur: exemplar fuſioris Codicilli, in quo agitur de vera humani corporis Anatomia: reſponſio ad epiſtolam Tob. Andreæ, qua oſtenditur verus uſus Vaſorum hactenus pro Lymphaticis habitorum, juncta ſimul eſt hiſtoria memorabilis eorum, quæ autori occaſione Balſamationis ſibi peculiaris in Brabantia, & potiſſimum Lovanii evenerunt: varia eriſtica adverſus Joh. van Horne, Thom. Bartholinum, Paul. Barbette, aliosque; cæt. *Henricus Eyſſonius*, M. D. & Groninganus Prof. Publ., cujus præter alios libros, præcipuus eſt de Oſſibus Infantis cognoſcendis, conſervandis, & curandis.

§. 1062. *Johannes Schmiedt*, Dantiſcanus, M. D. & reip. Gedanenſis Protophyſicus, †. 1690. 3. Mart. natus a. 66.; cujus, præter Obſervationes Actis Anglicanis & Ephemeridibus Nat. Cur. inſertas, prodiit Studium medicum Monspelienſe; Diſpenſatorium Gedanenſe, communi *Jo.*, *Erneſti Scheffeti* opera confectum, cæt. *Johannes Garmers*, filius, Hamburgenſis, natus 1628. 19. Sept. ſtudiis Helmſtadii cultis, Lutetiæ Pariſ. binos annos, Patavii tres verſatus, heic factus Syndicus & Conſiliarius Nationis Germanicæ, & 1653. M. D., poſt reditum in patria felici praxi celeber, ibi conſtitutus 1659. Poliater ſecundarius, 1672. primarius, idem Archiater Saxo-Lauenburgicus, & medicus Aulicus Elector. Brandenburgicus, †. 1700. 29. Maji: vir in Hiſtoricis quoque & Politicis multum verſatus, qui aliquot aliorum autorum libros, tam medicinales quam politicos, edidit: ipſius autem

tem prodiit diſſertatio de Theriaca in Officina *Henr. Sonnenbergeri*, Pharmacopolæ Civitatis Hamburg. 15. Nov. 1678. habita: de Procidentia Uteri, de qua controverſiam habuit cum *Dav. van der Becke*; cæt. *Chriſtophorus Lipſtorp*, Lubecenſis, natus 1634. 19. Sept. Roſtochii & Jenæ ſtudiis cultis, per Germaniam, Italiam, ac Bataviam peregrinatus, Patavii 1656. factus M. D., hinc praxin exercens in patria, tum Stadæ 1661, ubi Poliater conſtitutus, denique Hamburgi ab a. 1683.; †. 1690. 17. Aug. dum formulam apud ægrum præſcribere parabat; editis pluribus libellis Germanicis ac Latinis. *Johannes Daniel Dietericus*, qui Greg. Horſtio Oratione funebri parentavit. *Johannes Wepfer*, Joh. Jacobi frater, natus Schafhuſiæ 1635. 19. Jun. ſtudia proſecutus Baſileæ, Argentorati, & Pariſiis, M. D. Baſileæ 1659, brevique poſt Aſſeſſor Facultatis Med., deinceps artem feliciter in urbe natali profeſſus, †. 1670. 10. Januar.

§. 663. *Jacobus Johannes Wenceslaus Dobrzensky, de Nigro-Ponte*, Bohemus, M. D. Pragæ 1668. Prof. Med. Extraord., qui 1659. librum Ferrariæ edidit de Fontium genio: poſthac 1680. Præſervativum univerſale naturale, cum Experimento medico D. *Johannis Baptiſtæ Alpruni* de Contagione Viennenſi; & alia. *Alexander Deodatus*, cujus prodiit Valetudinarium, ſeu Obſervationum, Curationum, & Conſiliorum medicinalium ſatura. *Jacobus van der Gracht*, cujus Anatome linguâ Batavâ prodiit. *Nicolaus Figulus*, itidem Belga, a quo editum novum Medicinæ Univerſalis ſpecu-

ſpeculum. *Johannes Vlackveld*, Harlemenſis, qui ſcripſit Galenum hydropotam elenchomenon, adverſus *Galenum de Haen*, medicum Amſtelædamenſem, qui frigidæ aquæ potum cereviſiâ Batavis ſalubriorem eſſe contenderat. *Johannes Fitzmann*, ſenior ſ. pater, Lubecenſis, natus 1637. 5. Januar. Roſtochii, Giesſæ, Tubingæ, & Patavii ſtudiis agitatis, 1659. Giesſæ M. D. tum perluſtratâ Batavia, in patriam reverſus 1660, ibidem a. 1676. Poliater, †. 1694. 27. Mart. Poeſi quoque Latina clarus. *Nicolaus du Mont*, Lubecenſis, M. D. 1659. creatus. *Elias Henricus Henckel*, M. D. Jenæ creatus 1654.; cujus eſt ordo & methodus cognoſcendi & curandi Energumenos, cæt. & Germanice Noviſſimæ Horæ nonnullorum beate defunctorum, demum 1720. editæ.

§. 1064. Poſt a. 1660.: *Iohannes Fridericus Helvetius*, Germ. *Schweitzer*, Batavus, Hagæ Com. artis exercitio deditus, complurium ſimul librorum, Botanicorum, Pharmaceuticorum, Phyſiognomicorum, cæt. vernaculo & Latino ſermone editorum autor, in quibus eſt Vitulus Aureus quem mundus adorat & orat, in quo traditur, quomodo tota Plumbi ſubſtantia vel intra momentum ex quavis minima Lapidis veri Philoſophici particula in Aurum obryzum commutata fuerit Hagæ Comitis. *Hermannus Cornelius*, Batavus. *Hobius van der Worm*, itidem Batavus, qui de Atriplici ſalſo, vulgo Soutenelle, primus ſcripſit. *Daniel a Dieu*, Leidæ praxin exercens. *Antonius Everhardus*, Middelburgenſis, cujus prodiit commentatio de

Galli-

Gallico malo per Suctionem inducto: & ſub nomine *Cosmopolitæ*, Hiſtoria Naturalis ſ. nova ac genuina animalium Generatio, nec non corporis humani delineatio Anatomica; cæt. idem adverſus Pecquetum & Bartholinum contendit, ſanguinem in Hepate elaborari. *Tobias Heunſius*. Dr. *Glasſ*, Gothæ artem exercens.

§. 1065. *Balthaſar Timæus*, nobilitate impertita dictus *a Güldenklee*, Dominus in Neugarte, Rüſenow, & Roſenberg, Frauſtadio-Polonus, ſtudia Wittebergæ duce Dan. Sennerto proſecutus, hinc in Italiam profectus, poſt reditum Colbergæ Pomeranorum Phyſicus, tandem Conſul, idem Electoris Brandenburg. & Viduæ Reginæ Suec. Archiater, †. 1667. 7. Maji, natus a. 67.; cujus bonæ notæ proſtant opera, potiſſimum Caſibus, Epiſtolis, Conſiliis, Reſponſis conſtantia. Ejus frater *Chriſtianus*, fuit pariter M. D. & Conſul Treptovii Pomeraniæ, idem quoque Nobilis a Güldenklee dictus. *Chriſtophorus Schorer*, Memmingenſis, natus 1618. 2. Dec. matre filia *Heliæ Waldneri*, M. D. & Scholarchæ Memming.: ab a. 1639. Argentoratii ſtudiis medicis ſimul & Aſtronomicis addictus, ubi etiam a. 1641. primum ſuum Calendarium evulgavit, continuato deinceps per 30. annos labore: ab a. 1643. Baſileæ, in Burgundia, Mompelgarti, cæt. ſtudia & artis exercitationem proſecutus, 1654. 26. Maji Patavii M. D., paullo poſt in patria Phyſicus Ordinarius, idem Principum Mompelgartenſium, Ducis Würtemb., aliquot Comitum, multorum Cœnobiorum, cæt. medicus Ord.

vel

vel a Conſiliis medicis; †. 1671. 12. Febr. editis multis commentationibus Germanicis, ut de præcavenda Apoplexia, de uſu Fonticulorum, de promovenda Arte Medica per Germaniam, cæt. item de Saltandi conſuetudine bonos mores pervertente, de emendanda re Scholaſtica, de arte Muſica brevi tempore addiſcenda, cæt. adhæc, Hymnis ſacris, Chronico & Cœmeterio Memmingenſi. *Ido Wolff*, ex Oldenburgenſi Comitatu, natus 1615. 2. Apr. arte Chirurgica Bremæ percepta, per Germaniam, Daniam, Poloniam, Ruſſiam, Bataviam, Angliam, Galliam, atque Hiſpaniam, diu peregrinatus, & in Catalaunia quatuor annis Chirurgus Legionarius Major, denique Serveſtæ Principis Chirurgus Aulicus & Ordinarius, nec non Cubicularius, †. 1694.; cujus Obſervationum Chirurgico-Medicarum libri 2. a filio Joh. Chriſtiano, M. D. Latinitate donati editique ſunt.

§. 1066. *Arnoldus Senguerdus*, non quidem medicus, ſed Philoſ. Prof. Publ. Ultrajecti & Amſtelædami, commemorandus tamen ob editam Oſteologiam, cum appendice de oſtento Dolano: natus Amſtelæd. 1610. †. 1667. 18. Mart. *Fridericus Leporinus*. *Battus* quidam, Batavus. *Bernhardus Verzaſcha*, Baſileenſis, natus 1629. menſe Dec. patre *Davide*, Philoſ. & Med. D., poſt obtentum Magiſterii gradum Medicæ diſciplinæ addictus in patria, Germania, Batavia, atque Anglia, tum a. æt. 21. Monſpelii M. D.: redux in patria, praxi occupatiſſimus, 1667. Senator, 8. poſt annis Deputatus, 1672. Poliater: idem Archiater March.

Badenſis, Epiſcopi Baſileenſis, aliorumque Principum; †. 1680. editâ Centuria Obſervationum, Herbario, cæt. *Carolus Schaefer, Scheffer*, Halâ-Saxo, M. D. & natalis civitatis Phyſicus, †. 1675. 24. Januar. cujus prodiere deliciæ Botanicæ Halenſes, ſ. Catalogus Plantarum indigenarum Halæ-Sax. *Iohannes Ioachimus Beccher*, Spirenſis, natus 1635. primum Theologiæ Cultor, tum Matheſeos, porro Medicinæ & Chemiæ, adeoque Jurisprudentiæ, & Politices Oeconomicesque, ad Romano-Catholicam fidem transgreſſus: factus 1660. Moguntiæ Prof. Publ. Inſtitutionum Med. & Archiater, hinc Conſiliarius Bavaricus, 1666. Vindobonæ Cæſareus Cameræ & Commerciorum Conſiliarius, item Hanoicus Conſiliarius Intimus: ſed, quum Vindobonæ gratia excidiſſet, exul in Batavia Angliaque, †. Londini 1682. menſe Oct. Chemicis Metallurgicisque, Politicis, Oeconomicis, adeoque Didacticis, ſcriptis plurimis laudem adeptus, inventor idem Pilularum Polychreſtarum: ex cujus operibus commemoranda, Phyſica Subterranea, ejusque ſupplementum de metallorum generatione & transmutatione: Portus Chemicus fortunatus, Germanice: Pſychoſophia: Parnaſſus Medicinalis trium regnorum, Germanice: prudens Pater-& Materfamilias, cum perfecto Medico Rurali, expertoque Veterinario, eadem lingua: tractatus politicus de veris Incrementi, & Decrementi rerump. cauſis, item Germanice, cæt.

§. 1067. *Samuel Sturm*, Luckâ-Luſatus, primum Theologiæ cultor, & in oppido natali Conrector,

rector, deinde abdicato hoc munere, Medicæ diſciplinæ deditus Jenæ, Med. Lic. 1654, tum practicus celebris in patria, idemque Phyſicus Provincialis Inferioris Luſatiæ, compluriumque Procerum medicus Ordinarius, †. 1688; cujus, præter Oratoria, Poetica, Hiſtorica, atque Politica, prodiit discurſus de Medicis non Medicis, ſ. Medicaſtris: Miſcellanea medico-chirurgica, practica, & forenſia, poſt ipſius obitum a Gottl. Budæo in lucem edita; cæt. *Abraham Achatius Hager*, qui ſcripſit de Aloë aculeata Americana quæ Choræ, Misniæ oppido, in horto generoſiſſ. Dn. Conr. Lœſeri in Sahlitz a. 1663. floruit. *Martinus Kerger*, Phyſicus Liegnicenſis, cujus celebris eſt liber de Fermentatione. *Johannes Heyn*, Theophr. Paracelſi ſectator. *Fridericus Heye*, Holſatus, M. D. 1662. creatus. *Franciſcus Hoppius*, Hamburgenſis, M. D. reip. patriæ ab a. 1672. Bibliothecarius, †. 1679. 19. Aug. *Johannes Lüderus*, Lubecenſis, M. D., in patria ab a. 1663. praxi addictus, †. 1673. æt. a. 44. *Martinus Wilich*, filius Theologi Profeſſoris & Paſt. Hamburgenſis homonymi, M. D. & circa 1685. Electoris Brandenburgici Conſiliarius & Archiater.

§. 1068. *Fredericus Ruyſch*, natus Hagæ-Com. 1638. 23. Mart. Leidæ & Franeckeræ ſtudia proſecutus, M. D. Franeckeræ creatus, 1666. Amſtelædami Prof. Anat. 1685. etiam Botan. idem Obſtetricibus erudiendis præfectus: Socius quoque Academiæ Nat. Curioſ. 1705, dictus *Philotimus*, Societatis Regiæ Londin. & Acad. Scient. Pariſinæ;

Hhh 2 †.

†. 1731. 22. Feb. Anatomicus longe celeberrimus, præſertim artificio injectionum collectisque Theſauris famam adeptus, qui fabricam partium Vaſculoſam contra Malpighianam doctrinam aſſeruit, cæterum controverſias habuit cum Bilſio, Liſtero, Vieuſſenio, Hovio, Rauio: opera ejus ſunt, dilucidatio Valvularum in vaſis Lymphaticis & Lacteis, Obſervationum anatomico-chirurgicarum centuria, ad Epiſtolas aliorum Problematicas 14. Reſponſoriæ, Theſauri anatomici 10, Curæ poſteriores, Curæ renovatæ, Theſaurus Animalium 1, Adverſariorum decades 3, opuſculum de fabrica Glandularum, cæt. *Regnerus de Graaf*, Schoonhovia-Batavus, natus 1641. 30. Jul. ſtudiis Leidæ peractis, in Galliam profectus, & Andegavi 1665. M. D. creatus, deinceps Delphis artis operibus deditus, †. 1673. 17. Aug. cujus celebres ſunt libri, de ſucci Pancreatici natura & uſu, (quem acidum ſtatuit, ad mentem præceptoris Franc. Sylvii) de uſu Siphonis in Anatomia: de Clyſteribus, (quorum genus deſcripſit, quod homines verecundi ipſi ſibi applicare poſſunt) præcipue autem, de Virorum ac Mulierum organis Generationi inſervientibus. *Johannes Harder. Johannes Chriſtophorus Ihering* vel Jehring. *Henricus van Roonhuyzen*, celeberrimus Chirurgus Obſtetricius publicus Amſtelædamenſis, cujus Obſervationes Obſtetriciæ & Chirurgicæ, Batavo ſermone conſcriptæ, ex laudatiſſimis ſunt. *Johannes Lippai*, Hungarus ex Soc. Jeſu, qui vero catalogum Horti Poſonienſis linguâ vernacula edidit; natus 1606. †. 1666. *Caſpar Pfautz. Franciſcus Plempius*, v.

§.

§. 968. *Rutgerus Lœnius. Johannes Andreas Camerer.*

§. 1069. *Franciſcus Piens*, ex Chirurgo ſtudioſus Med. Franeckeræ, tum M. D. artem profeſſus Hoornæ in Batavia Septentrionali, cujus memorabilis eſt Febris Heautontimorumenos, ſ. tr. de febribus in genere & ſpecie. *Ludovicus Overdats*, Belga, M. D. & Gubernatoris Belgii Hiſpan. medicus Ord. qui Belgice de Peſte ſcripſit. *Johannes Adam Zapf. Johannes Purgold. Georgius Leisner. Auguſtus Engelhard. Samuel Donner. Franciſcus Peterſen*, qui de potu Coffee ſcripſit. *Chriſtophorus Theophilus Scheurl*, cujus extat liber de Arteriotomia.

§. 1070. *Michael Boudewyns*, Antwerpianus, M. & Phil. D., urbis ſuæ & Noſocomii Penſionarius, Anatomiæ & Chir. Prælector, & Collegii Med. Præſes, †. 1681. 29. Oct. a quo editum Ventilabrum Medico-Theologicum de caſibus Conſcientiæ, & alia. *Johannes Lignau*, Regiomontanus, natus 1633. nocte Pentecoſtes, medicâ diſciplina in Germaniæ Bataviæque academiis pertractatâ, Hiſpalim 1659. profectus, ibi per annum artem exercuit: tum duobus annis Hiſpaniam, Italiam, Turciam, ac Palæſtinam peragravit: poſtea 1664. Patavii M. D., 1666. Aleppum profectus, ibi medicum nationis Gallicæ, Anglicæ, ac Batavæ usque ad a. 1681. egit: hinc Galliâ Angliâque luſtratâ, Amſtelædami ſedem fixit, artis operibus intentus, usque ad a. 1692, quo patriam repetens, in itinere †. 20. Oct.

ſepultus in urbe natali 12. Dec. *Martinus Fogel*, (perperam Vogel,) Hamburgenſis, ex Theologiæ ſtudioſo medicus, 1663. Patavii M. D., ab a. 1666. in rep. patria artem profeſſus, 1672. in Gymnaſio Prof. Publ. Log. & Metaph. †. 1675. 21. Oct. æt. a. 42. etiam Hiſtoriæ Literariæ Philologiæque colendæ deditus. *Nicolaus Hannekenius*, natus Marpurgi 1639. 5. Sept. Lubecæ educatus, patre illuc ad Superintendentis ſpartam traducto: ſtudiis Gieſſæ & Leidæ cultis, Tubingæ 1663. M. D., tum poſt trium annorum in Italia Germaniaque peregrinationem, ab a. 1666. Lubecæ medicinâ facienda occupatus, 1677. Poliater, †. 1708. 1. Mart. *Hubertus Kœhn*, filius, Lubecenſis, natus 1643. 10. Jul. ex Theologiæ ſtudioſo Med. Cultor Lipſiæ, Jenæ, & Leidæ, poſtremo in loco 1665. M. D. †. in patria 1668. 8. Januar. *Johannes Erhorn*, Crempenſis, M. D. Glückſtadii artem exercens circa a. 1666. diſtinguendus ab homonymo Arithmetico Hamburgi circa 1669. inclareſcente. *Conradus Redeker*, cujus prodiit deſcriptio initio Julii 1666. detecti Bilfeldiani Fontis ſoterii, & uſus ejusdem; Germanice compoſita, deinde a Nic. Hobokeno Lat. reddita.

§. 1071. *Johannes Swammerdam*, Amſtelædamenſis, natus 1637. patre Pharmacopola, Leidæ ſtudiis peractis in Galliam profectus, Leidæ 1667. M. D., deinceps in urbe natali inquiſitionibus Anatomicis & Inſectorum occupatus, quas tamen a. 1674. deſeruit, variis ſcrupulis agitatus, & in Bourignoniæ ſectam transgreſſus, ad quam etiam pro-

profectus eſt in Holſatiam, redux vero vixit Amſtelædami ab hominum conſortio remotus, †. 1680; cui debetur laus perfectarum Injectionum Anatomicarum, detectæ Inſectorum fabricæ, cæt. unde nata ſunt, tractatus de Reſpiratione uſuque Pulmonum: miraculum naturæ, ſ. Uteri muliebris fabrica: Hiſtoriæ Inſectorum quædam particulæ, Batavâ lingua primum editæ, deinde in Latinam aliasque verſæ, poſt mortem vero demum a. 1739. cum relictis manuſcriptis in unum opus, dictum Biblia Naturæ, congeſtæ, & Latine ſimul Bataveque vulgatæ: cæterum controverſias habuit cum Joh. Baptiſta de Lamzweerde & Regnero de Graaf. *Collegium medicorum Privatorum Amſtelædamenſe*, a quo a. 1667. editæ Obſervationes Anatomicæ ſelectiores. *Jacobus Barner*, Elbingenſis, Lipſiæ ſtudiis imbutus, Patavii aliquamdiu commoratus, ubi circa a. 1670. & 72. Chemiam docuit, poſtea Poliater Elbingenſis & Regis Poloniarum Archiater; a quo edita, prodromus Sennerti novi: Spiritus Vini ſine Acido: prodromus Vindiciarum experimentorum & dogmatum ſuorum, adverſus Dav. van der Becke: Chemia Philoſophica; cæt. a quibusdam ei quoque tribuitur Machiavellus Medicus. *Johannes Ammann*, Helvetius. *Johannes Kockert*, Lubecenſis, natus 1640. 14. Mart. ſtudiis per 5. annos Wittebergæ cultis, Baſileæ 1665. M. D. tum facto in Italiam itinere, ab a. 1667. in patria artis exercitio feliciter deditus, †. 1677. 3. Januar. *Johannes Placcius*, filius, Hamburgenſis, M. D. praxin in patria rep. exercens circa 1667.

§. 1072. *Fridericus Hoffmannus*, pater, Halâ-Saxo, M. D. & ejus civitatis Phyſicus, unaque Ducis Adminiſtratoris Magdeburgenſis Archiater, †. 1675. 21. Mart. a quo edita, opus de Methodo Medendi, cum appendice de modo inſultum Apoplecticum curandi letifero: Cardianaſtrophe admiranda, obſervata a Collegio Medico civitatis Hallenſis in anatomia cadaveris ſexus fœminini: clavis Pharmaceutica Schrœderiana, ſ. Animadverſiones in Pharmacopœiam Joh. Schrœderi; cæt. *Johannes Mithobius*, Ratzeburgenſis, M. D. circa 1668. Lubecæ praxin exercens. *Joachimus Cordes*, Lubecenſis, M. D. a. 1664. creatus. *Jacobus de Clerice*, Hamburgenſis, Philoſ. Mag. & 1665. Kilonii in Inauguratione Univerſitatis M. D. circa 1668. clarus. *Gottfried Olearius*, Germ. *Oelſchlæger*, Theol. quidem D. & Superintendens Halæ Sax. natus ibi 1606. 1. Januar. †. 1685. 20. Febr. ſed qui etiam ſcripſit, Halygraphiam topo-chronologicam, & ſpecimen Floræ Halenſis. *Daniel Angelus*, *Johannes ab Angelis*, fortaſſe alius nationis. *Balthaſar Andreas Ferreolus*. *Chriſtophorus Andreas Schangaſt*.

§. 1073. *Job van Meekern*, Batavus, Chirurgus, qui præſtantiſſimas Obſervationes Chirurgicas ſua linguâ vernacula edidit. *Johannes Verbrügge*, itidem Batavus Chirurgus celebris. *Wolferdus Senguerdus*, Arnoldi fil. Leidæ Prof. Philoſ. & Bibliothecarius, commemorandus ob librum de Tarantulis, connubium Rationis atque Experientiæ, cæt. *Cornelius van der Voorde*, Batavus: ſicut

&

& *Johannes van der Mark:* & *Simon van Aſſendelft.* *Thomas Montanus,* Dixmudius, reip. Brugenſium & Franconatenſium medicus Ordinarius, qui Peſtem Bruganam anni 1666. deſcripſit. *Georgius Petrus Piererius.* *Johannes Friedericus Kæber.*

§. 1074. *Andreas Schulze,* Hamburgenſis, M. D. Baſileæ 1657, Franekeræ 1662. 2. Januar. albo civium Acad. inſcriptus, ut Capituli Hamburgenſis Canonicus, & Juris Candidatus, poſtea J. U. D., ſed, quia partibus male de rep. ſentientibus ſeſe adjunxerat, 1687. urbe natali ejectus, & grandi pecunia mulctatus, †. Altonæ 1691. menſe Sept. *Hermannus Nicolaus Grimm,* v. inter Suecos. *Henricus Schritsmeier,* Dithmarſus, M. D. & circa 1670. Falſtriæ & Lalandiæ Phyſicus Provincialis. *Petrus Bieſter,* Hamburgenſis, M. D. 1664. factus. *Antonius Friderici,* Hamburgenſis, M. D. 1665. *Paulus Stahl,* Hamburgenſis, M. D. a. 1666. creatus. *Matthias Paiſen,* Hamburgenſis, natus 1643. 4. Feb. M. D. Leidæ 1666. tum Bataviâ, Anglia, Galliaque peragratis, in rep. natali Xenodochii medicus, †. 1670. 9. Oct. editâ, inter alia, epiſtola amici ad amicum, (tecto ſuo nomine,) adverſus And. Caſſii Triumviratum Inteſtinalem. *Johannes Caſpar Pfenning,* Mariæburgo-Boruſſus, M. D. & Kilonii circa 1669. practicus, idem Ducis Holſato-Plönenſis, & Epiſcopi Lubecenſis Archiater, adhuc 1703. ſuperſtes. *Andreas Caſſius, II.* f. filius, Hamburgenſis, Kilonii ſtudiis agitatis, Groningæ 1668. M. D. habita diſp. de Triumviratu Inteſtinali cum ſuis efferveſcentiis:

poſtea Lubecæ artis exercitiis deditus; cujus eſt liber de Auro.

§. 1075. *Bernhardus Omeis*, Pezenſteinio-Francus, M. D., factus Poliater Canonicusque Ripenſis in Cimbria, †. 1694. 2. Nov. natus a. 53. *Theodorus Kerckring*, ex familia Lubecenſi Patricia, Amſtelædami in Latina lingua diſcipulus *Francifci van Ende*, medici Athei, (cujus quoque filiam poſtea uxorem duxit,) condiſcipulo Bened. Spinoza: deinde medicinæ ſtudiis imbutus, tum aliquot annis Amſtelædami artem exercens, factus quoque Regiæ Societatis Londinenſis ſodalis: idem ad Romano-Catholicam fidei formulam transgreſſus, & in Galliam profectus, inde vero Hamburgum, ubi fuit a. 1678. & quum non eſſet M. D., (quamvis in Societate Londinenſi ſalutetur Doctor,) loci honoratioris in congreſſibus ergo, titulum Legati Reſidentis Magni Ducis Hetruriæ ſibi comparavit; †. 1693. 2. Nov. præſtantiſſimo congeſto theſauro Anatomico, qui adhuc Hamburgi aſſervari dicitur: vulgatoque præclaro Spicilegio Anatomico, cum Oſteogenia Foetus, (ob quam tamen a Car. Drelincurtio plagii poſtulatus eſt,) & Anthropogeniæ ichnographia, item commentario in Baſil. Valentini Currum Triumphalem Antimonii, Latine a ſe converſum: idem inventam habuiſſe perhibetur artem liquandi ſuccinum eoque embryones inducendi, ita ut æque pellucidum maneret. *Georgius Kovacs Tatai*, cujus prodiit Hercules vere cognitus certus exul, i. e. Epilepſiæ vera dignotio ac certa curatio. *J. T. Mayer. Paulus*

lus Franciſcus Romanus, JCtus & Prof. Pand. Lipſ. qui ſcripſit quoque de Medico, cæt. *Franciſcus Moræus*, Bruxellenſis, cujus laudandus liber de Maligna Febre paroxyzante. *Henricus Wolf. Petrus Nyland*, hortulanus.

§. 1076. Poſt a. 1670: *Guido Fanoiſius*, Leidæ vivens, cujus extat diſſ. de morbo Epidemio hactenus inaudito, præterita æſtate a. 1669. Lugduni Bat. vicinisque locis graſſante; cæt. *Leonhardus J. Bimius*, cujus Leodii prodiit Peſtis ad vivum delineata & curata. *Johannes Rubinus. Andreas Homberg. Ludovicus Salzmann. Emanuel Blum*, Hamburgenſis, Med. C. circa 1671. *Bartholdus Simon*, Hamburgenſis, M. D. Leidæ 1670, Angliâ peragrata †. Pariſiis 1671. circiter, æt. a. 28. *Johannes Slegel*, Hamburgenſis, M. D. in patria, †. 1676. *Chriſtianus Politius*, Holſatus, M. D. circa 1671. Glückſtadii degens. *David Bovièr*, Mœno-Francofurtanus, M. D. Hamburgi artem profeſſus, †. 1704. 9. Apr. æt. a. 64. *Zacharias Moſer*, filius, Hamburgenſis, M. D. in patria artis operibus vacans, †. 1688.

§. 1077. *Johannes Baptiſta a Lamzweerde*, M. D. & Prof. Coloniæ Agr. a quo edita, Reſpirationis Swammerdamianæ exſpiratio, una cum anatomia Neologices *Johannis de Raei*: hiſtoria naturalis Molarum Uteri, quam impugnavit Joh. Jac. Harderus: monita ſalutaria de magno Thermarum & Acidularum Abuſu; cæt. *Eſaias Waldmann* alias *Geiger*, Danielis filius, natus Poſonii 1646. 9. Nov.

9. Nov. Jenæ ſtudiis actis, peregrinatus per Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, M. D. Patavii 1670, Suhlæ Poliater 1672, inde 1676. digreſſus Schmalcaldiam, ubi factus 1690. Poliater, & 1697. Archiater Haſſo-Caſſellanus, †. 1719. 26. Januar. qui ſcripſit Germanice de Acidulis Liebenſteinenſibus. *Carolus Offredus*, natu Helvetius, Patavii artem feliciter exercens, polyhiſtor eximius. *Walther Schouten* ſ. *Schulze*, Batavus, Chirurgus, Itinerario etiam Indiæ Orient. 1673. edito clarus, †. 1704; cujus celebris eſt liber de Vulneribus Capitis, & alter poſthumus de Tumoribus. *Eberhardus Melchior*, Patavii Chemiam cum applauſu tradens, idem, ut videtur, cujus Hydrologia de Schwalbacenſibus Acidulis 1694. Germanice prodiit. *Johannes Bœhm*, M. D. & Venetiis Chemicus percelebris. *Gualther Ambroſius Wolter a Liebenfeld*, Phyſicus Glacenſis.

§. 1078. *Benjamin a Brœckhuyſen*, Prof. Philoſ. & Med. Silvæducenſis, cujus extat Oeconomia corporis Animalis, ſ. inſcriptione 3. editionis, Rationes Philoſophico-Medicæ. *Fridericus Loſſius*, Heidelbergenſis, Dorceſtriæ in Anglia medicinam factitans, cujus prodierunt Obſervationes medicinales, & poſthumum opus Conſiliorum ſ. de morborum Curationibus. *Wilhelmus ten Rhyne*, Daventrienſis, M. D., poſtea Jacatræ ære Societatis Batavorum Indicæ Orient. artem exercens; qui ſcripſit in Hippocratis de Vetere Med. textum 24: de Arthritide, de Acupunctura Sinenſium & Japonenſium, de Chemiæ & Botanicæ antiquitate & digni-

dignitate, cæt. *Vincentius Ketelaer*, Batavus, cujus bonus eſt commentarius de Aphthis ſeu Belgarum Sprouw. Batavi quoque *Antonius Eygel* & *Johannes Joſſeleyn*. *Julius Holder*, qui de bono Chirurgo ſcripſit Germanice: qua de parte medicinæ etiam libros edidere, *Petrus van den Buſſche* ſ. *Boſſche*, Batavus: *Johannes Chriſtophorus Helwig*: & *Johannes Fridericus Weipart*. *Juſtus Cortnumm*, Cellenſis, M. D. & Prof. Gymnaſii Sorani, †. 1675; a quo editus de morbo Attonito liber, ad Hippocraticam ſanguinis in corpore humano periodum exaratus, qui poſtea 1685. prodiit ſub tit. J. C. M. D. ſive *Joh. Conradi Michaelis* D. nova Apoplexiam curandi methodus; cæt. *Johannes David Portzius*, Bacharaco - Palatinus, Philoſ. & M. D. a quo habetur Bacchus enucleatus, ſ. examen Vini Rhenani: & tr. de Tumoribus, in ſpecie de Spina Ventoſa.

§. 1079. *Johannes Nicolaus Binninger*, Monsbelligartenſis, natus 1628, ſtudia Patavii & Baſileæ perſecutus, poſteriore in academia 1652. factus M. D., ubi quum praxi inclaruiſſet, conſtitutus eſt in patria Ducis Conſiliarius & Archiater, nec non 1670. in recenti Academia Prof. Med. cujus extant Obſervationum & Curationum centuriæ 5. *Joh. Brumſtein*, M. D. Archiater ſecundus Principis Auraici cum Conjuge. *Cornelius van Solingen*, percelebris Chirurgus, ſpeciatim quoque Obſtetricius Batavus, cujus præclarum de utraque parte opus ſermone patrio prodiit. *Benedictus de Bacquere*, cujus extat Senum medicus. *Henricus*

van

van Oſten, hortulanus Batavus. *Johannes Henricus Führſen*, Bremenſis, M. D. Hamburgi circa 1673. artis exercitio deditus. *Juſtus Schrader*, qui pulchras edidit Obſervationes Anatomicas. *Petrus Bürger*. *Philippus Jacobus Schœnfelder, Schenfelter*, cujus extat Hieronoſologia ſ. de morbo Sacro, & alia. *Johannes Chriſtophorus Strauſſ*, Wittebergenſis, natus 1645. 5. Oct. ſtudiis ibi & Lipſiæ cultis, M. D. Trajecti ad Rh. 1671, deinde Freibergenſis Phyſicus oppidanus & provincialis, poſtea Saxo-Merſeburgenſis Archiater, †. 1718. 13. Nov. *Johannes Chriſtophorus Bautzmann*, Hamburgenſis, natus 1645. 5. Oct. patre *Chriſtophoro*, M. D., deinde Archiatro Schwerinenſi, denique medico Stadenſi: Leidæ 1673. M. D., hinc peragrata Italia & Germania, 1674. praxin Stadæ exorſus, 1679. medicus Regius, parentis ſucceſſor, circa 1716. Hamburgum digreſſus.

§. 1080. *Franciſcus Ignatius Thirmayr*, M. D. antea Ingolſtadii Prof. Med. deinde Electoris Bavari Conſiliarius & Archiater, qui Mermannum edidit, & 1673. ſuorum ipſius Scholiorum & Conſiliorum libros 2. *David van der Becke*, ſ. *a Becke*, Minda-Weſtphalus, natus 1648. 6. Januar. M. D. Hamburgi artem exercens, †. 1684. 24. Oct. in Chemicis famam adeptus, editis quoque variis libris, ut ſunt, de Volatiliſatione Salis Tartari, experimenta & meditationes circa naturalium rerum Principia: eriſtica adverſus Jac. Barnerum & Joh. Garmerum. *Sebaſtianus Albinus*. *Hermannus Buſſchoff*, Eccleſiaſtes Bataviæ in India Orientali apud

pud Societatem Batavam, qui Moxâ a doloribus podagræ curatus illud remedium deinceps Europæis commendavit. *Fridericus Martens*, Hamburgenſis, Chirurgus Nauticus, cui debetur ſuum Itinerarium Grœnlandicum ac Spitzbergenſe, in quo de rebus iſtorum locorum naturalibus ac medicis bene ſcripſit, Germanice. *Franciſcus van Sterrebeck*, Belga, Hortulanus. *Henricus Cellarius*, cujus extat liber Germanicus de Scorbuto. *Joachimus Bieſter*, Hamburgenſis, natus 1644. M. D. Trajecti ad Rhenum 1672, tum primum Londini Angl. practicus, deinde in patria, factus ibi 1689. Phyſicus ſecundarius, 1700. primarius, idem una Societatis mercatorum Anglicanorum medicus ord., †. 1734. *Engelbertus Holterhoff*, vel *Holderhoff*, a quo ſcriptæ Animadverſiones in Franc. de le Boë Sylvii diſputationes med. de primariis corporis hum. functionibus, demonſtrantes, fundamenta illius nova veritati & experientiæ contraria: & diſcurſus oſtendens Errores medicorum in curationibus Pleuritidis, Phthiſis, & Dyſenteriæ; cæt. *Cornelius Decker*, dictus *Bontekoe*, Alcmarianus, ex Chirurgo Med. Cultor & D. Leidæ, hinc artem primo in oppido natali Hagæ Com., & Amſtelædami exercuit, deinceps 1682. Hamburgi, 1683. Electoris Brandenburg. Conſiliarius & Archiater, etiam ſecundum nonnullos Prof. Francofurtanus, †. Berolini infelici caſu 1685. 3. Januar. æt. a. 38.; vir Carteſii Sylviique dogmata amplexus, Tabaci, Theæ, ſimiliumque potuum ac Volatilium immodicus laudator, qui ſcilicet Acidum & Viſcidum pro cauſis omnium morborum ac-

cuſa-

cuſavit: cæterum multa ſcripſit ſermone fere vernaculo, brevi poſt in alias linguas converſa, Medica, Chirurgica, & Philoſophica, ut Fundamenta medicinæ, nova Conſtructio Chirurgiæ, de Vita & Sanitate Morbo & Morte: de Febribus: non eſſe Annum Climactericum neque alium fatalem, cæt. ejusdemque eſt, ſub nomine *Philareti*, tractatus ethico-phyſicus de Animi & Corporis Paſſionibus earumque certiſſimis remediis, Arn. Geulinxii Ethicæ 1675. adjectus: & Relatio anonyma mirabilis Viſionis honeſti viri, quæ eſt ſatyra in Coccejanismum.

§. 1081. Autores *Horti Malabarici. Johannes Caſpar Boxberger*, Hammelburgâ- Francus. *Johannes Lechelius*, aut *a Lechel*, Brunſuicenſis, M. D. in patria, †. 1686. 22. Nov. æt. a. 51.; qui ſcripſit de intempeſtiva Venæſectione, Latine & Germanice, cæt. *Georgius Mosbach. Johannes Commelyn*, Batavus, Botanicus & Senator Amſtelædamenſis, cujus clara ſunt opera, Catalogus Plantarum Indigenarum Hollandiæ, Catalogus Horti Medici Amſtelædamenſis, ejusdem Horti Rariorum Plantarum deſcriptio & icones, Heſperides Belgicæ ſermone vernaculo, cæt. *H. H. Cauſe*, Botanicus Belga. *Johannes Valentinus Willius*, qui idem ficto nomine eſt *Joachimus Vitus Wigandus*, Colmarienſis, Argentorati 1671. M. D., dein peregrinationibus transactis, medicus in Dania Caſtrenſis; cujus extant, tr. de morbis Caſtrenſibus Internis, poëma de Bezoar Septentrionali ſ. ſale Cornu Cervi, diſſ. tres de Philiatrorum Germanorum Itineribus,

bus, cæt. *Chriſtophorus Henricus Ruellius. Matthæus Scherf. Johannes Joachimus Hager. Johannes Gipping, Georgius Thanmüller, Thomas Stromaier, Laurentius Loſſe*, qui Chirurgica ſcripſere. *J. G. Müller*, Eccleſiaſtes, Botanices ſtudioſus. *Henning Witten*, Philoſ. M. & Eloqu. atque Hiſt. Prof. in Gymnaſio Rigenſi, natus ibidem 1634. 26. Feb. †. 1696. 22. Januar. commemorandus propter editas Memorias Medicorum Sæc. 17, & Diarium Biographicum.

§. 1082. *Johannes Chriſtophorus Bitterkraut*, Auſtriacus Hippolitanus, Philoſ. & M. D., Auſtriæ Superioris medicus Ordinarius, Phyſicus Steyrenſis; a quo evulgati Germanice Threni lamentabiles afflictiſſimæ artis Medicæ. *Andreas Bæckelmann*, Batavus. *Ludovicus von Hammen*, Boruſſus, Gedani M. D. & Regis Polon. Archiater; †. 1689. 15. Mart. ex primis qui Vermiculos Seminales animadverterunt: cujus prodiit Curriculum medicum Monspelienſe, (ubi videtur M. D. [illegible]e creatus:) diſſertatio de Herniis, cæt. *Zacharias Neucrantz*, Hamburgenſis, M. D. a. 1676. creatus. *Johannes Marſchalck. Jacobus Conſtantius de Rebecque*, Helvetius, M. D. Genevæ degens, qui quædam de Helvetiorum Medicina vulgavit, & alia.

§. 1083. *Jacobus Breynius*, ex familia Brabantica natus Gedani 1637. 14. Januar. Leidæ ſtudiis imbutus, maxime quidem Botanices cultor, cujus cauſa etiam poſtea aliquoties in Bataviam profectus eſt, cæterum in urbe natali privatam vitam agens,

 Profeſ-

Profeſſione Botan. Leidenſi ipſi aliquoties fruſtra oblatâ, †. 1697. 25. Januar. cujus celebrantur, Plantarum Exoticarum aliarumque minus cognitarum centuria: Rariorum in Belgii hortis exiſtentium Plantarum faſciculi 2.: Prodromus faſciculi Plantarum rariorum, cæt. *D. de Montmor*, Batavus. *Jonas Zipfel*, medicus & Chemicus Dresdæ vivens. *Johannes Caſpar Ignatius Voigt*, cujus Pragæ prodiit tr. Galeno-Chemicus de affectione Hypochondriaca. *Paulus Brand*, Sunderburgo-Cimber, M. D. circa 1678. medicus Caſtrenſis Danicus in Scania, poſthac Poliater Bergenſis in Norvagia, †. 1687.; editis variis ſcriptis. *Andreas Hermannus Helberger*, Buxtehuda-Bremenſis, natus 1648. 21. Mart. Jenæ Juris, Helmſtadii deinde Med. Cultor & 1678 D., hinc Lubecæ artis operibus vacans, †. 1685. menſe Apr. *Gregoius Horſtius*, nepos, Ulmenſis, cujus eſt ſpecimen Anatomiæ Practicæ in Academia Giesſena aliquot philiatris exhibitum, 1678. *Petrus Thoſall*, Hervordia-Weſtphalus, Phyſicus Inſterburgenſis in Pruſſia, Regiomonti 1678. 17. Mart. M. Lic. *Antonius van Leeuwenhœck*, Delphis-Batavus, celeberrimus Microſcopiorum artifex, & obſervator, cui etiam detectio Seminalium animalculorum a plurimis tribuitur, & complura obſervationum volumina, ſermone patrio exarata, debentur: natus 1632. 24. Oct. in Societatem Regiam Anglicanam cooptatus 1680. 29. Jan. †. 1723. 26. Aug. *Nicolaus Hartſœker*, Goudanus, Phyſico-Mathematicus, qui de inventi Seminalis gloria cum Leeuwenhœckio certavit: natus 1656. 26. Mart. †. 1725. 10. Dec.

Dec. idem Academiæ Scient. Pariſinæ & Societatis Regiæ Berolinenſis ſodalis.

§. 1084. *Johannes Otto Helwig*, *Helbigius*, poſtea Baro *de Helwig*, Cölleda-Thuringus, natus 1654., ſtudiis Jenæ, Erfurti, Altdorfii, & Baſileæ peractis, M. D. Erfurti creatus, a. æt. 21. Amſtelædamo Bataviam Indiæ profectus, ubi aliquot annis artem exercuit: poſt reditum Luſitaniam, Galliam, Italiam, Daniam, Belgium, Angliam, cæt. peragravit, factus Elect. Palatini Conſiliarius & Archiater Honorariusque Heidelbergæ Profeſſor, Ducis Gothani, nec non Regis Dan. Chriſtiani V. Conſiliarius, a Carolo II. M. Brit. Rege Baro & Eques Britannicus; †. Baruthi 1698; cujus eſt introitus in veram & inauditam Phyſicam: Vis aliena Teſſæ, aliaque Lapidem Philoſophicum aſſerentia. *Gottfried a Lankiſch*, medicus Zittavienſis. *Chriſtophorus Vœlter*, cujus Schola Obſtetricum Germanica applauſum meruit. *Joſephus Sc[illegible]ſſmann*, Lucernenſis, Venetiis degens, a quo cœptum Corpus Juris Medicinalis, quo medicus Naturæ accuſantis & Morbi accuſati Judex propoſitas lites dirimere ſciat, cujus operis liber primus de morbis capitis 1679. prodiit. *Georgius Detharding*, pater, Stetinenſis, pharmacopolæ homonymi (§. 1055.) filius, M. D. Poliater primo Stralſundenſis, per 10. annos, poſthac a. 1680. Güſtrovienſis, unaque Ducis medicus Aulicus & Archiater, cujus multa ſunt ſcripta, maximam partem Germanica, ad Politiam Medicæ reip. pertinentia. *Georgius Queitſch*. *Johannes Andreas Schlegel*, Glaucha-Miſnicus. *Jo-*

docus Crullius, Hamburgenſis, Med. C. circa 1679. *Johannes Lange*, Med. Candidatus, Hamburgi artis exercitio, potiſſimum tamen vertendis in linguam Germanicam, partim quoque Latinam, plurimis libris, inque his medicis, chirurgicis, chemicis, cæt. Anglicanis, Gallicis, cæt. occupatus.

§. 1085. *Johannes Georgius Walther*, Liegnicenſis, M. D. in patria, cujus extat Sylva Medica ſ. index autorum de ſingulis Morbis eorumque Remediis. *Stephanus Blancardus*, Nicolai filius, cujus permulta ſunt opera ſermone patrio, partim etiam Latino ſcripta, pleraque Germanice translata, ut Anatomia, Anatomia Practica, Academia Carteſiana ſ. Inſtitutio Medicinæ, Diæta, Chirurgia, Medicina Practica, Chemia, Laboratorium medicum, Pharmaceutica, de Podagra & Arthritide Vaga, de Scorbuto, de morbis Infantum, de Variolis, de Lue Venerea, de efficacia Lactis, cæt. præ cæteris tamen ſe commendavit ipſius Lexicon Medicum. *Chriſtophorus Wegleiter*, cujus adhuc Studioſi Altdorſini commemoranda oratio de palmariis Sæculi 17. Inventis; idem poſthac fuit in eadem Univerſitate Theol. Prof. & D. *Johannes Conradus Axt*, Arnſtadienſis, Helmſtadii, ubi ſtudiis operam dederat, factus 1670. M. Lic. deinceps in urbe natali Phyſicus & Conſul, qui ſcripſit de Septimeſtri partu, nec non de arboribus Coniferis & Pice inde conficienda, addita epiſtola de Antimonio, in qua quum de Guid. Patino aliquid minus honorificum, ſed falſum, narraſſet, rogatu Caroli Patini a Facultate Med. Jenenſi, ubi typis

typis editus erat liber, coactus eſt plagulam reprehenſam reformare. *Bartholomæus Pielat*; niſi eſt Gallus. *Martinus Lipenius*, ob Bibliothecam ſuam Medicam commemorandus; cæterum Philoſ. M. & Adj. Witteberg. deinde Conrector Halæ Sax., Rector Stetin., denique Conrector Lubec. †. 1692. 6. Nov. natus 1630. 11. Nov. Göritii in Marchia Nova, patre agricola.

§. 1086. *Petrus Guenellon*, Batavus: itemque *Samuel Janſon. Petrus Rommelius*, Poliater Ulmanus, qui de Fœtibus leporinis extra Uterum repertis, aliaque ſcripſit. *Chriſtianus Weickmann*, medicus ibidem, cui ſimilis tr. aſcribitur. *Zacharias Regius. Iacobus Ioſephus Iœpſer*, cujus extat Iſagoge ad Vitam Longam. *Andreas Schilling. Sylveſter Samuel Anhorn. Antonius de Heyde* vel *van der Heiden*, Middelburgo-Zeelandus, M. D. Amſtelædami degens, cujus laudanda Anatome Mytuli, Obſervationum medicarum centuria, & Batavo ſermone, nomine ſuo non adjecto, Pharmacia cum chemia, cæt.

§. 1087. *Georgius Reitmeier*, Archiater Hohenloicus. *Johannes Chriſtianus Kalchof*, Haſſo-Caſſellanus, M. Lic. Tonningæ Cimbriæ circa 1680. degens. *Johannes Valentinus Schade*, Homburgo-Haſſus, ſtudia perſecutus Marpurgi, Argentorati, & Baſileæ, ubi creatus M. D. 1673: idem circa 1684. artem Hamburgi exercuit. *Theophilus Müller*, Dresdenſis, M. D. Hamburgi circa 1680. artem exercens, circa 1687. Phyſicus Provincialis Eideroſtadiæ. *Johannes Henricus Daurer*,

Hamburgenſis, M. D. in patria medicinam faciens circa 1680. *Valentinus Greiſſing*, M. D. Wittebergæ 1677. creatus. *Adolphus Conradus Langellott*, Schlesvicenſis, M. D. ibidem artis operibus deditus, †. 1688. menſe Feb. *Chriſtophorus Joachimus Losſow*, Regiomontanus, 1678. Franekeræ M. D. deinde Hamburgi artem profeſſus, item Schlesvici, ſimulque Gottorpienſis Med. Aulicus, adhuc 1716. Hamburgi vivus.

§. 1088. Ab a. 1681: *Nicolaus Guilielmus Beckers*, Lib. Baro *de Walhorn*, Protomedicus Cæſareus Cubicularius. *Johannes Daniel Globicz*, de Buczina, qui Hippocratis Aphorismos in 3. omnino Sectiones digeſſit. *Johannes Georgius Greulich*, qui ſcripſit de curandi Hydropis vera methodo, ſimulque de Bile ſana & ægra ſ. fœcunda morborum parente. *Fridericus Güntherus Kirchheim*, cum cujus libro de Peſtis curatione ſimul prodiit *Joh. a Felde*, JCti Helmſtadienſis, jam 1668. defuncti, ſpeculatio phyſica de Peſte. *Johannes Schneidermann. Chriſtianus Samuel Ziegra*, Philoſophus Wittebergenſis, qui ſcripſit de Magica Morborum curatione, cæt. *Heydentryck Overkamp*, medicus & Chirurgus Amſtelædamenſis, Bontekœi amicus, etiam Carteſianus, cujus opera medica & chirurgica, Batavo ſermone compoſita, etiam Germanice translata prodiere. *Timotheus a Roll*, Monachus Ord. Capucinorum, cui debetur Botanicus Helvetius, Germanice conſcriptus, & alia. *Antonius Novarinus. Georgius David*, Belga.

§. 1089. *Guilielmus Homberg*, natus Bataviæ Indicæ 1652. 8. Januar. patre Germano Quedlinburgenſi: poſt reditum cum parente in Hollandiam, Germaniamque, primo Juris cultor Jenæ & Lipſiæ, adeoque 1674. Magdeburgi cauſarum patronus, ſed Botanices, Aſtronomiæ, Phyſicæ Experimentalis ſub Ott. Guerickio, magis ſtudioſus: hinc ad Medicinam adjecto animo, profectus in Italiam, Patavii ei diſciplinæ ſe annum addixit, potiſſimum in Anatome & re Herbaria: deinceps Bononiæ Lapidi Bononienſi lucem ſuam reddidit: Romæ in Mathematicis Mechanicisque magiſtro Marco Antonio Cælio uſus eſt: poſthac per Galliam profectus in Angliam, Cel. Boylii Laboratorium frequentavit: hinc in Batavia Anatomen duce Graafio ulterius excoluit: unde ad ſuos Quedlinburgum reverſus, brevi poſt Wittebergæ M. D. creatus eſt: tum Phosphororum comparandorum cauſa Chr. Adolph. Balduinum & Joh. Kunkelium adiit: deinde Metallifodinas Saxoniæ, Bohemiæ, Hungariæ perſcrutatus, in Sueciam, Cupri melius cognoſcendi gratia, excurrit, & cum Cel. Hiærnio in Chemicis ſe exercuit: inde tertium abiit in Hollandiam, & hinc ſecundum in Galliam, ubi, quum a patre ipſius reditus magis magisque urgeretur, a Colberto propoſitis lautis conditionibus retentus eſt, poſtquam a. 1682. Religionem quoque Proteſtantium cum Romano-Catholica permutaverat, quapropter a patre exheredatus eſt: Chemiam autem exercebat impenſis Abbatis *de Chalucet*, qui poſthac fuit Epiſcopus Telonis Martii, ejus artis valde cupidus: a. 1685. iterum Romam digreſſus,

ibi Praxin quoque medicam agitavit: aliquot poſt annis Pariſios rediit, factusque eſt 1691. Academiæ Scient. Socius, 1702. Ducis Aureliani Phyſicus & Chemicus, 1704. ejusdem Medicus primarius ſ. Archiater, conſervato tamen per exceptionem loco cum penſione in Academia; †. 1715. 24. Sept. *Johannes Philippus Förtſch*, Wertheimio-Francus, natus 1652. 14. Maji, Med. ſtudia perſecutus Francofurti ad Od., Jenæ, Erfurti, Helmſtadii, & Altdorfii, deinde itineribns per Bataviam Galliamque factis, Hamburgi conſedit, ibique ad Operas Muſicas componendas agendasque ſe conduci paſſus eſt, 1680. Holſato-Gottorpienſis Capellæ Muſicæ Director, 1681. Kilonii M. D., 1689. abdicato priore munere Med. Aulicus Holſato-Gottorp., 1694. Archiater & Conſiliarius Aulæ Epiſcopi Lubec., adhuc 1705. ſuperſtes. *Johannes Salomon Hattenbach*, Waltershuſâ-Thuringus, natus 1652, 1674. Helmſtadii M. D., hinc artis exercitio vacans Boitzenburgi, poſtea Lubecæ, unde propter heterodoxiæ controverſiam 1697. digreſſus Berolinum, deinde tamen Lubecam reverſus, ibidemque †. 1699. 18. Maji. *Johannes Henricus Brechtfeld*, M. D. Reginæ Dan. Friderici III. viduæ Archiater, eâque mortua medicinam Hamburgi factitans, †. 1699.

§. 1090. *Johannes Müller*, Hamburgenſis, M. D. Patavii creatus, deinde Med. Aulicus Iſenacenſis, poſtea 1689. Hamburgum digreſſus, ibi 1696. in Gymnaſio Prof. Phyſ. & Poeſ. †. 1725. menſe Januar. *Johannes Franciſcus Buſch*, Hambur-

burgenſis, M. D. in patria, †. 1690. 31. Dec. *Henricus Chriſtianus Esmarch*, Klixbüllà-Cimber, M. D. artem Flensburgi ab a. 1681. profeſſus, adhuc 1723. ſuperſtes. *Benjamin Fiſcher*, Lubecenſis, M. D. primum in patria, deinde Rigæ, cæt. *Petrus Schritsmeier*, Dithmarſus, M. D. 1680. creatus. *Bernhardus Schrœder*, Hamburgenſis, M. D. in patria, †. 1691. menſe Jun. *Jacobus Stubbe*, Chirurgiæ cultor, Schlesvigæ circa 1681. commoratus.

§. 1091. *Chriſtianus Gothofredus Danckwerth*, Holſatus, M. D. Phyſicus Circulorum Stolpenſis, & Uckermarchici, poſtea circa a. 1684. Hamburgi praxin exercens, †. 1687. ex peſtifero potu cum uxore filioque *Johannes Laurentius Lœlius*, medicus Altdorſinus, qui de Soterio fonte Weichencellenſi ſcripſit Germanice. *Henricus Chriſtiaaus Kortholt*, Kilonienſis, Chriſtiani Theologi filius, M. D. primum Hamburgi, deinde in Batavia commoratus. *Chriſtophorus Pfiſter*, Arnſtadienſis, M. D. Rendsburgi artem exercens, †. 1691. *David van Hoogſtraten*, Roterodamenſis, natus 1658. 14. Mart. Philologus & M. D., Dordraci aliquamdiu commoratus, deinde Gymnaſii Amſtelædamenſis collega, denique Conrector, quo munere propter auditum amiſſum ſe 1722. abdicavit, †. 1724. 13. Nov. morbo quem ex prolapſu in canalem contraxerat; qui edidit diſſertationem epiſtolicam de hodierno Medicinæ Statu, cæterum ſcriptis potiſſimum Philologicis & Carminibus Batavicis ac Latinis clarus. *Johannes Daniel Strauſſ.* *Daniel*

Meno Matthiæ, cujus prodierunt a. 1683. Experimentorum Medico-Chemicorum decades 3, in a. 1679, 80, 81, cum mantiſſa de reformandis Pharmacopoliis & rei medicæ ſuperfluæ & inutilis rejectione, cui accedit Pharmacopœia Cracovienſis *Johannis Woynæ*.

§. 1092. *Chriſtophorus Helwig*, 1716. Nobilitate impertita *de Helwig*, natus Cölledæ Thuringorum 1663. 15. Jul. Jenæ ab a. 1681. ſtudiis actis, cum fratre Joh. Ottone varia confecit itinera, tum 1685. Erfurti ſtudia proſecutus, ibique 1688. pro Praxi examinatus, 1689. Weiſſenſeæ artis exercitationem orſus eſt, 1693. Frankenhuſam digreſſus, eodemque a. Erfurti M. Lic. & Poeta Laur. 1696. Phyſicus Tennſtadienſis: ſed 1712. Erfurtum conceſſit, ibique †. 1721; polygraphus in omni re medica, cujus tamen libri, maximam partem Germanice ſcripti, plerique levioris momenti ſunt: idem ficto nomine dictus eſt *Valentinus Kräutermann*, & *Caſpar Schröder*, item in controverſia cum Caſp. Posnero, Prof. Jen., de Calendario centum annorum, a ſe edito, *Conſtans Aletophilus Herzberger*. *Johannes Francus*, M. D. Ulmæ artem agitans, a quo editi permulti libri, partim Germanici partim Lat., ut Veronica Theezans, de herba Allelujah, de Euphraſia, Cuscuta, Momordica, Urtica, de Flore Solis majore, Caſtorologia, de Setaceo, cæt. *Johannes Eberhardus Schleiermacher*. *Elias Weſtphal*. *Elias Beynon*. *Melchior Friccius*. *Johannes Jacobus Noſſet*. *Movius*, cujus extat felix Puerpera.

§. 1093.

§. 1093. *Johannes Grænevelt*, Batavus, cujus laudanda diſſertatio Lithologica, & altera de tuto Cantharidum uſu interno. *Matthæus Gottfried Purmann*, in exercitu Brandenburgico Chirurgus Major ſ. Legionarius per multos annos, 1679. Halberſtadii ſedem fixit, ibidemque in peſte mox coorta fuit primarius Chirurgus Lœmicus: ſed 1685. Vratislaviam demigravit, ibi factus Poliater: ejusque complures leguntur boni de arte ſua libri Germanici, nominatim Laureum ſertum chirurgicum, i. e. Chirurgia magna: Chirurgia Curioſa: bonus Chirurgus Caſtrenſis & genuinus barbitonſor Lœmicus: de curatione per Salivationem: Curationes 50. Vulnerum Sclopetariorum: Obſervationes Chirurgicæ curioſæ; cæt. *Melchior Engelbrecht*, Hamburgenſis, M. D. in patria circa 1684. *Hieronymus Schlapritz*, Agyrta & Empiricus, circa idem tempus Hamburgi ex curationibus præcipue Dementium per plagas earumve metum clarus. *Johannes Wolf. Nicolaus Laurentius Maſius*, Hamburgenſis, M. Lic. 1684. *Auguſtus Schæfer*, M. D. Magdeburgi vivens. *Clemens Joſeph Brecht.*

§. 1094. *Petrus Wolfart*, ſenior. *Juſtus Theodorus Schorkopf. Iſaac Bebber*, Batavus. *Mummius Lüddens*, Catharinenherdâ-Eidoraſtadius, M. D. Tonningæ circa 1685. artem exercens, 1698. Conſul. *Ehrenfried Walther de Tſchirnhauſen*, ob ſuam Medicinam Corporis, illi Mentis additam, poſtea quoque Germanice editam & altera parte auctam, hic commemorandus, natus 1651. 10. Apr.

Apr. Kislingswaldæ Luſatiæ Superioris, Leidæ ſtudiis excultis, maxime Mathematicis, Phyſicis, atque Mechanicis, per ſesquiannum Militiam Voluntariam ſecutus, tum per Galliam, Italiam, Siciliam, Melitamque peregrinatus, 1682. Academiæ Scient. Pariſinæ Socius cum penſione, cæt. †. 1708. 11. Oct. *Sebaſtianus Chriſtianus a Zeidlern*, M. D. & Prof. Pragenſis, cujus prodiere Somatotomia Anthropologica, Inſtitutiones Med., cæt. *Laurentius Donkers*, Batavus, cujus extat Idea Febris Petechialis. *Philippus Cnop.*

§. 1095. *Nicolaus Staphorſt* III, Hamburgenſis, Chemicus & Laboratorii Collegii Med. Londinenſis Director, circa a. 1686, adhuc 1699. ſuperſtes. *Johannes Melchior Gœbel*, Güſtrovienſis, M. D. Lubecæ artem exercens, †. 1706. 18. Nov. æt. a. 51. *Auguſtus Severus Backhuſius*, Döbrizâ-Thuringus, M. Lic. circa 1686. practicus Möllenſis. *Johannes Gabriel Schmid*, Dantiſcanus, M. D. †. 1686. 8. Aug. editis jam aliquot disputationibus. *Henricus Cosmius*. *Chriſtianus Knaut*, Halâ-Saxo, M. D. & natalis urbis Poliater, natus 1638, †. 1694; a quo profecta, enumeratio Plantarum circa Halam provenientium, Herbarium Halenſe, Methodus Plantarum genuina. *Petrus Stalpart van der Wiel*, Cornelii filius, Haganus, M. D. Leidæ 1686. creatus, deinde in loco natali medicinam fecit: idem in exercitatione de Nutritione Fœtus, hunc nutriri ſolum per os aſſeruit.

§. 1096. *Andreas Keil* aut *von Keil*, Lat. *Cuneus* ſ. *Cunæus*, Hereditarius Dominus in Klein-&

& Groſſ-Rœſen, nec non in Nieder-Rœblingen, M. D. diverſorum Principum & Comitum Conſiliarius & Archiater, circa 1688. Cellis Luneburg. florens: cujus extat deſcriptio diverſorum Morborum, & Germanica deſcriptio Aquarum Mineral. Pyrmontanarum. Ejus conjux *Eliſabeta Margareta*, nata Pürtz, †. 1699. 10. Sept. ſcripſit inſtructionem Obſtetricum, Germanice. *Johannes Schreyer*, Cizenſis Phyſicus oppidanus & provincialis, qui ſcripſit trinum fluidum magnum, ſ. naturam Aquæ, Vini, & Cereviſiæ, & alia, item verſiones aliquot autorum Batavorum Germanicas. *Tobias Schütz*, cujus prodiit Harmonia Macrocosmi cum Microcosmo, manuductio Chirurgica Germanica, cæt. *Jacobus Tollius*, Ultrajectinus, ibidem ſtudia perſecutus & M. D. creatus, deinde Nic. Heinſii Secretarius Itinerum, cui quædam furto ſurripuiſſe fertur; poſtea Rector ſcholæ Goudanæ, ſed brevi propter verborum proterviam dimiſſus: tum Nortwici artem exercuit, una juventutem erudiens: hinc Rector Leidenſis ſcholæ conſtitutus, denique Duisburgi Profeſſor Hiſtor. Græcæ L. & Eloqu.: quod tamen munus deſeruit, perluſtratisque Germaniæ Hungariæque Metallifodinis & Bibliothecis, profectus in Italiam, ubi pariter Bibliothecarum inedita conquiſivit, & R. Catholicam fidem profeſſus eſt: tandem Ultrajectum rediit, ibique collegia clanculum inſtituit, donec ipſi ab Univerſitate interdicerentur; †. 1696. in ſumma egeſtate: præter Philologiam, Chemiæ abstruſioris admodum avidus, quo ſpectant ejus Fortuita, in quibus præter critica nonnulla, tota Fabularis hiſtoria Græca,

Phœ-

Phœnicia, Ægyptia, ad Chemiam pertinere aſſeritur: Sapientia inſaniens, ſ. promiſſa Chemica: manuductio ad Cœlum Chemicum: Epiſtolæ Itinerariæ, poſthumæ. *Guernerus Neuhaus. Caſpar Porta.*

§. 1097. *David Kellner*, Gothanus, Helmſtadii ſtudiis excultus, & 1670. M. D. poſtea Nordhuſæ artem profeſſus; cujus ſunt, doctrina de Ulceribus Crurum antiquis, Germanice: deſcriptio Cereviſiæ Keuterling, & ars Braxandi cereviſiam, eodem ſermone: plura ad rem Metallicam & Chemiam pertinentia, partim ſua, partim aliorum autorum a ſe edita. *Ludovicus Müller. Johannes Erneſtus Müller*, Bergâ - Thuringus. *Johannes Caſpar Grænefeld. Paulus Rochus Redlich. Franciſcus Sebaſtianus Vorſter. Sigismundus Kœnig*, Bernas, a quo editum ſpecimen Lithogeneſias humanæ. *Georgius Grave. Henricus Heſſe*, Hortulanus Aulicus Electoris Moguntini, Friderici Ducis Holſato - Gottorpienſis, aliorumque Principum; cujus quoque celebris eſt liber, Hortulanus Germanicus.

§. 1098. *Melchior Fridericus Geuder*, M. D. Altdorfii & Tubingæ ſtudiis operatus, deinde Phyſicus Stutgardianus, †. florente ætate circa finem ſæculi; edito libro de Fermentis ſpecificis humani corporis, (quæ refutavit:) alio Germanico adverſus J. H. a Gehema Remedia medicorum Deleteria: interpretatione Latina Haverſii & Tauvryi, cæt. *Chryſoſtomus Lambertus. Iohannes Büring*, Lipſienſis, natus 1656, M. D. Leidæ 1684, poſtea Bero-

Berolini artem profeſſus, †. 1704. *Guſtavus Daniel Lipſtorp*, Stadenſis, natus 1664. 7. Dec. ſtudiis Francofurti ad Viadrum agitatis, itineribusque per Bataviam, Angliam, Galliam, atque Italiam factis, Leidæ 1687. M. D. Stadæ 1689. Poliater. *Andreas Plantecovius*, Lubecenſis, natus 1661, ſtudia proſecutus Jenæ, Lipſiæ, & Kilonii, tum peregrinatus per Germaniam, Galliam, Italiam, Siciliam, Helvetiam, Angliam, Bataviam: Patavii 1687. Philoſ. & M. D. poſthac Lubecæ artis operibus vacans, †. 1731, relictis plurimis manuſcriptis, maxime Antiquariis & Philologicis. *Iohannes Iacobus Mayer*, Lipſiæ & Baſileæ ſtudiis peractis, M. D. Baſileæ 1687, adhuc 1716. Altdorfii ſuperſtes. *Iohannes Wörger*, Lubecenſis, M. D. 1687. *Fridericus Chriſtophorus Florus*, Nord-Friſius, M. D. Huſumi, †. circa 1692.

§. 1099. *Lotharius Zumbach de Kœsfeld*, Trevirenſis, natus 1661. 27. Aug. Mathematicus & Muſicus, quarum artium munus apud Electorem Colon. Maximilianum Henricum per 3. annos ceſſit: 1688. Leidam profectus ad Medicinam excolendam, factus ibi 1692. M. D., tum in univerſitate Lector Aſtronomiæ, poſthac Caſſellis in Collegio Carolino Prof. Matheſeos, perpetuo licet Romano-Catholicus: †. 1727. 29. Jul. *Franciſcus Kiggelaar*, Batavus, celebris Hortulanus. *Georgius Sermes*, Batavus. *Iuſtina Siegmundin*, genere *Dieterichin*, Ronſtockâ-Sileſia, Obſtetrix Aulica Boruſſo-Brandenburgica, cujus celebris eſt liber de ea arte Germanicus, etiam Batavo ſermone redditus

ditus a Corn. van Solingen. *Georgius Martinus Tatter*, Schlesvicenſis, M. D. circa 1689. Glückſtadii artis practicus, †. 1705. *Philippus Chriſtianus Olearius*, Schlesvicenſis, Adami filius, natus 1658. 14. Apr. Bataviâ Angliaque peragratis, Erfurti 1689. M. D. *Iohannes Georgius Slötel*, Hamburgenſis, M. D. 1689.: item *Thomas Latimer*, eodem a. Francofurti ad Od. M. D. *Iohannes Nolto*, Brunsbüttelâ - Dithmarſus, M. D. Lubecæ artem exercens circa a. 1690, 1698. Phyſicus, 1708. Protophyſicus, †. 1711. menſe Mart. qui, præter edita nonnulla, reliquit manuſcriptam hiſtoriam Phyſicorum ſ. Poliatrorum urbis Lubec. cæt.

§. 1100. Ab a. 1691.: *Chriſtianus Henricus Erndl*, Dresdenſis, (cujus jam hoc a. prodiit diſſ. de ſalute ex veneno,) Lipſiæ 1700. M. D. 1706. & 7. iter in Bataviam Angliamque emenſus, cujus Relationem edidit (in qua quædam a Jano Gregorio Betulio, i. e. Burckhardo, reprehenſa ſunt,) 1710. Polon. Regis medicus Aulicus, poſthac Archiater, 1716. Acad. Nat. Cur. ſocius, deinde Adjunctus, dictus *Stantius*, †. Dresdæ 1734. 17. Mart. cujus maxime memorabilis eſt Warſavia phyſice illuſtrata. *Conradus Horlacher*, medicus & chemicus Ulmæ vivens, qui ſcripſit contra uſum Venæſectionis & Purgationis, reprehenſus a *Jano Modeſtino Alethophilo*, & in aliis libris compluribus, fere Germanicis, curationes inauditas pollicitus eſt. *Seuter. Chriſtianus van Campen*, Batavus, *I. L. Neuhaus. Georgius Wolfgang Gilgius. Iohannes Ignatius Worp Beintema von Beyma*, Batavus, qui præter alia

alia ſcripſit de Peſte annorum 1708. usque 1713. *Daniel W. Meyer. Dietericus Gottſchalck. I. D. Hoffſtadt.*

§. 1101. *Johannes Conradus Ammann*, Scaphuſinus, M. D. Amſtelædami artem exercens, inprimisque ſurdos a nativitate ac mutos loquelam docens: cujus quoque prodiit Surdus Loquens, ſ. tr. de Loquela: item Cœlii Aureliani optima editio, cæt. *Iohannes Georgius Arens*, Glückſtadienſis, M. D. & circa 1691. Poliater Wismarienſis. *Iohannes Cruſius*, Apenradenſis, natus 1661. 14. Januar. ſtudiis Kilonii, Hafniæ, Leidæque agitatis, itineribusque per biennium in Batavia, Anglia, Germania, atque Italia confectis, Patavii 1690. M. D., 1691. Schlesvicenſis Poliater, 1693. medicus Aulicus Gottorpienſis, †. circa 1712.; cujus prodiit Relatio de quodam Hermaphrodito, Germanica: Carmina, item Germanica, cæt. *Gottfried Eckard*, Lipſienſis, M. D., circa 1691. Hamburgi artis exercitio vacans. *Matthias Waſmuth*, filius, Kilonienſis, M. D. Leidæ creatus 1691. †. 1693. *Iohannes Antonius Neucrantz*, Lubecenſis, M. D. in urbe natali, poſtea 1698. Archiater Suerino-Megapolitanus. *Salomon Braun*, filius, Phyſicus Nordlingenſis, †. circa finem ſæculi. *Nicolaus Wilſtermann*, Crempenſis, M. D. 1691. creatus. *Lucas Stein*, junior, M. D. in patria Lubeca, †. 1699. 15. Januar. æt. a. 35.

§. 1102. *Mauritius van Reverhorſt*, Batavus, clarus ob librum de Circulari Bilis motu ejusque morbis.

morbis. *Hermannus Bœrhaave*, Voohouti prope Leidam natus 1666. 31. Dec. ex Theologiæ ſtudioſo Medicinæ cultor, Philoſ. & M. D. Hardevici 1693, deinde Leidæ in Bibliotheca Academica publico ære merens, 1701. Lector Med. loco Drelincourtii, aucto etiam 1703. ſalario, 1709. Prof. Med. & Botan. 1714. Med. Practicæ, 1718. Chemiæ: 1715. Acad. Scient. Pariſinæ Correſpondens, 1728. Aſſociatus, 1730. Societatis Reg. Londin. ſodalis: 1729. Profeſſionem Botan. & Chem. depoſuit: †. 1738. 23. Sept. vir ingentis gloriæ & meritorum, præſertim in Phyſiologicis, Pathologicis, & Chemicis; cujus quidem libri notiſſimi ſunt, certe eſſe debent. *Theodorus Schoon*, Batavus Botanicus. *Georgius Meiſter*, Hortulanus. *Wolfgangus Chriſtophorus Weſener. Thomas Brugis*, Chirurgus. *Johannes Helfrich Schrot. Johannes Zacharias Fürſt. Johannes Hermannus Hamer. Thomas Fridericus Suchland. Ignatius Cheruscus*, pſeudonymus.

§. 1103. *Johannes Chriſtophorus Ettner*, M. D. Conſiliarius & Archiater Cæſareus & Polon. Reg. a quo edita, Pet. Poterii inventa Chemica, ejusdem Manes, liber de Podagra, inprimisque celebres libri Germanci, ſub aſſumto nomine *fidelis Eckharti*, (des getreuen Eckharts,) Indignus Doctor, temerarius Chirurgus, Pharmacopola ſine conſcientia, Circumforaneus larva exutus, imprudens Obſtetrix, cæt. *Salomon van Ruſtingh. Chriſtianus Iohannes Horbius*, Trarbaco - Moſellanus, M. D. Altdorfii 1693, Hamburgi artem exer-

exercens circa 1698, †. 1718. menſe Nov. *Iohannes Chriſtophorus Schrœer*, Jauraviâ - Sileſius, M. D. Erfordiæ 1693. 5. Maji, poſtea Phyſicus urbis & circuli Gubenſis in Luſatia: cujus eſt ſcrutinium de natura Trifolii fibrini, cæt. *Erneſtus Heinſius. P. Lantana*, Friſius. *Iohannes Chriſt. Haberkorn. Iohannes Fitzmann*, filius, Lubecenſis, M. D. in patria ab a. 1693. medicinam factitans, †. 1704. 16. Dec. natus a. 40. *Iacobus Eugenius Janus*, Glückſtadienſis, medicus & Pharmacopœus Freibergenſis in Misnia circa 1694. *Caſpar Merwitz*, Lauchſtadio - Saxo, Pharmacopola Neoſtadienſis in Wagria, deinde M. D., & ab a. 1693. Lubecenſis practicus, †. 1700. 20. Apr. æt. a. 42. *Johannes Michael Oertel*, Wihâ - Saxo, M. D. ab a. 1693. artem Flensburgi exercens.

§. 1104. *Johannes Bernhardus Gladbach*, cujus extat Praxeos medicæ idea noviſſima, in qua omnium morborum origo ex 4. morbis cardinalibus, (febre, catarrho, cachexia, ſcorbuto,) deducitur: de Acidulis Schwalbacenſibus liber Germanicus, cæt. *Henricus Lipſtorp*, Roſtochienſis, natus 1666. ex Jure cultor Medicinæ Roſtochii, Jenæ, Leidæ, & Trajecti ad Rh., M. D. Trajecti 1692, tum itinere facto per Germaniam, Italiam, Hungariam, Bohemiam, Lubecæ ab a. 1694. artem profeſſus, †. 1701. 9. Feb. *Johannes Tiling*, Bremanus, natus 1668. 10. Oct. Amſtelædami & Leidæ ſtudiis cultis, factus 1692. M. D. 1694. in patria Prof. Med. 1696. Phyſicæ, 1697. Log. & Metaphyſ. 1709. Poliater, †. 1715. 13. Sept. editis Nuckii

Operationibus, Sculteti Armamentario cum additionibus, cæt. *Bernhardus Antonius Nottelmann*, Lubecenſis, natus 1672. 7. Mart. 1693. Ultrajecti M. D. 1694. Hamburgi artis exercitio addictus, 1696. Gardelegiæ, 1698. Phyſicus Giffhornenſis, 1704. Dannebergenſis, 1705. Poliater Luneburgenſis, unaque ab a. 1707. Archiater Ducis Cellenſis Viduæ, adhuc 1721. ſuperſtes. *Henricus Schütze*, Hamburgenſis, M. D. in patria. *I. F. Vallade*, Batavus. *Georgius Ludovicus Schleiermacher. Ægidius Daelmann*, Batavus Chirurgus. *Franciſcus Henricus Werckmeiſter*, M. D. Halæ M. 1694.

§. 1105. *Engelbertus Kæmpfer*, Lemgovienſis, natus 1651, 16. Sept. ſtudia perſecutus Hanoviæ, Luneburgi, Gedani, Thorunii, Cracoviæ, Regiomonti, Upſaliæ, Cracoviæ factus Phil. M., in munere Secretarii Legationis Suecicæ 1683. profectus in Ruſſiam Perſiamque; tum Ægypto luſtrata, factus 1685. Chirurgus Supremus in ſtipendio Batavicæ Societatis Indiæ Orient., quo officio adiit plurimos portus Arabiæ, Indiæ veræ, Malabariæ, Ceylonæ, Bengalæ, Sumatræ, denique 1689. Bataviam, unde a. ſequente ut Medicus Legationis in Japoniam ac Siamiam iter fecit: 1692. reditum in Europam inſtituit, 1694. Leidæ M. D., hinc in patria artem exercuit, factus quoque Archiater Comitis Lippiæ, †. 1716. 2. Nov. cujus præſtantiſſima extant itinerum monumenta, Amœnitates Exoticæ, & poſthuma Hiſtoria Japoniæ, ex manuſcripto Germanico primum Anglice typis commiſſa, quem-

quemadmodum & itineris in Ruſſiam, Perſiam, Indiamque Or. & reditus deſcriptio. *Johannes Adrianus Helvetius*, Batavus, Leidæ ſtudiis operatus, deinde duce *Patre*, 60. annis in facienda medicina verſato, Chemiam & Praxin excoluit: a. æt. 21. itineribus inſtitutis, Lutetiæ Pariſ. ſedem fixit, celebritatem & opes inprimis revelato arcano Ipecacoanhæ remedio conſecutus, factusque Nobilis Scutarius ſ. Armiger (Ecuyer,) Conſiliarius & Archiater Regius, nec non Valetudinariorum in Flandria militarium Ephorus Generalis, itemque Ducis Aurelianenſis Archiater; †. 1727. 20. Feb. natus a. 65. ejusque ſunt libri Gallici, de Morbis frequentioribus eorumque Specificis Remediis: de Hæmorrhagiis, cum ipſarum remediis ſpecificis: de methodo curandi omnes ſpecies Febrium, qua nihil ore aſſumere opus eſt: de Peſte, cæt. *Godofredus Guilielmus Leibnitz*, poſtea de Leibnitz, longe præclariſſimus Polyhiſtor, hic quoque nominandus potiſſimum ob relationem ad Societatem Naturæ Curioſorum de novo Antidyſenterico ex America allato: cæterum natus Lipſiæ 1646. die Joh. Baptiſtæ, 1666. Altdorfii Jur. D. 1670. Conſiliarius Moguntinus, 1675. Academiæ Scientiarum Pariſ. ſocius, 1700. Societatis Scient. Berolinenſis Præſes, 1711. S. R. I. Liber Baro & Conſiliarius Aulicus Cæſ., idem Regis M. Brit. Ducumque Brunſuico - Luneburg. Conſiliarius Juſtitiæ & Hiſtoriographus, Ruſſorum Autocratoris Conſiliarius Intimus, cæt. †. 1716. 14. Nov. *Henricus Elias Hundertmark*, Lobenſteinâ - Voigtlandus, natus 1664. menſe Maji, Lipſiæ ſtudiis transactis, Comi-

tis Rutheni medicus in itinere Belgico, ubi Leidæ M. D. creatus: poſt reditum Cizæ Phyſicus & Medicus Ordinarius, †. 1739. 21. Nov. editis aliquot libris practicis Germanicis, item Delectamentis medicis Lat. *Andreas Buxbaum*, M. D., Hereditarius Dom. in Wermsdorf prope Merſeburgum, adhuc 1729. ſuperſtes. *Samuel Müller. Rudolphus Eysſonius*, Batavus.

§. 1106. *David Græbner, Grebner*, poſthac *de Gr.*, Uratislavienſis, natus 1655, 1674. Regiomonti in civium Acad. numerum relatus, 1679. & ſeqq. in Belgio, Anglia, Gallia, atque Italia peregrinatus, Patavii factus M. D., poſt reditum Phyſicus Frauſtadienſis, deinde ab Imp. Leopoldo creatus Nobilis regni Bohemiæ, Medicusque Aulicus, †. Uratisl. 1737. 21. Januar. a quo edita, Medicina Vetus reſtituta, ſ. paragraphe in Theod. Craanen de Homine, ejusque Mantiſſa: Animadverſiones in Hiſtoriam Morborum Uratislavienſium: tractatus de Experientia: tractatus Philologico-Phyſico-Medici 7, cæt. *Matthias Spiewaczer*, Bohemus. *Johannes Chriſtophorus Sutorius. Johannes Gronæus. Simon Aloyſius Tudecius. M. E. Sturm. Johannes Brœn*, Batavus, Carteſianus, cujus opera proſtant. *Caſpar Henricus Schrey. Johannes Bernoulli*, Baſileenſis, natus 1667. 27. Jul. 1685. Phil. Mag. 1694. M. D. 1695. Prof. Matheſ. Groningæ, 1705. Baſileæ, 1699. Academiæ Scient. Pariſinæ ſocius, poſthac quoque Societatis Londinenſis, Inſtituti Bononienſis, & Academiæ Petropolitanæ, †. 1747. 2. Januar. in Matheſi ſublimiore

re ſummam gloriæ & meritorum laudem & præmia conſecutus, cujus tamen præter plurima ejus generis ſcripta, ſunt quoque nonnulla medicinalia.

§. 1107. *Johannes Erneſtus Schaper*, Cüſtrinenſis, natus 1668. ſtudiis proſecutus Francofurti ad Od., ibidemque poſt reditum ex inſtitutis itineribus 1688. M. D., eodem a. Ducis Merſeburgenſis Archiater, 1692. Roſtochii Prof. Med. deinde etiam cum tempore Ducis Megapol. Protomedicus, Conſiliarius Aulicus, Regiminis, denique Intimus; †. 1721. *Samuel Schrœer*, Budiſſinus, natus 1669. 14. Jun. Lipſiæ ſtudiis peractis, Erfurti 1694. M. D. deinde Lipſiæ privatim docens, †. 1716. 17. Mart. edita in naturam Opii inquiſitione, commentatione Germanica de Alchemia vera, cæt. *Caſpar Commelyn*, Batavus, M. D., Profeſſor Botan. Amſtelædamenſis Hortique Præfectus, 1704. Acad. Nat. Cur. Collega, dictus *Mantius*, †. 1731. 26. Dec. natus a. 64, cujus ſunt Præludia botanica, Icones Plantarum, maxime Indicarum, cæt. *Johannes Hartmann*. *Benjamin Benedictus Petermann*, Lipſienſis, Andreæ Prof. Med. filius, 1703. Halæ M. D. 1708. Phyſicus Præfecturæ Lipſienſis, 1719. Poliater depoſita priore ſparta, 1715. medicus Obſtetricius publicus, †. 1724. 17. Apr. æt. a. 44; editis Obſervationibus Med. cæt. *Johannes Baggaard*, Batavus. *Petrus Adrianszon Verduyn*, Batavus, Chirurgus celebris ob ſuam novam Artuum decurtandorum rationem, diſſertatione epiſtolari ab ipſo expoſitam. *Salomon Cellarius*, Chriſtophori clariſſimi Philologi filius, natus Cizæ

1676, †. 1700, M. Lic. cujus extant Origines & Antiquitates Medicinæ.

§. 1108. *Michael Aloyſius Sinapius*, Germanice *Senf*, cujus prodierunt Abſurda vera ſ. Paradoxa medica, in quibus etiam Hippocratis Aphoriſmos impugnavit: de remedio doloris ſ. materia Anodynorum, nec non Opii, cæt. *Bartholdus Krüger*, U. M. D. Paracelſi ſectator. *Pancratius Wolf*, Altdorfii 1674. M. D., circa 1697. Cizæ degens, poſtea Halæ Magd. cæt. qui Auri fulminantis defenſionem contra Stahlium ſcripſit, controverſiasque habuit etiam cum Mich. Alberti. *Daniel Henricus Meibom*. *Nicolaus Heinſius*, ſ. *von Heins*, Nicolai filius, Med. & Phil. D. circa 1694. Clivis agens, circa 1698. Ducis Saxo-Coburgenſis Conſiliarius Aulicus & Protomedicus Cülenburgi Batav. degens; cujus ſunt multi libri Belgicâ lingua conſcripti, poſthac in Germanicam aliasque linguas converſi, ut Venus ægra, Veneris myſta martyrio affectus, de curationibus Lacteis, Armamentarium Valetudinis, cæt. item Podagricus male vexatus beneque allevatus, qui liber a nonnullis perperam attribuitur Nicolao Heinſio, Danielis filio, celeberrimo Philologo & Poëtæ Latino, non medico, nato 1620. 29. Aug. †. 1681. 7. Oct. quique ne pater quidem noſtri fuit. *Jacobus Gottſchalck*. *Adrianus Kœnerding*, Batavus, Chirurgus, qui de Gangræna & Sphacelo Belgice ſcripſit. *Theodorus Jacobus Leenhof*. *Laurentius van den Buſch*.

§. 1109. *Johannes Franciſcus Löw, ab Erlsfeld*, Pragenſis, Philoſ. Med. & Jur. D. Pragæ Prof. Med. primarius, Cæſareus Comes Palat., Conſiliarius, & Archiater, idem 1717. Acad. Nat. Cur. ſodalis, dictus *Acron:* cujus multi ſunt libri, nominatim de Variolis & Morbillis, nova & vetus Hippocratis interpretatio, ſ. commentarius in ejus Aphoriſmos, (ob quem plagii reus factus;) theatrum Medico - Juridicum, Medicina Practica, & alia; cæterum jam ab a. 1684. ſcriptis inclareſcens. *Petrus Linſing*, Prof. Med. & Phyſicus Oenipontanus, idemque Cæſareus Archiater. *Johannes Georgius Benz*, Etzelwangenſis, M. D. Altdorfii 1699, in Collegium Med. Norimb. receptus 1704. deinde Med. Caſtrenſis & Præſidiarius Circuli Franconici, †. Philippoburgi 1730. menſe Januar. *Johannes Victor Jægerſchmidt. Johannes Georgius Kisner. Jacobus Fabricius. Cornelius Keldermann. Johannes Lindemann*, Lubecenſis, natus 1670. 24. Jun. Jenæ, Lipſiæ, Halæ M., & Patavii Med. ſtudiis imbutus, 1697. Halæ M. D. †. Lubecæ 1700. 5. Jul.

§. 1110. *Matthæus Dietericus Bacmeiſter*, Roſtochienſis, M. D. Lubecæ degens, †. 1704. 1. Apr. æt. a. 33. *Georgius Loſhagen*, Lenzâ-Marchicus, M. D. Boitzenburgi circa 1697. artem exercens, circa 1704. Tonningæ. *Gottlob Schober*, Lipſienſis, M. D. Lubecæ medicinam factitans circa 1697, 1698. in Livonia, 1707. Lipſiæ, 1713. Petri I. Ruſſorum Autocratoris Archiater, idem 1705. Acad. Nat. Cur. collega, dictus *Agathocles*.

Johannes Braſch, Lubecenſis, natus 1671. 3. Aug. ſtudiis ab a. 1692. Jenæ, ab a. 1695. Lipſiæ actis, 1697. Jenæ M. D., hinc itinere per Germaniam, Bataviam, Angliamque facto, 1698. Lubecæ artis operibus addictus, †. 1720. 10. Januar. *Godofredus Strasberg*, Freibergâ - Misnicus, Med. Cultor, Hamburgi a. 1698. commoratus, 1713. Scholæ Johanneæ Præceptor. *Iohannes Henricus Schmeuſer*, Hamburgenſis, M. D. in patria ab. a. 1698. artem profeſſus. *Iohannes Siricius*, Gieſſenſis, M. D. & Kilonii circa 1697. arte exercenda ſcribendoque occupatus. *Iohannes Ioachimus Stein*, Roſtochienſis, M. D., circa 1698. Hamburgi artem exercens.

§. 1111. *Godofredus Walther*, Bornâ - Misnicus, M. D. Hamburgi circa 1698. praxi deditus, poſtea ſimul Holſaticus Archiater. *Antonius Verborg*, Trajectinus, M. D. Hamburgi circa 1698. artis exercitatione occupatus, †. 1723. *Iohannes Philippus Mushard*, Hamelvördâ - Bremenſis, M. D. circa 1698. Hamburgi praxeos munia exſecutus, 1716. adhuc ſuperſtes. *Gerhardus Matthæus Rohr*, Hamburgenſis, natus 1672. 19. Nov. M. D. Roſtochii 1698, deinde Anclami Pomeran. degens. *Iohannes Henricus Schlett*, M. D. Hamburgenſis ab a. 1698, adhuc 1716. ſuperſtes. *Chriſtophorus Ianſen*, M. D. ibidem ejusdem ævi: quemadmodum & *Gothofredus Kirchhof*, Laubâ - Luſatus: & *Eberhardus Langermann*, Hamburgenſis: & *Iohannes Hartmann*, Niecopiâ - Falſtrius: & *Fridericus Hauke*, Gardingâ - Eidoraſtadius.

§. 1112.

§. 1112. *Iohannes Gottfried Borgehl*, Lubecenſis, natus 1672. 18. Januar. Jenæ ab a. 1692. ſtudiis acad. addictus, 1696. M. D. Leidæ creatus, hinc in Italiam profectus, 1698. patriæ reip. redditus, 1718. 18. Maji Poliater, †. 1720. 12. Apr. *Dietericus Chriſtiani*, Cellâ-Luneburgicus, M. D. Hamburgi degens circa 1698, Cellis vero 1701, ibi ſimul ab a. 1704. Phyſicus Provincialis. *Iohannes Eichel*, Haderslebienſis, M. D. Hafniæ circa 1698. praxin exercens, ſimul ibidem 1710. Conſul, & poſtea Regius Conſiliarius atque Archiater. *Theodoſius Chriſt. Franz*, Dresdenſis, M. D. Lubecæ artem profeſſus ab a. 1698, †. 1706. 19. Feb. natus a. 30. *Georgius Langermann*, Hamburgenſis, M. D. in patria a. 1698, Amſtelædami 1704. vivens, 1716. adhuc ſuperſtes. *Iohannes Majus*, Argentinenſis, M. D. Hamburgi 1698, 1704. cæt. medicinam factitans. *Iohannes Iacobus Kleinknecht*, M. D. & Phyſicus Geislingenſis, cujus librum de herba Scordii Joh. Francus edidit Ulmæ 1720.

§. 1113. *Iohannes Chriſtianus Wolf*, Serveſtanus, Idonis filius, natus 1673. 28. Dec. ex Chirurgiæ tirone ſtudioſus Med. Francofurti ad V. & Wittebergæ, 1696. M. Lic. hinc perluſtratâ Dania, Belgio, Anglia, M. D. Wittebergæ 1700, tum Quedlinburgi ſede conſtituta, poſt aliquod tempus Archiater Principis Harcigerodâ-Anhaltini, itemque Comitis Stolbergenſis, 1713. Quedlinburgenſis Conſul, deinde etiam Gymnaſii Ill. Inſpector, 1721. Abbatiſſæ Archiater, †. 1723. 11. Oct. editis multis libris cum ſuis tum aliorum, adhuc pluribus

ribus manu exaratis relictis. *Bartholomæus Iohannes Otto Hannemann*, Buxtehudâ-Bremenſis, natus 1671. 28. Mart. Kilonii (ubi parens Joh. Ludovicus Profeſſor erat,) 1699. M. D., hinc practicus Hamburgi usque ad a. 1700, Burgi Femariæ usque 1704, Flensburgi usque 1705, poſthac Odenſeeæ Fyoniæ, †. 1709. menſe Oct. *Tobias Thomas Michael Ioël Dietericus Hannemann*, præcedentis frater, etiam Buxtehudæ natus, M. D. Hamburgi & Haderslebiæ artem profeſſus, †. 1710. æt. a. 36. Alius frater *Petrus Iohannes Chriſtianus Fridericus Richardus Hannemann*, primum Medicinali diſciplinæ operam dedit Kiliæ, ſcripſitque etiam medica, ſed deinde ad Jura transiit, gladio interemtus 1697. *Iohannes Thomas Schwermann*, Tunderâ-Cimber, M. D., in patria circa 1699. praxin agitans. *Marcus Henricus Denker*, Tellingſtedâ-Dithmarſus, M. D. 1699. creatus.

§. 1114. *Iohannes Nicolaus Martius*, cujus prodiit liber de Magia Naturali ejusque uſu Medico ad magice & magica curandum. *Iohannes Ægidius Euth. Yvo Gaukes*, a quo édita Praxis Medico-Chirurgica ratiociniis Philoſophicis illuſtrata: liber de medicina ad certitudinem Mathematicam evehenda, cæt. *Gerhardus Goris*, qui in libro de Medicina contemta Chemicos ad rationes veteris medicinæ revocare ſtuduit. *Martinus Silveſter Grabe*, Regiomontanus, Theologi homonymi filius, natus 1674. 14. Jul. M. D. Leidæ 1700, 1703. in patria Proto-Bibliothecarius in Arce, idem factus quoque Regius Conſiliarius & Archiater, †. 1727.

1727. 5. Dec. *Mauritius Eucharius Sturm*, Altdorſinus, Joh. Chriſtophori filius, natus 1676. 28. Maji, 1700. ibidem M. D. poſtea factus Biberacenſis Phyſicus. *Anna Eliſabet Horenburgin*, Obſtetrix jurata Brunsvicenſis, cujus Germanica exſtat Obſtetricum inſtitutio.

§. 1115. *Georgius Dietericus Schulze*, Hamburgenſis, M. D. in patria praxin exercens, ab a. 1700. Phyſicus Inferior, †. 1722. *Henricus Suprian*, M. D. Hamburgi degens, †. 1704. *Iohannes Antonius Söldner*, M. D., Rigæ artem profesſus, ac deinde circa 1700. Altonaviæ. *Paulus Ludovicus Sachſe*, Gödenſâ-Oſtfriſius, M. D. & practicus Hamburgenſis. *Henricus Chriſt. Erythrophilus*, (ſ. *Erythropilus*,) Hannoveranus, M. D. & circa 1701. Johannis Adolphi Ducis Holſato-Plönenſis Archiater. *Johannes Fridericus Leopold*, Lubecenſis, natus 1676. 2. Feb. ſtudiis Altdorfii, Argentorati, Tiguri cultis, multisque Itineribus per Italiam, Angliam, Galliam, Belgiumque factis, M. D. Baſileæ 1700, tum in patria Muſeum Rariorum inſtruxit, ejus cauſa 1706. & 7. per Daniam Sueciamque peregrinatus, †. 1711. 4. Maji; a quo edita, relatio epiſtolica de Itinere ſuo Suecico ad Joh. Woodwardum, cæt. necdum vero edita, commentatio de claris Medicis Lubecenſibus, catalogus Medicorum Sæc. 17. ſcriptis clarorum, cæt.

§. 1116. Britanni; primoque Societatis Regiæ Londinenſis ſodales Medici, vel in rebus medicis verſati: Circa a. 1645. Londini conventus excolen-

colendæ ſcientiæ Naturalis phyſicæque Experimentalis ac Mathematicarum rerum cauſa agere inſtituerunt, *Iohannes Wilkins*, Art. Mag. deinde Theol. D. & Epiſcopus Ceſtrienſis, idem & Henr. Oldenburgius primi Societatis Secretarii 1662. 15. Jul. conſtituti. *Johannes Wallis*, etiam Mag. & poſtea Theol. D. Prof. Geomet. Savilianus, cæt. cujus commemorandus tr. de Loquela ſ. ſonorum formatione, cum ipſius Grammatica linguæ Anglicanæ editus: defenſio Societatis Regiæ Londinenſis & Philoſophicarum Transactionum adverſus Guil. Holder, cæt. ***Jonathan Goddard***, v. §. 850: ***Georgius Ent***, v. ſupra: ***Franc. Gliſſon***, ***Chriſtoph. Merret***, ſupra quoque jam dicti: ***Samuel Foſter***, in Collegio Greshamenſi, Prof. Aſtron. ***Theodorus Haak***, Neuhuſâ-Palatinus, Theologus, qui primus horum conventuum autor fuit; & plures alii.

§. 1117. Circa 1648. & 49. Wilkinſio, Walliſio, Goddardo Oxoniam ad munera obeunda translatis, hi conventus ibi ſuos continuarunt, illisque ſeſe adjunxerunt *Sethus Ward*, Prof. Aſtron. poſtea Theol. D. Epiſcopus, Ord. Periſcelidis Cancellarius, cæt. *Ralph Bathurſt*, ex Theologiæ Candidato Medicus Claſſiarius, & 1654. 21. Jun. Oxoniæ M. D., poſt reſtitutum Regem ad Theologiam reverſus, factusque unus ex Regis Capellanis, 1664. Præſes ſui Collegii Trinitatis, 1670. 28. Jun. Decanus Eccl. Wellenſis, 1672. 3. Oct. Vice-Cancellarius Univ. Oxon. 1691. menſe Apr. denominatus a Rege Epiſcopus Briſtolienſis, quam tamen

tamen ſpartam recuſavit, †. ut videtur, 1704.: idem præclarus quoque Poëta Latinus. *William Petty*, v. ſup. *Thom. Willis*, v. ſupra. *Robert Boyle*, Lismorâ-Hibernus, filius quartus Richardi Comitis de Cork, natus 1627. 25. Januar. Leidæ ſtudiis Acad. agitatis, peragratisque Gallia, Helvetia, & Italia, Oxoniam acceſſit a. 1654, (al. 1657,) ubi & vixit usque ad Apr. 1668, quo Londini ſedem fixit: 1665. 8. Sept. M. D. Oxoniæ; †. 1691. 30. Dec. qui laboribus ſuis experimentisve Phyſicis & Chemicis, tum permultis ſimilibus libris egregiis, certiorem medicinam plurimum juvit; idem virtutis, veræque in Deum pietatis, modeſtiæ, tapinophroſynes, philanthropiæ ſtudioſiſſimus. *Thomas Sprat.*

§. 1118. A. 1659. quum maxima pars Oxonienſium Sociorum Londinum migraſſet, ibi congregati temporibus conſtitutis ſunt *William* Dominus Vice-Comes *Brounker*, v. ſup. §. 837. *Johannes Evelyn*, ſenior, Armiger ſ. Esquire, natus in Says-Court Cantii 1620. 21. Oct. J. V. D. Oxoniæ 1669. 15 Jul. †. poſt a. 1693. complurium bonorum librorum autor, ſermone patrio conſcriptorum, ex quibus ſunt Sylva, Pomona, Terra, Kalendarium hortenſe, Fumifugium ſ. de inſalubri aëre fumoſo Londinenſi, cæt. *Timotheus Clarke*, Med. Doctor, unus ex Regiis Medicis: *Ge. Ent*, M. D. modo dictus: *William Croune, Croone, Cron*, cæt. Londinenſis, Baccal. Cantabrigiæ 1650, Mag. 1654, 1659. 8. Jun. Prof. Rhetor. in Coll. Gresham. 1662. 7. Oct. M. D. Cantabrigiæ ex mandato

to Regis, 25. Jun. Collegii Med. Candidatus, 1665. in Galliam profectus, 1670. 28. Aug. Societatis Chirurg. Londin. Anatomiæ Muſculorum Lector, eodem a. 21. Oct. Profeſſione Greshamenſi ſe abdicavit, 1675. 29. Jul. Coll. Med. Lond. Socius, †. 1684. 12. Oct. gratam inprimis memoriam meritus fundatis Prælectionibus Muſcularibus Londini in Societate Regia, in Collegio Medicorum, & in Chirurgorum Societate, Algebraicis vero Cantabrigiæ, cæt.

§. 1119. A. 1660. 28. Nov. in conventu, quem præter plurimos ex modo recenſitis frequentavit etiam *Robertus Moray*, *Morus*, (Murray, v. ſup. §. 849.) *Wilkinſius* denominatus eſt ad cathedram (Præſidium) *Wilhelmus Balle*, theſaurarius, *Croune* regiſtrator: Socii allecti, *Kenelmus Digby*, & *Georg. Bate* M. D. v. in ſuperioribus. 1660. (1661.) 15. Jan. admiſſus Socius (autore Ant. Wood,) *Elias Ashmole*, natus Litchfieldi 1617. 23. Maji, Iuris ſtudio officiisque conſecratus, ſed & Philoſophicis, Mathematicis, Aſtronomicis, & Aſtrologicis ſtudiis addictus, nominatim celebrium Aſtrologorum *Georgii Wharton*, *Wilhelmi Lilly*, *Iohannis Booker* conſuetudine uſus, ab iisque ad Feſtum Aſtrologorum anniverſarium introductus, & pro uno ex Fraternitate habitus: 1648. ad ſtudium rei Herbariæ applicito animo, paucis menſibus eximius factus Botanicus: circa 1651. in Chemicis probe verſatus, & inſignis Roſæcrucii famam conſecutus, variaque ſecreta nactus a *Wilhelmo Backhouſe*, de Swallowfield in Berks, Armigero,

quem

quem deinde ſemper Patrem appellavit: idem artem edoctus ſcalpendi Sigilla, Fundendi in formis arenariis, Aurifabrorum opera conficiendi, cæt. 1669. 2. Nov. M. D. Oxoniæ creatus abſens: cæterum Fecialis Windſorienſis, aliisque muneribus Aulicis functus, †. 1692. 18. Maji; conditor Muſei Ashmoliani, quod Univerſitati Oxonienſi dono dedit 1683.: dictus in quibusdam libris ſuis *Mercuriophilus Anglicus*, & *James Haſolle*: libri autem ejus ſunt, præter Hiſtorica & Antiquaria, Theatrum Chemicum Britannicum, Anglice: eâdemque lingua, verſio aliquot operum de Lapide Philoſophorum, ut *Ioh. Franc. Spinæ*, *Arthuri Dee*, cæt. in quibus eſt Via ad Beatitudinem incerti autoris, hujus quidem occaſione contentionem incurrens cum *Ioh. Heydon*.

§. 1120. (1661,) 16. Januar. cooptati, *William Holder*, ex Comitatu Nottinghamenſi, Cantabrigiæ ſocius Aulæ Pembertoniæ, ibidem ad gradum Mag. Art. promotus, Oxoniæ incorporatus 1643. 21. Mart. circa 1642. Sacros Ordines ingresſus factusque Rector Blechingdonenſis in provincia Oxonienſi, 1660. 12. Mart. Theol. D. Oxoniæ, poſt Regis reſtitutionem Decanus Eccl. S. Pauli Londin., Regius Subdiaconus & Subeleemoſynarius, †. 1696.; qui primus artem Surdos & Mutos a nativitate Loquelam docendi inſtituit in Alexandro Popham adoleſcente Nobili, 1659. Blechingdoni, ſuamque methodum explicuit in Appendice ſuorum Elementorum Sermonis, Anglice conſcriptorum, ejus de inventione artis controverſiam nactus

cum Joh. Walliſio, qui Pophamum, poſtquam ſermonis ab Holdero percepti iterum erat oblitus, denuo loqui docuerat, inventumque ſibi arrogaverat. *Carolus Scarburgh*, ſ. *Scarborough*, v. §. 837. 6. Feb. Deputationis alicujus membra præter alios etiam fuere, D. *Dan. Whiſtler*, *Henricus Oldenburg*, Esq. poſthac Secretarius. 6. Mart. Præſes electus *Robertus Moray*, & 10. Apr. in alterum menſem: in Societatem allecti, inter alios, *Ioh. Wallis*, *Franc. Gliſſon*: *Abraham Cowley*, Londinenſis, natus 1618, Cantabrigiæ in Magiſtrum promotus, inde 1643. Oxoniam pulſus, hinc paulo ante deditionem Parlamentariis factam, Pariſios digreſſus, factusque Reginæ Viduæ Caroli I. Secretarius: 1656. in patriam reverſus, 1657. 2. Dec. M. D. Oxoniæ: poſthac iterum in Galliam profectus, rediit reſtituto Rege, ſed ſpe amplioris fortunæ fruſtratus, aulâ relicta in Surreyam conceſſit, †. Chertſeyi 1667. 28. Jul. excellens Poëta Latinus & Anglicanus, dictus Anglorum Pindarus, Flaccus, Maro, deliciæ, decus, & deſiderium ſui ævi: cujus, præter ſex libros Plantarum, verſibus conſcriptos, prodiit quoque Conſilium pro Experimentali philoſophia amplificanda, Anglice.

§. 1121. A. 1661. 20. Mart. Socius allectus *William Quatremaine*, *Quaterman*, M. D. Oxoniæ 1657. 23. Jun. circa initium anni ſequ. Caroli II. medicus, †. ante a. 1667. 15. Maji D. (*Thomas*) *Baynes*, & Dr. (*Joh.*) *Finch*, intimorum amicorum par, ad Deputationem aliquam denominati ſunt:

ſunt]: admiſſi ſocii, *Gualther Charlton*, & *Johannes Alleyn*, M. D. *Thomas Baynes*, natus circa a. 1622, Art. Bacc. Cantabrigiæ 1642. verſus finem, 1649. ibidem Art. Mag. cum amico *Finchio*, (qui natus circa a. 1626,) cum eodem poſtea profectus in Italiam, ambo Patavii M. DD. creati, 1660. 20. Sept. Cantabrigiæ incorporati, 1661. 26. Jun. admiſſi abſentes, Finchius ſub perſona Doctoris *Carr*, & Baineſius ſub perſona *Joh. Goſtlin*, inceptoris in medicina: 1661. 26. Feb. Collegii Medicorum Londin. Socii Extraordinarii, admiſſi 1. Mart. (collegæ Ordinarii tum erant numero limitato 30, 1663. aucto ad 40, ſub rege Jacobo II. ad 80, poſthac illimitato, conſtituto tantum uno anno quo Candidati ad ſocietatem aſpirent) 1661. 30. Sept. veniam abeundi in Italiam a Domino Præſide Collegii Med. Lond. petierunt obtinueruntque, iter tamen non perſecuti: 1663. 26. Mart. Socii Ordinarii Coll. Med. Lond. 1664. menſe Mart. Finchius factus Regis legatus Reſidens Florentiæ, quo Baineſius ipſum comitatus eſt, qui, quum a. 1660. 8. Mart. Profeſſor Muſices in Collegio Greshamenſi eſſet electus, nunc ſuam ibi habitationem interim tradidit Equiti *Andreæ King*, Regiæ Societatis membro, ut alium in prælectionibus habendis ſubſtitueret: a. circiter 1670. in Angliam reverſi: 1672. Finchius Legatus miſſus ad Aulam Turcicam, comite iterum Baineſio ut Legationis medico, qui officium ſuum Greshamenſe, conſentiente Collegio, demandavit *Thomæ Allen*, M. D. & Regiæ Soc. membro; antequam vero profectus eſt, ipſe quoque Eques a Rege creatus, †. Conſtantinopoli 1681.

 5. Sept.

5. Sept. (quum interim alius in ejus locum Profeſſor Greshamenſis 9. Aug. electus eſſet;) corpus ejus pollinctum Finchius brevi poſt ſecum in Angliam aſportavit, Cantabrigiæque condidit; ipſe paucis poſt menſibus †. Londini 1682. 18. Nov. eodem tumulo, ſicut voluit, conditus; legatâ utriusque nomine amplâ pecuniæ ſummâ Collegio Chriſti Cantabrig. De *Finchio* conf. ſup. §. 893.

§. 1122. 22. Maji admiſſus in Societatem, *Walter Pope*, de Fawsley in Northamptonſhire, Art. Baccal. Oxoniæ 1649. 6. Jul. Magiſter 1651. 10. Jul. idem 3. Jul Socius Collegii Wadham., Procurator Univerſitatis 1658, M. D. 1661. 12. Sept. 1660. 8. Mart. electus Prof. Aſtron. Greshamenſis Collegii, amotus proinde a Collegio Wadhamenſi 1662. 27. Jun. 1663. per Italiam ad 2. annos peregrinatus: 1687. 21. Sept. Profeſſionem Greshamenſem abdicavit: 1699. a Regia Societate receſſit: idem ab Epiſcopo Ceſtrienſi Wilkins, ſuo fratre uterino, conſtitutus 1668. 16. Mart. Regiſtrator ſuæ Diœceſeos; cæterum Epicureæ Ethnicæque vitæ accuſatus: †. 1714. ſepultus 25. Jun. 28. Aug. admiſſus *Jaſpar Needham*, Art. Mag. Cantabrigiæ promotus, Oxoniæ 1655. 11. Jul. incorporatus, poſtea M. D. Collegii Med. Londin. Socius, excellens ibidem practicus, †. 1679. 31. Oct. natus a. 57. 13. Nov. admiſſus Dr. (*Thom.*) *Willis*: 4. Dec. *Franciscus Willughby*, Esq.

§. 1123. A. 1661. (1662.) 26. Feb. allecti, *Johannes Graunt*, Esq. *Henricus Power*, Med. D.

D. *Graunt*, Londinenſis, natus 1620. 24. Apr. pannifex, inſtitor tabernarius, Capitaneus militiæ urbanæ, deinde vigiliarum præfectus Major', aliisque civilibus muneribus functus, quæ munera tamen abdicavit, ex quo Rom. Catholicam fidem amplexus eſt, antehac Puritanus, & Socinianus; †. 1674. 18. Apr. celebris ob vulgatas Anglice ſuas Obſervationes ſuper Schedulas Emortuales Londinenſes. A. 1662. 7. Maji admiſſus, *Henricus de Vic*, Eques, ex inſula Guernſey, Regis Caroli I. Reſidens Bruxellis per 20. propemodum annos, deinde Cancellarius Ord. Periſcelidis, M. D. Oxoniæ creatus 1663. 26. Mart. †. 1672. (Woodius putat rectius 1671,) 20. Nov.

§ 1124. A. 1662. 15. Jul. datum Diploma Regium quo Societas conſtituitur, ejusque Membra declarantur Præſes primus *William* Dominus *Brouncker:* ad Concilium, &c. *Rob. Moray*, *Rob. Boyle*, *Ken. Digby*, *Timoth. Clarke*, *Georg Ent*, *Jonath. Goddard*, *Joh. Evelyn*; præter cæteros non medicos; confirmatis omnibus usque in proxime ſecuturum diem S. Andreæ, anniverſarium electionis Concilii.

§. 1125. 17. Sept. electus ſocius *Iſaac Barrow*, præclarus Mathematicus ac Theologus, qui primum per aliquot annos Medicinali diſciplinæ operam cum laude dederat: admiſſus 29. Oct. 1. Oct. admiſſus ut ſocietatis membrum *Franc. Willughby*, Eſq. clarus ob ſuam Ornithologiam atque Ichthyologiam, †. 1672. 3. Jul. æt. a. 37. 8. Oct.

electus *Chriſtophorus Terne*, M. D. admiſſus 22. Oct. 15. Oct. *Wilhelmus Hoare*, M. D. in ſocium allectus. 12. Nov. Curator Experimentorum introductus *Robertus Hooke*, de Freſhwater in inſula Wight, natus 1635. 18. Jul. Oxoniæ Thomæ Williſii collaborator in Chemicis operationibus, deinde Rob. Boylii in ſimilibus, nec non Mechanicis, cui etiam Euclidem & Carteſii philoſophiam explicuit: 1663. Mag. Art. Oxoniæ mandato Cancellarii factus: 1664. Lector Cutlerianus: eod. a. 20. Mart. ſimul Prof. Geometriæ in Greshamenſi Coll. 1677. poſt Auguſtum cum reliquis officiis una Secretarii munere functus in Societate Reg. usque ad a. 1682. 30. Nov. 1691. menſe Dec. M. D. ex mandato Archiepiſcopi Tillotſoni: †. 1702. 3. Mart. celeberrimus ob Mathematica, Phyſica, Mechanica, Aſtronomica, ſimiliaque permulta Inventa ac ſcripta Anglica, in quibus eminet Micrographia: ad Societatis vero geſta propius pertinent ejus Philoſophicæ Collectiones experimentorum & obſervationum, ſeptem numero.

§. 1126. 19. Nov. in ſocietatem allectus *Georgius Smith*, M. D. Patavii creatus (1657.) 1658. menſe Mart. Oxoniæ incorporatus 1661. 21. Maji, poſthac quoque Collegii Med. Lond. ſocius. A. 1662. (1663.) electus *Franciſcus Potter*, Baccal. Theol., Rector Kilmantoni. A. 1663. 15. Apr. electus *Thomas Sprat*, ex provincia Devonia, natus 1634, Art. Baccal. Oxoniæ 1654. (1655.) 29. Jan. Mag. 1657. 11. Jun. Theol. Baccal. & D. 1669. 3. Jul. cæt. denique Epiſcopus Rocheſtrienſis, †. 1713.

1713. 20. Maji: hic commemorandus ob editam primam Hiſtoriam Societatis, Anglice.

§. 1127. 22. Apr. 1663. datum alterum Diploma Regium, quo iidem, qui in priore, Præſes, Concilium, & Sodales, nec non Theſaurarius, & Secretarii, denuó usque ad ſecuturum feſtum S. Andreæ conſtituuntur. 20. Maji allecti in ſocietatem, *David Bruce*, M. D. & *Petrus Balle*, M. D. *Bruce*, Scotus, Andreopoli factus Mag. Art. cæt. poſtea Med. ſtudiis addictus Monſpelii & Pariſiis, tum aliquandiu commoratus Lugduni, 1657. Valentiæ Delphinatus M. D., Oxoniæ incorporatus 1660. 27. Mart., mox medicus Ducis Eboracenſis ejusque Conjugis, ſed aliquot poſt annis aulicorum ſervitiorum pertæſus, plures peregrinationes obiit, & tandem in natali regno conſedit, circa 1690. Edinburgi in praxi clarus.

§. 1128. Eod. 20. Maji 1663. a Concilio Socii publicati & in album relati numero 114, inter quos *Elias Ashmole*, Esq. *Rob. Boyle*, Esq. *Thom. Baynes*, M. D. *Petrus Balle*, M. D. *Georg. Bate*, M. D. *Walter Charleton*, M. D. *Timoth. Clarke*, M. D. *Thom. Cox*, M. D. *Wilh. Croune*, M. D. *Ken. Digby*, Eques. *Ge. Ent*, M. D. *Ioh. Evelyn*, Esq. *Joh. Finch*, Eques. *Franc. Gliſſon*, M. D. *Jonath. Goddard*, M. D. *Joh. Graunt*, Esq. *Wilh. Hoare*, M. D. *Nathanael Henshaw*, M. D. *Rob. Hooke*, A. M. *Chriſtoph. Merret*, M. D. *Jaſper Needham*, M. D. *Walter Pope*, M. D. *Wilh. Quatremain*, M. D. *Carol. Scarburg*, M.

M. D. *Ge. Smith*. M. D. *Chriſtoph. Terne*, M. D. *Dan. Whiſtler*, M. D. *Franc. Willughby*, Esq. *Thom. Wren*, M. D.

§. 1129. 3. Jun. a Concilio electus denuo in ſocietatem Dr. *Bate*. Mag. *Hooke* a Concilio electus ſocius, & ab omnibus expenſis exemtus. 22. Jun. a Concilio electus *Samuel Sorbiere*, Gallus, de St. Ambroiſe in Diœceſi d'Uzes, natus 1615, (ſec. alios 1610,) 17. Feb. 1639. Lutetiam Pariſiorum ad Medicinam diſcendam profectus, 1642. in Bataviam, ubi Hagæ C. uxorem duxit, & Leidæ aliquandiu praxin exercuit, 1650. Aurantiæ in Collegio Med. Primarius, 1653. ad Rom. Catholicam fidem transgreſſus, pluresque opimas penſiones conſecutus in Gallia & Romæ, quo profectus erat, iterumque 1667, in Angliam quoque hoc a. 1663, ſed quum in evulgata de hoc ſuo itinere Anglicano Relatione de Eduardo Hyde, Com. de Clarendon, ſummo Angliæ Cancellario, & de cauſa Ulefeldii Danica ea ſcripſiſſet, quæ Regibus diſplicebant, Nannetum relegatus: idem 1660. Regis Gall. Hiſtoriographus; †. 1670. 9. Apr. editis pluribus ſcriptis, fere tantum Gallicis, varii argumenti, nonnullis etiam medicinalibus, cæterum Gaſſendi Philoſophiam ſecutus: poſt obitum quoque ejus quædam edita ſunt, ut a filio *Henrieo* Inſtructio Gallica pro Medico juniore, cæt. idem in nonnullorum librorum titulis appellari voluit *Guthbertus Higlandus*, & *Sebaſtianus Alethophilus*.

§. 1130. 1. Jul. electus *Henr. Power*, M. D. 8. Jul. electus in ſocietatem *Alexander Frazier*, M. D.

M. D. 16. Jul. Abbas *de Beaufort Vabres*, extraneus, mox peregre abiturus: (an ille inter Batavos dictus?) 19. Aug. electus *Radulphus Bathurſt*, M. D. 4. Nov. electus *Thomas Coxe*, v. §. 836. admiſſus 11. Nov. una cum *Franc. Potter.* 18. Nov. Dr. *Willis* etiam electus, quum eo tempore, quo Concilium vi poteſtatis in renovato Diplomate ſibi conceſſæ receperat atque admiſerat in ſocietatem ejusmodi viros, qui antea ſecundum prius Diploma electi fuerant, præteritus per oblivionem eſſet. 14. Dec. electus *Joſeph Glanvill*, M. A. & Theologus, cujus inter alia prodiere Anglice, Scepſis Scientifica, Plus ultra ſ. de incrementis ſcientiarum: Philoſophia Pia ſ. de piis propoſitis Regalis Societatis: Sadducismus triumphatus. 1664. (1665.) 22. Mart. Dr. *Daniel Cox*, ſ. *Coxe*, Esq.

§. 1131. A. 1665. 10. Maji electus *Theodorus de Vaux*, Eques, (Medicus.) 24. Maji, *Malachias Thruſton*, M. D. & Cantabrigienſis Anatomicus, cujus extat diatribe de uſu Reſpirationis primario, & ſcripta quædam adverſus Ge. Entium, qui iſtam diatriben oppugnaverat. A. 1666. 18. Jul. electus ſocius *Edmundus King*, poſthac M. D. & Eques. A. 1667. 20. Jun. electus *Walter Needham*, M. D. Collegii Med. Londin. Socius Honorarius, Medicus Hoſpitalis Suttonii prope Londinum, excellens practicus, †. 1691. 16. Apr. cujus præclara eſt disquiſitio anatomica de formato Fœtu.

§. 1132. 17. Oct. electus *Rich. Lower*, de Tremere in Cornubia, natus circa a. 1631, 1652.

 17. Feb.

17. Feb. Oxoniæ Baccal. 1655. 28. Jun. Mag. deinde Tho. Williſii diſcipulus, adjutor, & comes in Medicinali diſciplina & praxi, M. Bacc. & D. 1665. 28. Jun. cum Williſio Londinum digreſſus 1666, ibique celeberrimam praxeos famam conſecutus, præſertim a morte Williſii, quam tamen in Aula circa 1678. ob Whiggismum aliqua ex parte perdidit: idem Coll. Med. Lond. ſocius: †. 1691. (1690.) 17. Jan. autor Curationis Avenaceæ, qui etiam inventor Transfuſionis Sanguinis haberi voluit: cujus eſt eximius liber de Corde, cum adjunctis: it. epiſtola Anglica de ſtatu Medicinæ in eo regno 1665. 24. Oct. electus *Henr. Clarke*, M. D. (an idem cum *Henr. Clerk*, poſthac dicendo ad a. 1652?) 7. Nov. electi, *Joh. Wray*, M. A. *Wilh. Aglionby*, M. D. Wray poſtea omiſſo W, nomen ſuum ſcripſit *Ray*, *Rajus*, fuitque de Black-Notley in Eſſexia, Cantabrigiæ ſtudiis imbutus & Magiſtri gradum adeptus, deinde, ex Eccleſiaſte Non-Conformiſta, Phyſicarum rerum, inprimisque Botanicæ cultor egregius, eapropter multis itineribus per tria M. Britanniæ regna, poſteaque in comitatu Franc. Willughbyi per Belgium, Germaniam, Italiam, Galliamque ab a. 1658-1673. perfunctus, tum in Comitatu Warwicenſi, denique in oppido natali privatam vitam agens, †. 1705. æt. a. 77. editis pluribus laudatiſſimis libris, qui ſunt, Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium, catalogus Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium, Faſciculus Stirpium Britannicarum, Synopſis methodica Stirpium Britannicarum, Catalogus Stirpium in Exteris regionibus obſervatarum,

Stir-

Stirpium Europæarum extra Britanniam naſcentium Sylloge, Methodus Plantarum, eadem Emendata & aucta, Epiſtola ad A. Q. Rivinum de Methodo plantarum, Diſſertatio de variis plantarum Methodis, Hiſtoria Plantarum 3. tomis, ſynopſis methodica Animalium quadrupedum & ſerpentini generis, ſynopſis methodica Avium & Piſcium, opus poſthumum: Methodus Inſectorum, Hiſtoria Inſectorum, opus poſthumum; cæt. Anglicanâ lingua prodierunt, ejus Itinerarium extra Britanniam, diverſi tractatus Phyſico-Theologici, aliaque.

§. 1133. 21. Nov. electus *Nicol. Oudart.* 5. Dec. *Jac du Moulin*, M. D. Hiſtoriæ Societatis a Sprato compoſitæ interpres Gallicus. 12. Dec. *Joh. Downs*, Downes, M. D. Leidenſis Facult., Oxoniæ incorporatus 1661. 7. Dec. idem quoque Coll. Med. Lond. Sodalis. A. 1667. (1668.) 2. Jan. electus *Edwardus Brown*, Browne, Thomæ celeb. Medici filius, Med. Baccal. Cantabrigiæ creatus, Oxoniæ incorporatus 1666. 19. Jun. M. D. Oxon. 1667. 4. Jul. deinde, ab a. 1668-1673. itinera proſecutus, cum obſervationibus rerum Naturalium ac Medicarum, quorum quoque geminam edidit Anglice relationem, alteram de itineribus in Hungaria, Servia, Bulgaria, Macedonia, Theſſalia, Auſtria, Styria, Carinthia, Carniola, & Foro Julii factis: alteram de itineribus per magnam partem Germaniæ factis: præter hæc nonnullas ex Plutarchi Vitis Imperatorum in linguam patriam transtulit, cæt. 6. Feb. *Thom. Allen*, M. D.

§. 1134.

§. 1134. A. 1668. 7. Maji electus *Benj. Woodroffe* ſ. Woodrooffe, M. A. deinde Eccleſiaſticis muneribus ac beneficiis ornatus, & Theol. D.: filius *Timothei*, Eccleſiaſtæ, ſed & in Medicinali ſcientia & praxi, eâ quidem gratuita, multum verſati, nati 1594, †. 1677. menſe Aug. cujus alius filius *Timotheus*, M. D. Sanct-Albani in Hertfordſhire artem circa hæc tempora exercens. 26. Nov. *Joh. Locke*, natus in vico Pensford in Comitatu Somerſetenſi a. 1632: 1655. 14. Feb. Oxoniæ Baccal. Art., 1658. 29. Jun. Mag. poſthæc Med. Studioſus, curſum chemicum perſecutus, & aliquantum in Praxi exercitatus, 1674. 6. Feb. Med. Baccal. 1672. Secretarius Antonii Comitis de Shaftsbury, antea quoque & poſtea aliis ſimilibus muneribus functus, & in Germania, Gallia, Bataviaque per plures annos peregrinatus, †. 1704. 28. Oct. pluribus ſcriptis Philoſophicis, Theologicisque, inprimis opere de Intellectu humano, de Educatione liberorum, cæt. longe celeberrimus.

§. 1135. A. 1668. (1669.) 4. Feb. electus *Georg. Caſtle*, Johannis fil. natus circa 1635, Londini ut videtur: 1654. 18. Oct. Art. Bacc. Oxoniæ, 1665. 21. Jun. M. D. idem circa hæc tempora Coll. Med. Lond. Candidatus, & Medicus Hoſpitalis Suttonii, †. 1673. 12. Oct. edito Anglice Galeniſta chemico, in quo praxis veterum conciliatur cum novis in theoria medica repertis; adjectis Animadverſionibus in librum dictum Medela medicinæ. 4. Mart. electus in membrum Honorarium *Marcellus Malpighius*. Conductus a Societate pere-

peregrinator Botanicus, *Thomas Williſel*, in unum annum, computando a 25. Mart. A. 1669. 18. Nov. electus *Urbanus Hierne*, M. D. V. inter Suecos; (hic tamen deinde dicitur electus 2. Dec.)

§. 1136. A. 1671. 2. Nov. *Martinus Liſter*, Esq. ex Eboracenſi provincia, Cantabrigiæ ſtudiis operatus, inque his Medicinæ, deinde artis exercitationi deditus Eboraci, poſtea circa 1683. Londini, M. D. renunciatus Oxon. 1683. 5. Mart. idem factus Coll. Med. Lond. membrum, 1698. Comitem de Portland in Galliam comitatus, poſt reditum Annæ Reginæ Archiater; cujus ſunt multi præſtantes libri, nominatim, hiſtoriæ Animalium Angliæ tres tractatus, adjecto quarto de Lapidibus ad cochlearum quandam imaginem figuratis: Appendix ad hiſt. Anim. A. Joh. Gœdartius de Inſectis in methodum redactus, cum Notulis: de Fontibus Medicatis Angliæ: hiſtoria Conchyliorum: exercitatio de Cochleis, maxime terreſtribus, & Limacibus: altera de conchyliis Bivalvibus: diſſertatio de Humoribus: exercitationes de quibusdam Morbis Chronicis: Apicius Cœlius cum Notis; Sanctorii medicina Statica cum Commentariis: Iter Pariſinum, Anglice; cæt. 16. Nov. *Nehemiah Grew*, M. D. Secretarius Societatis 1677. 30. Nov. Præfectus Muſei Regalis Soc. 1682. 13. Dec. idem Coll. Med. Lond. Socius, praxi pariter clarus ac ſcriptis, quæ ſunt, Anglicana quidem, Cosmologia Sacra, Muſeum Regalis Societatis, adjectâ Anatome comparativa Ventriculorum & Inteſtinorum: anatome Plantarum; cæt. Latinum, de Salis cathartici amari Ebshamenſis ſimiliumque natura & uſu.

§. 1137.

§. 1137. A. 1671. (1672.) 11. Jan. *Iſaac Newton*, longe poſthac famigeratiſſimus Mathematicus ac Philoſophus, cujus Phyſico-Mathematica inventa Medicinalem quoque doctrinam illuſtrarunt: natus 1642. 25. Dec. Woolſtropii in Comitatu Lincolnienſi, 1664. Cantabrigiæ A. Baccal., 1668. Mag. 1669. Prof. Matheſ. 1696. rei Monetariæ Inſpector, 1699. ſummus rei Monet. Magiſter, eod. a. Pariſinæ Scientiarum Acad. Sodalis, 1703. Societatis Reg. Lond. Præſes, 1705. Eques Auratus, †. 1726. 20. Mart. cælebs. A. 1673. 9. Apr. *Godof. Guil. Leibnitz.* 11. Dec. *Joh. le Gaſſick*, M. D. 1673. (1674.) 12. Feb. Dr. *Gaspar* (Jasper) *Needham* ſcripto petiit, ut poſthac ſolutus eſſet obligatione erga Societatem.

§. 1138. A. 1675. (1676.) 10. Feb. electus *Joh. Mapletoft*, de Margaret Inge, vulgo Margeting, in Eſſexia, natus 1631. 15. Jun. A. Baccal. Cantabrigiæ 1651, 1654. 11. Jul. Oxoniæ incorporatus, 1655. A. Mag. Cantabrigiæ, ab a. 1660. Medicinalium ſtudiorum cauſâ peregrinatus in Gallia & Italia, 1663. in patriam reverſus, 1667. M. D. Cantabrigiæ factus, 1669. 13. Jul. Oxoniæ incorporatus, 1670. Eſſexium Legatum in Daniam comitatus, 1672. viduam Northumberlandiam, 1675. 27. Mart. electus Medic. Profeſſor in Coll. Greshamenſi, 1676. Legatum Montague & dominam Northumberlandiam in Galliam comitatus, 1679. 10. Oct. Profeſſione abdicata, 18. Nov. matrimonio inito, ad Theologica ſtudia transgreſſus, deſerta praxi medica: 1682. 3. Mart. ſacris Ordinibus

nibus tam Diaconi quam Presbyteri initiatus, 1684. 4. Jan. Lector Ipswici, 1685. 10. Jan. Vicarius Eccleſiæ S. Laurentii Jewry Londini, cæt. 1689. Cantabrigiæ Theol. D. idem unus ex primis incorporatis membris Societatis de Propaganda Fide 1701. 16. Jun. aliarumque Sodalitatum ſimilium: 1707. Præſes Collegii Sionii: †. 1721. 10. Nov. cui debetur, (præter Theologica,) Latina verſio Sydenhamii Obſervationum circa morborum acutorum hiſtoriam & curationem, rogatu autoris facta, circa 1676; (reliqua Sydenhamii Latine reddidit *Gilbertus Havers*, Mapletofti amicus, tum Med ſtudioſus Cantabrigiæ.) 1676. 30. Nov. *Joh. King*, Med. Baccal. Cantabrigiæ 1670. 26. Nov. ex mandato: 1676. 2. Oct. Prof. Rhet. in Gresham. Coll. usque ad 1686. 20. Aug. quo abdicavit. 1676. (1677.) 8. Feb. *Chriſtian. Adolphus Balduinus*, v. inter Germanos. 1677. Menſe Sept. †. *Henr. Oldenburg*, Secretarius, (qui ſe aliquando ſcripſit transpoſitis literis *Grubendol*,) Bremenſis, Nobilis Saxo dictus in Albo Univerſitatis Oxon. ubi inſcriptus 1656. menſe Jun. antehac ſub diuturno Parlamento & Protectore Cromwello reip. Bremenſis Agens ſ. Orator in Anglia: ab a. 1657. menſe Apr. cum *Rich. Jones* filio Vicecomitis Ranalagh peregrinatus in Gallia & Batavia, ut comes: 1661. circa Auguſtum reverſus in Angliam: 1667. menſe Aug. in Turri Londinenſi carcere incluſus ad aliquod tempus; editor Philoſophicarum Transactionum usque ad mortem, cæt.

§. 1139. 30. Nov. admiſſus ſocius *Robertus Plott*, Plot, natus Bordeni prope Sittingborn

in

in Cantio, Art. Bacc. Oxoniæ 1661. 15. Oct. Mag. 1664. 14. Jun. 1671. 8. Jun. Jur. Bacc. & D. 1682. die S. Andreæ (30. Nov.) Secretarius Societatis, 1683. primus Cuſtos Muſei Aſhmoliani, & circa idem tempus primus ibidem Prof. Chemiæ, 1687. ineunte Oct. Regiſtrator Iudicii Equeſtris (Marſhal-Court,) †. 1690. 30. Apr. cujus laudandi libri, Anglici quidem, Hiſtoria Naturalis Oxonienſis provinciæ, Hiſt. ſimilis Staffordienſis prov. cæt. Latinus vero, tentamen philoſophicum de origine Fontium. A. 1677. (1678.) 17. Jan. electus Dr. *Theodor. Kerckring.* 31. Jan. *Edm. Dickenſon* ſ. Dickinſon. 1678. 30. Nov. Dr. (*Joh.*) *Mayow*, Londinenſis, natus circa 1645, ob locum inter Legum ſtudioſos ſibi tributum, Jur. Bacc. Oxon. 1665. 30. Maji, Jur. D. 1670. 5. Jul. cæterum Medicinalibus ſtudiis deditus, cujus artis quoque praxin exercuit, præſertim per æſtatem Bathoniæ, †. Londini 1679. menſe Sept. ſcriptis etiam celeber, quæ ſunt, de Reſpiratione, de Rhachitide, de ſale Nitro & Spiritu Nitro-Aëreo, de Reſpiratione Fœtus in Utero & ovo, de Motu Musculari & Spiritibus Animalibus.

§. 1140. A. 1679. 22. Maji introductus ad oſtendendum ſuum Digeſtionis inventum *Dionyſius Papin*, Nobilis, M. D. poſthac in Societatem adſcitus, quo titulo occurrit 1680. 8. Dec. 1. Dec. electi, *Edw. Tyſon*, Nobilis de Clevedon in Somerſetſhire, natus circa 1651. A. Bacc. Oxon. 1670. 8. Feb. Mag. 1673. 4. Nov. M. D. Cantabrigiæ circa 1680, Collegii Med. Lond. ſocius 1683, idem Medi-

Medicus Ord. Noſocomiorum Bethlehem & Bridewell prope Londinum; cujus ſunt egregii libri Anglici, Anatome Phocænæ ſ. Porci Marini, anatome ſimiæ Orang Outang, cæt. *Henr. Paman*, Nobilis, de Chevington, in Suffolcienſi Comitatu, natus circa a. 1625, A. Bacc. Cantabrigiæ 1646, 1650. Mag. 1655. 11. Jul. Oxoniæ incorporatus, 1656. Procurator ſenior Univerſitatis Cantabrig., 1658. M. D., incorporatus Oxon. 1669. 13. Jul., 1674. publicus univ. Cantabrigienſis Orator, 1677. apud Sancroftum Archiep. Cantuar. degens, 1679. 21. Jun. electus Med. Prof. in Greshamenſi Coll. 1681. 9. Jul. munus Oratoris Acad. Cantabrig. reſignavit, 1683. Collegii Med Lond. Candidatus, 1684. Legum D. Cantabrigiæ factus, & ab Archiepiſcopo Sancrofto conſtitutus Magiſter Facultatum, cum aliqua indignatione Doctorum Communium: 1687. menſe Apr. Collegii Med. Lond. ſocius, (honorarius ſecundum Woodium:) 1689. 21. Jun. Profeſſione Gresh. ſe abdicavit, eodem a. vergente, quum Sancroftus munere ſuo privatus eſſet, officium Magiſtri Facultatum reliquit, †. 1695. ineunte Jun., ſepultus 8; vir elegantioribus quoque literis probe tinctus.

§. 1141. A. 1679. (1680.) 29. Jan. electus Dr. *Chriſtianus Heuſch*, Archiater Electoris Palatini, admiſſus 5. Feb. & *Antonius Leeuwenhœck*. A. 1680. 1. Apr. *And. Clench*, M. D., Coll. Med. Lond. ſocius, interemtus in rheda conducta 1691. (1692.) 4. Jan. 29. Apr. *Jac. Pighius*, Archiater Cæſareus, & Prof. Anat. Patav. 16. Dec. *Fri-*

dericus Slare, M. D. poſthac ſæculo ſequente in Germania peregrinatus.

§. 1142. A. 1681. 13. Apr. *Rob. Wood*, de Pepper-harrow prope Godalming in Surrey, 1646. 18. Mart. Oxon. A. Bacc. 1649. 14. Jul. Mag. poſt Regem reſtitutum in Hiberniam profectus, ibique creatus M. D. cæt. idem Legum D. & Magiſter Scholæ Mathematicæ in Hoſpitali Chriſti Londinenſi, 1682. 26. Jun. in conventu Societatis Vice-Præſes: †. Dublini 1685. 9. Apr. natus circiter 63. annos. *Hugh Chamberlayne*, M. D. 27. Apr. *Joh. Philippus Jordis*, (quod nomen perperam ſcriptum videtur,) M. D. Francofurtanus. 23. Nov. *Rich. Robinſon*, M. D. A. 1682. 12. Jul. *Walter Mills*, M. D. Leidenſis Facult., Oxoniæ incorporatus 1653. 13. Jun. poſthac Coll. Med. Lond. ſodalis. 20. Dec. *Rob. Pit*, Pitt, de Blandford Forum in Dorſetſhire, natus circa 1653, in Artibus promotus Oxoniæ 1675, M. D. 1681. 16. Feb. idem Prof. Anat. Oxon. dicitur Birchio, ſed apud Woodium & in Indice Profeſſorum non occurrit: cæterum Coll. Med. Lond. ſocius, & in eo 1684. Deputatus Prof. Anat.

§. 1143. A. 1683. 2. Maji *Wilh. Gould*, de Farnham in Surrey, natus circa 1654, M. A. Oxonii 1677. 29. Jan. Med. Bacc. 1682. 24. Maji, M. D. 1687. 2. Jul. praxi deditus Londini, Bathoniæ, &c. Menſe Jul. *Allen Moulin*, Hibernus, M. D. qui ſcripſit anatomen Elephanti. 25. Jul. *Carolus Willoughby*, Collegii Merton. in Oxon. Socius,

cius, M. D. Patavinæ Facult., incorporatus Oxon. 1664. 31. Mart. (1684.) 19. Mart. *Wilh. Muſgrave*, ex Sommerſetenſi provincia, natus circa 1657, Oxonii 1682. Baccalaureus Juris Civilis, poſthac Med. ſtudioſus, Societatis Secretarius 1684. 1. Dec. Med. Bacc. Oxon. 1685. 8. Dec. M. D. 1689. 6. Jul. 1691. Exoniam digreſſus ad artem exercendam in locum D. *Bidpord* defuncti: cujus eſt præclarus liber de Arthritide Anomala, præter Antiquaria.

§. 1144. A. 1684. 12. Nov. *Nicol. Fremont d'Ablançourt*, non quidem Medicus, ſed qui tamen etiam de Sanitate dialogum Gallicum ſcripſit. 19. Nov. *Tancredus Robinſon*, M. D. 1685. 30. Nov. Secretarius, ſed 9. Dec. eo munere ſe abdicavit. (1685.) 21. Jan. *Hans Sloane*, ex familia Scotica, quæ ſub Jacobo I. in Hibernia conſedit, natus 1660. 16. Apr., Cantabrigiæ Chemicis laboribus addictus duce *Staphorſtio* Hamburgenſi, Londini vero Medicinæ, Anatomiæ, & maxime in Horto Chelſeano Botanicæ: 1683. profectus in Galliam, ibidem Aurantiæ M. D. factus, incorporatus Oxonii 1701: redux duce Sydenhamo praxin auſpicatus: 1687. in Americanas Inſulas profectus ut Ducis Albemarlii Gubernatoris medicus, poſt 1½. annos Londinum reverſus: a. 1693. per 23. annos Societatis Regiæ Secretarius, 1712. Vice-Præſes, 1726. Præſes usque 1741: a. 1695. medicus Ord. Hoſpitalis Chriſti per 36. annos, 1705. ſodalis Collegii Med. Edinburgenſis, 1708. Acad. Scient. Pariſinæ, 1719. Præſes Collegii Med. Lond. us-

que 1735: 1716. Baronetus, & Medicus Generalis Exercituum usque 1727, quo factus Archiater Regis: idem quoque fuit Societatis Regiæ Berolinenſis & Petropolitanæ membrum, & 1752. 10. Maji Gottingenſis: idem multorum Noſodochiorum præpoſitus, cæt. †. 1753. 11. Jan. laudatiſſimus ob liberalitatem in pauperes, & publica commoda, revelata quædam arcana medicamenta, cæt. denique libros, qui ſunt, Catalogus Plantarum Jamaicenſium aliarumque Inſularum Americæ: Itinerarium in Maderam, Barbados, Nieves, S. Chriſtopher, & Jamaïcam, Anglice, 2. Partibus in fol. 1707. & 1725: Remedii arcani pro Doloribus Oculorum expoſitio, eâdem lingua.

§. 1145. A. 1685. 13. Maji *Carolus Leigh*, de Grange in Lancaſtrienſi Ducatu, Oxonii 1683. 24. Maji Baccal. Art. poſthac Cantabrigiæ Art. Mag. & M. D. deinde Londini vivens; cujus laudanda Phthiſiologia Lancaſtrienſis, & Anglice conſcripta Hiſtoria provinciæ Lancaſtriæ. 1686. 17. Nov. *Clopton Havers*, M. D. clarus ex edita Anglice Oſteologia nova. (1687.) 9. Mart. *Jacobus Sylvius*, M. D. Dublinenſis Societatis Scient. membrum. 1687. 14. Dec. *Joh. Weichardus Valvaſor*, Liber Baro Carnus, pluribus ſcriptis, etiam Phyſico-Mathematica tractantibus, clariſſimus, in quibus eminent Topographia Carniolæ, & altera Carinthiæ, ſermone Germanico; †. 1693. natus a. 54.

§. 1146. Varii; poſt a. 1650: *Antonius Nourſe*, M. Bacc. & D. Oxon. 1651. 14. Jun. *Thomas*

mas Arris, ibidem eod. a. 10. Aug. Bacc. & D. 1661. membrum Parlamenti nomine St. Albani in Hertfortſhire. *Alan Pennington*, M. Bacc. & D. Oxon. 1651. 13. Dec. *Richardus Gibbon*, M. D. Patavii creatus 1645, Oxonii incorporatus 1651. (1652.) 21. Jan. *Samuel Argall*, ex provincia Eſſexia, M. D. Patavii 1648, incorporatus Oxonii 1651. 11. Mart.

§. 1147. *Arthur Dacres* aut *Dacre*, Art. Bacc. Cantabrigiæ 1645, Mag. 1649, 1654. M. D. eodem a. Collegii Med. Lond. Candidatus, 1664. 20. Maji Profeſſor Geomet. Greshamenſis, quod munus reſignavit 1665. 20. Mart. eodem a. 26. Jun. Collegii Med. Lond. Socius, †. 1678. medio circiter Sept. *Wilhelmus Johnſon*, celebris ob ſuum Lexicon Chemicum. Dr. *Moſelaer*, Germanus, Londini degens. *Jacobus Hart. Moſanus.* *Noah Biggs*, qui ſcripſit Anglice Vanitatem artis Medicinæ. *Johannes Pordage*, celebris Myſticus & verbi Divini Præco, ab officio remotus, medicinam quoque exercuit.

§. 1148. *Nellanus Glacanus*, Tirconellâ-Hibernus, cujus prodiit Curſus medicus 3. tomis. *Irvinus Slatolmus.* *Richardus Short.* *Radulphus Auſten*, excellens rei Hortenſis Arborumque fructiferarum cultor, quam artem per 50. annos Oxonii & in vicinia agitavit, †. 1676, ſepultus 26. Oct. editis aliquot egregiis ejus argumenti libris. *Samuel Hartlieb*, Esq. amicus Auſteni. *Thomas Winſton.* *Honoratus Bicaiſſe*, qui Manuale Medicorum concinnavit ex Hippocratis libris Semioticis. *Johannes Heydon*, Cabbalæ ſectator & Aſtrologus,

Eliæ Ashmole adverſarius, a quo Anglice edita Harmonia mundi, Axiomata infallibilia Roſæcruciana, Idea Legis, cæt. vocatus etiam a ſemetipſo *Eugenius Theodidactus. Radulph. William. Wilhelmus Ramſay.*

§. 1149. *Wilhelmus Cole*, de Adderbury in Oxfordſhire, Oxonii aliquando publicus Notarius, & 1650. 18. Feb. Baccal. Art. tum Londinum digreſſus, aliquot annis Putneyi prope Londinum ad rem Herbariam tanto ſtudio incubuit, ut celeberrimus in ea ſui temporis fieret: 1660. Secretarius Doctoris Duppa Epiſcopi Wincheſtrienſis; †. 1662. natus circiter a. 36. a quo edita Anglice, ars colligendi Herbas; Perſpicillum Microcosmologicum, in quo homo Theologice, Philoſophice, & Anatomice deſcribitur, & cum univerſo comparatur: Adam in Eden, ſ. hiſtoria Plantarum, herbarum, florum, cæt. Perperam hic confundi ſolet cum alio Wilh. Cole, M. D. poſthac dicendo. *Hugh Plat*, Eques, eruditus & magnus rerum Naturalium obſervator, cujus extat Anglice Hortus Eden, ſ. exacta deſcriptio omnium florum, cæt. *Henricus Clerk*, M. Bacc. & D. Oxon. 1652. 27. Maji, poſtea Collegii Med. Lond. Socius, & Præſes Collegii Magdal. Oxon. in locum Doctoris Pierce, Oxon. Vice-Cancell. 1676. †. in Domo privigni, Gawthorp-Hall, in provincia Lancaſtrienſi, 1686. 24. Mart. *Samuel Collins*, (alius ab illo §. 847, & pariter ab illo, ut videtur, qui 1659. 24. Jun. incorporatus eſt) M. D. Patavii 1651. menſe Aug. incorporatus Oxon. 1652. 8. Apr. *Georgius Mede*, ſimul cum præcedente Patavii & Oxon. M. D. *Henricus Saltonſtal*, Equi-

Equitis filius, M. D. Patavii 1649. menſe Oct., Oxonii incorporatus 1652. 24. Jun. *Thomas Croydon*, M. D. Patavii 1648. 30. Oct. incorporatus Oxon. 1652. 6. Dec. *Gabriel de Beauvoir*, ex inſula Guernſey, Caroli de Beauvoir filius, M. D. Patav. 1648. exeunte Oct. incorporatus Oxon. 1652. (1653.) 27. Jan.

§. 1150. *Jonathan Maud*, poſt Med. ſtudia per 17. annos agitata, M. D. Oxon. 1652. 17. Jun. *Thomas Waldron*, M. D. Oxon. 1653. 4. Jul. poſthac Collegii Med. Lond. ſocius & Regis Caroli II. medicus Ordinarius. *Wilhelmus Page*, ibid. M. D. 6. Jul. *Wilhelmus Coniers* & *Wilhelmus Cummyns*, eodem die M. DD. *Martinus Luellyn*, M. D. Oxon. 1653. 15. Jul. *Robertus Fielding*, M. D. ibid. 14. Dec. poſtea Socius honorarius Collegii Med. Lond. *Thomas Wolfius*, M. D. Patavinæ Facult. incorporatus Oxon. 1653. 14. Maji, poſthac Collegii Med. Lond. ſodalis. *Johannes Clerk*, ejusdem Facult. M. D., incorporatus Oxon. eodem die. *Thomas Pepys*, etiam M. D. Patavinus, Oxon. incorporatus 21. Maji. *Walter Mills*, M. D. Leidæ creatus, Oxonii hoc a. 13. Jun. adoptatus, deinde Collegii Med. Lond. ſocius. *Wilhelmus Whitaker*, M. D. Franekeræ creatus, Oxonienſibus eodem 13. Jun. adſcriptus, poſtea in Collegium Med. Lond. cooptatus, †. 1670. menſe Dec. extr. vel ineunte Jan. qui ſcripſit Anglice Lignum vitæ ſ. ſanguinem uvæ. *Zurishaddæus Langius*, M. D. Patavii 1649. ineunte Oct. incorporatus Oxon. 1653. (1654.) 9. Feb. poſtea Coll. Med. Lond. Socius.

§. 1151. *Johannes Betts*, de Wincheſter, Art. Baccal. Oxon. 1646. (1647.) 9. Feb. ejectus ex Collegio Corporis Chriſti a Parlamentariis 1648, hinc Med. ſtudioſus, & 1654. 11. Apr. Med. Bacc. & D., deinde Londini clarus in arte, præſertim inter R. Catholicos, cujus ipſe fidei profeſſionis, & Regis Caroli II. medicus Ord. a quo ſcripta, de ortu & natura Sanguinis: Medicinæ cum Philoſophia Naturali conſenſus: anatomia Thomæ Parri, annum 152. & 9. menſes agentis, cum Gul. Harvæi aliorumque adſtantium medicorum Regiorum obſervationibus. *Johannes Windebank*, Franciſci W. Secretarii Status ſub Carolo I. filius, M. A., aliquandiu Socius Novi Collegii Oxon., deinde apud exteros Med. ſtudiis addictus, tum arte per aliquot annos cum multa laude exercita, 1654. 5. Apr. Oxonii M. D., poſthac medicinam Guilfordi in Surreya profeſſus, Socius idem honorarius Collegii Med. Lond. *Richardus Nayler*, Collegii Caji Cantabrig. ſodalis 1639, deinde 9. annis Med. ſtudioſus, 1655. 19. Jul. Oxon. M. Bacc. & D. *Philippus Stephens*, de Deviſes in Wiltſhire, M. A. Univerſitatis Oxon. Procurator 1650. 24. Apr. Principalis Aulæ Hartenſis 1653, M. D. Oxon. 1655. (1656.) 16. Feb. †. Londini poſt reſtitutionem Regis Caroli II. cui cum *Wilhelmo Browne*, (Oxonienſi, 1647. 2. Nov. Art. Bacc. 1665. 8. Jul. Theol. Bacc. †. 1678. 25. Mart. nat. circiter a. 50, cæterum ex optimis Botanicis ſui temporis,) debetur Catalogus Horti Botanici Oxonienſis, editus 1658. *Abel Collier*, M. D. Patavii 1654. menſe Jan. incorporatus Oxon. 1655. 31. Oct. *Lodovicus de*

Lam-

Lambermont, Sedanenſis, M. D. Valentiæ Gall. 1651. 8. Mart. incorporatus Oxon. 1655. 13. Dec. vir juvenis magnæ ſpei & eruditionis. *Georgius Beare*, M. D. Patavii 1652. menſe Oct. incorporatus Oxon. 1655. (1656.) 18. Jan.

§. 1152. *Franciſcus Hungerford*, & *Richardus Lydall*, M. Bacc. & DD. Oxon. 1656. 3. Jul. *Thomas Kinge*, vel *King*, (v. ſup. §. 834.) M. D. 1656. 7. Jul. *Jacobus Windet*, M. D. Leidæ 1655. menſe Jul. Oxon. incorporatus 1656. 27. Mart. deinde Collegii Med. Lond. Socius, idem bonus Poeta Latinus, Linguarum callentiſſimus, in Rabbinicis multum verſatus, ingenioſus Criticus, magisque fere ad Theologicam diſciplinam factus quam ad medicinalem; †. circa 1680. cujus celebre cumprimis opus eſt de vita functorum ſtatu. *Huntingdon Plumtre*, ex Nottinghamiæ comitatu, M. D. Cantabrigiæ creatus, Oxonii 1656. 25. Apr. incorporatus; Poeſi quoque Latina clarus. *Thomas Browne*, (diverſus ab autore Religionis Medici,) M. D. Patavii 1654. menſe Sept. incorporatus Oxon. 1656. 3. Jun. *Johannes Packer*, M. D. Patavinæ Facult., Oxonii receptus 1656. (1757.) 19. Feb. poſthac in Collegium Med. Lond. cooptatus. *Theophilus de Garencieres*, Pariſinus M. D. Cadomi ante 20. annos creatus, nunc 1656. (1657.) 10. Mart. Oxonii incorporatus, poſtquam ab Eccleſia Romana receſſerat: idem fuit Legati Gallici in Anglia medicus domeſticus; †. Londini, incertum quo tempore, in paupertate & obſcuritate, culpâ cujusdam Equitis, qui indigne cum eo egerat: cæterum vir celeberrimus doctiſſimusque:

cujus prodiere, Angliæ flagellum, ſeu Tabes Anglica, 1647: admirandæ virtutes & ſtupendi effectus veræ & genuinæ Tincturæ Coralliorum, Anglice, 1676: verſio Anglicana Prophetiarum Mich. Noſtradami. *Walter James*, (Jacob,) M. D. Patavii 1655. menſe Oct., incorporatus Oxon. 1656. (1657.) 19. Mart. *Petrus Vasſon*, vel *Vashon*, M. Bacc. Oxon. ex commendatione Cancellarii, Oliv. Cromwelli, 1656. 10. Apr. M. D. 1659. 4. Jul. *Oliverius Pocklington*, M. A. Cantabrigiæ creatus, deinde medicinam Nottinghami exercitavit, nunc 25. Apr. Oxonii per ſimiles literas commendatitias ejus artis D. creatus.

§. 1153. *Petrus Fiott*, M. D. Oxon. 1657. 18. Jun. *Edwardus Stubbe*, M. D. ibidem 19. Jun. *Elisha Coysh*, M. D. ib. 30. Jun. poſthac Collegio Med. Lond. aggregatus. *Thomas Margetſon*, ex Eboracenſi Ducatu, 1647. 5. Maji Studioſus in Collegio Trinit. prope Dublinum, 1650. Oxonium digreſſus, adeptus Artium gradus, tum ad medicinam adjecto animo factus Aurantiæ M. D. 1656. medio Mart., incorporatus Oxon. 1657. menſe Jun. *Johannes Browne*, M. D. Cantabrigienſis Fac., Oxon. receptus 1657. 14. Jul. *Edwardus Davenport*, M. Bacc. Oxon. 1657. 9. Jul. ex diſpenſatione: idem vero etiam ad eundem gradum admiſſus occurrit 1661. 15. Jun. & eodem die licentiam praxeos conſecutus. *Robertus Whitehall*, A. Bacc. Oxon. 1647. 2. Nov. Mag. 1652. 18. Nov. M. Bacc. 1657. 5. Sept. virtute literarum Cromwelli, Cancellarii: †. 1685. 8. Jul. editis multis Carminibus, Lat. Anglicaniſque, levioris pretii.

§. 1154.

§. 1154. *Robertus Sprackling*, ex inſula Thanet in Cantio, M. A. Cantabrigienſis, incorporatus Oxonii 1658. 13. Jul. deinde M. D. Andegavenſis, Cantabrigiæ incorporatus, factusque Collegii Med. Lond. membrum: poſtea ad R. Catholicos transgreſſus, artem Preſtoni in Amunderneſs exercuit, ante mortem tamen, quæ circa 1670. Preſtoni accidit, Eccleſiæ Anglicanæ reconciliatus; qui ſcripſit Anglice Medelam Ignorantiæ, ſ. vindicias Hippocratis & Galeni, adverſus March. Nedhami Medelam Medicinæ. *Henricus Yerbury*, ex Collegio Magdal. Oxon. expulſus a Viſitatoribus 1648, 1654. ineunte Apr. Patavii M. D., Rege reducto in locum ſui Collegii reſtitutus, idem Collegii Med. Lond. Candidatus; †. 1686. 25. Mart.

§. 1155. *Nathanael Hodges*, de Kenſington, Oxon. A. Bacc. 1651. 13. Feb. Mag. 1654. 31. Maji, Med. Bacc. & D. 1659. 4. Jun. hinc Londini praxi deditus, & inprimis per peſtem 1665. celebritatem conſecutus, eodem circiter tempore Collegii Med. Socius creatus: ſed †. in cuſtodia publica pauper, circa 1684. cujus prodiere, Vindiciæ Medicinæ & Medicorum, Anglice: & Lœmographia, ſ. Peſtis nuperæ apud populum Londinenſem graſſantis narratio hiſtorica. *Johannes Smith*, M. Bacc. & D. Oxon. 1659. 9. Jul. *Henricus Brunſell*, M. A., licentiam exercendæ praxis med. nactus 1659, ſed Rege reſtituto deſertâ medicinâ ad Theologica ſtudia converſus. *Thomas Jeanes*, aut *Janes*, A. Bacc. Cantabrigiæ 1649, incorporatus Oxon. 1650. 6. Jul. & 1652. 29. Jun. ut

ut Collegii Magdal. Socius, 6. Jul. Mag. 1659. 2. Jun. M. D. 1662. e Collegio ejectus immerens, tum artis exercitio deditus Petroburgi (Peterborough,) ſed, dum ab ægro redit, ab equo in ſabuli fodinam ruente excuſſus & ſuffocatus 1668. menſe Nov. *Johannes Hill*, M. Bacc. & D. 1659. 2. Jul.

§. 1156. *Thomas Millington*, M. D. Oxon. 1659. 9. Jul. Thomæ Williſii ſucceſſor in Lectura Naturalis Philoſophiæ Sedleyana 1675, Eques 1679. exeunte, quum jam eſſet Collegii Med. Lond. Socius, idem poſtea Regis Wilhelmi III. medicus Ord. *Richardus Higges*, M. D. Oxon. 1659. 9. Jul. *Barnham Dobell*, M. D. Patavii 1654. ineunte, incorporatus Oxon. 1659. 5. Maji. *Wilhelmus Parker*, M. D. Patavinæ Fac., Oxon. incorporatus 6. Jun. *Timotheus Hodſon*, M. D. Aurantiæ creatus, Oxon. receptus 21. Jun. *Samuel Collins*, Junior dictus, M. D. Patavii creatus, Oxon. receptus 24. Jun. poſtea Collegii Med. Lond. Socius, cujus prodiit Anglice Syſtema Anatomicum, præcipue de Animalibus, 2. Voll. in fol.

§. 1157. *Georgius Conſtable*, qui fuerat tribus annis Tutor in Collegio Harwardenſi Cantabrigiæ in Nova Anglia: M. Bacc. Oxon. 1660. *Andreas Beech*, Londinenſis, M. D. Patavii factus 1657. menſe Dec. Oxonii aggregatus 1660. 27. Mart. *Nicolaus Stanley*, M. D. Leidenſis Fac., Oxon. (ubi erat Novi Coll. Socius,) incorporatus 1660. 4. Aug. deinde Collegii Med. Lond. Socius Hono-

nora-

norarius. *Nicolaus Davies*, etiam M. D. Leidenſis Fac., Oxonii receptus 1660. 7. Aug. *Edmundus Borlaſe*, Hibernus, M. D. Leidæ creatus 1650, Oxonienſibus adſcriptus 1660. 7. Aug. in urbe Ceſtriæ medicinam factitans, †. poſt a. 1682. edito 1670. libro Anglico de Aquis Mineralibus Lathami in Lancaſtriæ provincia, pluribusque Hiſtorico-Politicis. *Johannes Bidgood*, M. D. Patavinæ Fac., Oxon. incorporatus 1660. 20. Sept. idem antea Collegii Exonienſis Socius, unde a Parlamentariis Viſitatoribus ejectus 1648: praxin deinde agitavit Exoniæ, fuitque idem Collegii Med. Lond. Socius Honorarius, †. valde dives Exoniæ 1690. 13. Jan. *Robertus Henchman*, M. D. Patavinæ Fac. 1654, Oxonienſi adſcriptus 1660. 17. Oct. *Chriſtophorus Bathurſt*, M. D. itidem Patavinus, 1659, Oxonii receptus 1660. 17. Oct. artem poſtea agitavit in Lincolnenſi provincia.

§. 1158. *Wilhelmus Cole*, Aulæ Gloceſtrienſis Oxon. ſodalis M. Bacc. 1660. 7. Aug. M. D. 1666. 5. Jul. artis exercitationi Briſtolii deditus, ſcriptis quoque pluribus clarus, ut ſunt, de Secretione animali: novæ hypotheſeos, ad explicanda Febrium Intermittentium ſymptomata & typos excogitatæ, hypotypoſis: de Febrium Interm. curatione per Corticem Peruvianum: tentamen practicum ſpectans ad nuperam frequentiam Apoplexiarum, Anglice; cæt. *Wilhelmus Hawkins*, Collegii Pembertonenſis ſodalis, M. Bacc. eodem die cum Cole, poſtquam praxin jam 20. annis agitaverat. *Johannes Clerk*, Collegii Trinit. membrum,

M.

M. D. 1660. 2. Aug. diverſus ab illo, qui ſub a. 1653. relatus eſt: unus autem amborum fuit poſtea Collegii Med. Lond. Socius honorarius. *Wilhelmus Durſton*, ex Collegio Magdal., unde a Viſitatoribus Parlamentariis 1648. ejectus: idem ſolemnia ad gradum Doctoris conſequendum in Univerſitate Dublin. peregerat: nunc 1660. 2. Aug. Oxonii M. D. ex commendatione Cancellarii: poſt Plymuthi degens. Eod. d. per ſimiles literas M. D. *Thomas Wren*, qui antea Cantabrigiæ, deinde Oxonii 8. circiter annis, ſtudiis operam dederat: idem Muſicæ admodum ſtudioſus, & poſt reſtitutum Regem a parente Matthæo, Epiſcopo Elienſi, factus Archidiaconus ejus Eccleſiæ, cæt. fuit quoque Regiæ Societatis Lond. membrum: †. 1679. *Daubigney* (d'Awbeny) *Turberville*, M. D. 7. Aug. per literas Cancellarii, deinde praxin Sarisberii profeſſus; inſignis medicus Ocularius. *Degorie* (Degoreus) *Pollwhele*, Cornubienſis, ex Collegio Exon., unde expulſus a Viſitatoribus 1648: qui Militiam pro Rege geſſerat, in ea conſtitutus præfectus Major Equitum; poſtea Carolum II. ſecutus in Bataviam Belgiumque: reverſus circa 1650. in Cornubiam, ibique medicinæ ſtudiis & exercitationibus addictus: nunc 1660. 7. Aug. per literas Cancellarii M. D.

§. 1159. *Edwardus Duke*, M. D. 10. Aug. *Auguſtus* vel *Auguſtinus Cæſar*, ex Cantabrigienſi Univerſitate, eodem die Oxonii M. D. *Wilhelmus Jacob*, Johannis medici Cantuarienſis filius, ex Collegio Ædis Chriſti, Gradus Academicos nactus, deinde apud exteros ſtudiis operatus, M. D. Oxon. 1660.

1660. 16. Aug. per literas Regis: hinc Cantuarii artem profeſſus, aliquando etiam Parlamenti membrum; †. ante Sept. 1692. *Edwardus Hawtaine*, M. A. ex Collegio Magdal. M. D. 1660. 17. Oct. *Richardus Franklin*, ex Collegio Reginæ, M. D. 29. Nov. *Henricus Wyat*, Collegii Pemberton. Socius a Viſitatoribus factus 1648, M. A. 1649, poſtea Dominum Rutherfordium, Comitem Tiveoti, comitatus ad Præſidium Tangerienſe, ibi 1664. 3. Maji in excurſione militari a Mauris peremtus. *Johannes Fisher*, M. A. Cantabrigienſis Fac., M. D. Oxon. 1660 (1661.) 12. Mart. *Stephanus Bowden*, ex Collegio Magdalen., per literas Cancellarii d. 1. Dec. denominatus fuit, ut M. D. crearetur: quod utrum factum ſit, non conſtat.

§. 1160. *Martinus Luellyn, Lluellyn, Lluelyn, Llewellin*, (ſupra paucis memoratus;) Londinenſis, natus 1616. 12. Dec., 1636. Oxon. Studioſus in Collegio Ædis Chriſti, 1643. 4. Maji M. A., in bello civili factus Centurio, (Capitaneus,) ex Collegio expulſus a Viſitatoribus 1648, 1653. 15. Jul. M. D., poſthac Collegii Med. Lond. Socius, 1660. Regius medicus juratus, eodem a. Principalis Aulæ S. Mariæ Virginis, nec non unus ex Commiſſariis ordinandæ Univerſitati Oxon. 1664. digreſſus in oppidum Great Wycombe in Bucks, ubi factus Judex Pacis, & 1671. Mayor, (Prætor;) †. 1681. 17. Mart. editis pluribus Poëmatibus Anglicanis. *Henricus Munday*, vel *Mundy*, *Mundius*, de Henley in Oxfordſhire, factus unus Portioniſtarum Collegii Merton. initio belli civilis, 1647. 2. Apr.

2. Apr. Art. Bacc. 1656. 20. Maji Liberæ Scholæ Grammaticæ Henleyenſis Magiſter, poſtea praxin quoque Medicam agitans, †. ex lapſu 1682. 28. Jun. natus a. circiter 58. editis commentariis de Aëre vitali, de Eſculentis, de Potulentis, cum corollario de Parergis in victu. *Robertus Lovel*, ex Warwicenſi comitatu, A. Bacc. Ox. 1650. 16. Dec. Mag. 1653. 21. Jun. qui ſcripſit Anglice Enchiridion Botanicum 1659, & Hiſtoriam univerſalem Animalium ac Mineralium 1661: poſthæc medicinam Coventryi exercuit, † 1690, ſepultus 6. Nov.

§. 1161. Poſt 1660: *Thomas Trapham*, filius Thomæ ſuperioris §. 821, A. M. Oxon. 1658. 11. Jun. Art. Bacc. 1661. 14. Maji, poſtea in peregrinationibus in extera Univerſitate M. D. factus, poſt reditum Collegii Med. Lond. Socius, idem 1692. in Jamaica vixit; ejusque prodiit Anglice diſſertatio de ſtatu valetudinis in illa inſula, 1679. *Georgius Smith*, v. ſupra §. 1126. *Hamnet Ward*, ex Dorſetſhire, M. D. Andegavi 1646, Oxonii receptus 1661. 9. Jul. idem Vicarius in Stourminſter-Newton-Caſtle, & Præbendarius Minor in Wells. *Tobias Dickſon*, M. D. Cantabrigienſis Fac., Oxon. receptus eodem die. *Wilhelmus Bright*, M. D. Patavii 1658. Oxonienſibus aggregatus 11. Jul. poſtea Collegii Med. Lond. Socius honorarius. *Richardus Trevor*, filius Johannis Equitis, M. D. Patavinus, Oxonienſis 1661. 12. Nov. †. 1676. 17. Jul. *Levinus Fludd*, M. D. Patavii 1639. menſe Aug., Oxonii 1661. 21. Nov. *Robertus Stapley*, M. D. Patavii 1648. menſe Maji, Oxon. 1661.

21.

21. Nov. *Johannes Downes*, v. §. 1133. *Johannes Atfield*, Londinenſis, M. D. Cadomi 1657, Oxon. 1661. (1662.) 4. Mart. deinde Collegio Med. Lond. aggregatus. *Thomas Bathurſt*, M. D. Leidæ1659, Oxon. 1661. (1662.) 13. Mart. poſtea Eques, cæt.

§. 1162. *Wilhelmus Jackſon*, ex Collegio Univerſitatis, M. D. Oxon. 1661. 9. Maji per Regis literas: diverſus ab altero homonymo ex Collegio Magdalen., Grammatico & ludimagiſtro, nato circiter 1621. †. 1694. 23. Maji. *Geffry* vel *Jeffry Riſhton*, M. A. Oxon. & 1661. 18. Jun. M. D. idem membrum Parlamenti nomine civitatis Preſton in Lancaſtria. *Georgius Neal*, M. A. & eodem a. 11. Jul. M. D. Oxon. Eodem a. 12. Sept. ibidem creati M. DD. *Johannes Metford*, deinde Collegii Med. Lond. Socius Honorarius: *Wilhelmus Bentley: Fredericus Sagittarius*, poſthac Collegii Med. Lond. Soc. Honor. (conf. §. 824.): *Robertus Peirce: Walter Pope*, de quo inter Socios Regalis Societ. *Thomas Bedingfield*.

§. 1163. *Arthur Amherſt*, Nobili genere natus, M. D. Biturici factus, quam artem deinde in civitate Haſtings Susſexiæ agitavit, incorporatus Oxon. 1662. 11. Nov. poſtea Tunbridgi in Cantio medicinam factitans, †. circa 1680. *Petrus Richierius*, (Richier,) de Marenne in Xaintonge, M. D. Burdigalæ 1634, incorporatus Oxon. 1662. 17. Nov. *Richardus Read*, M. D. Leidæ 1656. menſe Jul. Oxonii receptus 1663. 1. Jun. *Wilhelmus Hawes*, M. D.

Patavii 1643. (1644.) menſe Jan. *Johannes Hales*, M. D. Cantabrigienſis Facult., Oxon. receptus 1663. 14. Jul. *Richardus Keurden*, alias *Jackſon*, filius ſcil. Gilberti Keurden, nepos Richardi Keurden, pronepos Gilberti Jackſon de Keurden prope Preſtonum in Lancaſtrienſi Ducatu: M. D. Oxon. 1663. 26. Mart. artem in regione natali profeſſus, ſed magis Antiquitatibus Lancaſtrienſibus inveſtigandis deſcribendisque occupatus.

§. 1164. *Thomas Jeamſon*, de Ricot in Oxfordſhire, Med. Bacc Oxon. 1664. 12. Oct. Art. Bacc. 1657. 15. Oct. Mag. 1660. 3. Jul. M. D. 1668. 9. Jul. Prof. Anat. 1669. †. Pariſiis 1674. menſe Jul. edito libro Anglico, de conſervanda vel acquirenda Pulchritudine, nomine ſuo non adjecto. *Johannes Rogers*, M. D. Trajecti ad Rhenum factus, Oxon. incorporatus 1664. 13. Jun. medicinam exercens in St. Maria-Magdal. Bermondſey provinciæ Surreyæ; cujus prodiit liber inſcriptus, Analecta inauguralia, ſive diſceptationes medicæ, nec non diatribæ disculſoriæ de quinque corporis humani Concoctionibus, potiſſimumque de Pneumatoſi ac Spermatoſi, Lond. 1664. *Daniel Hodſon*, M. D. Leidæ 1654. 22. Jul. Oxonii receptus 1664. 28. Jun. *Edmundus Davys*, M. Bacc. & D. ibid. eod. a. 28. Jun.

§. 1165. *Thomas Guidott*, ex gente Florentina oriundus, natus Limingtoni in Hampſhire 1638. menſe Sept. Art. Bacc. Oxonii 1659. (1660.) 16. Jan. Mag. 1662. 16. Oct. Med. Bacc. 1666. 14. Jul. anno

anno ſeq. Bathoniam digreſſus, ubi *Joh. Maplet*, celebris medici, favore uſus, frequentem praxin ad tempus exercuit, qua tamen poſtea ob improbos mores excidit, unde Londinum digreſſus 1679: 1671. Oxonii ſolemnia pro Doctoris gradu obtinendo peregit, gradum tamen ipſum non adeptus: 1664. Hafniam ad Anatomen profitendam invitatus, & 1690. 21. Nov. ad Profeſſionem Medic. Venetiis & Leidæ, noluit: cæterum ſcripſit de Thermis Bathonienſibus aliisque Britannicis plures libros, Anglicos pariter ac Latinos; in his de vitis characteribusque medicorum Bathonienſium ab a. 1598. ad 1676.: Theophilum de Urinis, Gr. & Lat. cum notis & prolegomenis; & permulta alia inedita, eruditionis plena. *Wilhelmus Levinz*, M. D. Oxon. 1666. 19. Jun. 1673. Collegii ſui S. Johannis Bapt. Præſes, & Wellenſis Subdiaconus, deindeque Canonicus reſidens. *Edwardus Exton*, M. D. ibid. eod. die. *Johannes Speed*, M. D. ib. eodemque die, poſtea medicinam Southamptoni factitans. *Henricus Danvers*, & *Richardus Torleſſ*, M. DD. ib. eod. die. *Johannes Parys*, M. D. ib. 3. Jul.

§. 1166. *Theodorus de Vaux*, Eques, M. D. Patavinæ Facult., Oxonii receptus 1668. 5. Jun. aliquandiu medicus Ord. Henrici Ducis Gloceſtriæ, deinde Regalis Societatis membrum, (v. §. 1131.) medicus Reginæ, & Collegii Med. Lond. Socius Honor. *Thomas Alvey*, Londinenſis. Art. Bacc. Oxon. 1662. 11. Nov. Mag. 1667. 14. Maji, M. Bacc. 1669. 22. Jun. Doctor 1671. 1. Jul. deinde Collegii Med. Lond. ſocius. 1669. 7. Jul. M. DD. creati

 ibid.

ibid. *Edwardus Jones*, *Nicolaus Hele*, *Thomas Hayes*, *Petrus Gerard*. *Johannes Baptiſta Gornia*, M. D. Bononienſis Fac., Prof. Publ. Piſanus, & Coſmi de Medicis, Principis Hetruriæ, Archiater, Oxonienſibus adſcriptus 1669. 4. Maji. *Theophilus Howerth*, M. D. Cantabrigienſis, Oxonii incorporatus eod. a. 8. Jul. 13. Jul. incorporati Cantabrigienſes M. DD. *Johannes Browne*, *Griffith Hatley*, *Clemens Townſend*: (*Joh. Mapletoft* & *Henr. Paman*, v. in Societ. Reg.) 1. Dec. incorporatus *Thomas Waterhouſe*, Londinenſis, M. D. Leidæ 1655.

§. 1167. *Robertus Moriſon*, Aberdeenâ-Scotus, natus 1620, Theologiæ quidem conſecratus, & 1638. factus Mag. ſed quum bello civili grave vulnus capitis in prælio accepiſſet, & fugere coactus eſſet, Pariſiis Medicæ diſciplinæ ſe addixit, inprimisque ſtudio rei Herbariæ duce *Robino*, quo commendatore etiam a Duce Aurelianenſi conſtitutus 1650. Præfectus Horti ſui Blæſenſis: idem 1648. Andegavi M. D. poſthac 1660. cum Rege Carolo II. in Angliam reverſus, ab eo factus Profeſſor Botanices & Inſpector Hortorum Regiorum omnium: tum quoque electus Collegii Med. Lond. Socius, & 1669. 16. Dec. ab Univerſitate Oxonienſi Prof. Botan., die ſequente, 17. Dec. incorporatus M. D., ubi 1670, 2. Sept. primam Prælectionem Botan. in Schola Medica habuit, 5. Sept. in Horto Med. (idem quoque Regius Archiater dicitur,) †. Londini 1683. 10. Nov. ex ictu a temone currus contra pectus pridie inflicto; præſtantiſſimus ſui ævi Botanicus habitus, & propriæ Methodi inventor, cujus ſunt

eximia

eximia opera, Præludiorum Botanicorum pars prior, ſ. Hortus Regius Blæſenſis: eorundem pars ſecunda, ſ. hallucinationes Caſp. Bauhini, & Dialogus cum Socio Regalis Societatis: Plantarum Umbelliferarum distributio nova: Hiſtoriæ Plantarum Oxonienſis Univerſalis Tomus Secundus: cujus operis Tertius etiam Tomus poſt ipſius obitum prodiit, ſed Primus de Arboribus deſideratur. Commemorandus etiam *Robertus Sharrock*, Legum quidem D., ſed qui jam 1660. de cultura & propagatione Vegetabilium præclare ſcripſit. *David Thomas*, M. D. Oxon. 1670. 17. Dec. *Wilhelmus Briggs*, Norvicenſis, Mag. Art. Cantabrigiæ creatus, Oxon. receptus 1670. 26, Oct. poſthac M. D. & poſt reditum ex peregrinationibus Collegii Med. Lond., nec non Societatis Reg. Socius, item Regis Wilhelmi III. Archiater, & Hoſpitalis S. Thomæ in Southwark medicus Ord. †. in loco Town-Malling 1704. 4. Sept. natus a. 62.; cujus inprimis laudanda Ophthalmographia, cum nonnullis aliis ad viſionem ſpectantibus *Edwardus Halſius*, M. D. Leidenſis Fac. & medicus Aulicus Principis Aurantii, incorporatus Oxon. 1670. 20. Dec. Eodem die receptus *Samuel Morrys*, M. D. ejusdem Fac., antea 1662. Art. Bacc. Aulæ Magdalen.

§. 1168. Aurantianæ Creationis Doctores Med. 1670. 20. Dec. *Abraham Clifford*, Anglus, Principi Secundarius a Secretis, †. 1675. ineunte. *Wilhelmus Brian*, unus Aulicorum Principis. *Richardus Morton*, Suffolcienſis, Oxonii factus Art. Bacc. & Mag., tum Capellanus familiæ Foley in Worce-

ſterſhire, ſed quum eſſet Nonconformiſta, ad Medicinale ſtudium converſus: idem poſt Doctoris gradum collatum, factus Collegii Med. Lond. Socius, †. 1698. 30. Aug clarus ob Phthiſiologiam, & Pyretologiam. *Edmundus Grey. Edwardus Crump*, Esq. *Theodorus Calladonius*, Esq.

§. 1169. *Robertus Bayfield. Gabriel Grisley*, Botanicus, M. D. Germanus, Ulyſſipone commoratus. *Johannes Weinell. Carolus Aloyſius Ramſajus*, Chemiæ ſtudioſus. *Valentinus Greatrakes*, Hibernus, Locum tenentis militaris aliisque muneribus functus, deinde ſolo attactu ſtrumas primum, poſtea quoque febres, denique morbos omnes ſanare præſumſit, & multis etiam doctis prudentibusque viris perſuaſit, multas regiones obeundo. *Henricus Stubbe*, de pago Partney in Lincolnienſi comitatu, natus 1631. 28. Feb. A. Bacc. Oxon. 1653. 4. Jul. Mag. 1656. 13. Dec. militiam ab a. 1653. ad 55. in exercitu Parlamenti in Scotia ſecutus, ab a. 1657. per 3. annos Sub-Bibliothecarius Bodleyanus Oxonienſis Univ. tum loco ſuo in Æde Chriſti & munere in Bibliotheca privatus, hinc Stratfordi in Warwicenſi comitatu medicinam exercuit, poſt Regem reſtitutum in Jamaicam pro ejus inſulæ medico profectus, inde reverſus 1665. & Warwici ſede fixa praxin agitavit, aquâ ſubmerſus, dum noctu ad ægrum equo vadit, 1676. 12. Jul. plurimis editis libris Anglicanis, in quibus defenſio curationum Greatrakii, eriſtica adverſus Regiam Societatem hujusve membra, de Phlebotomia, ars Cosmetica: Medice cura te ipſum, pro Phar-

Pharmacopolis, contra Chriſtoph. Merrettum: de Chocolata, cæt. præter multa ad ſtatum Angliæ Politicum & Eccleſiaſticum ſpectantia: item complura Poëmata Græca & Latina; cæterum ab eruditione & memoriæ felicitate, nec non dexteritate medicinali & ſcientia Botanica, Anatomica, & Chemica, valde laudatus, ſed imprudentioris vivendi loquendique generis.

§. 1170. *Robertus Sibbaldus*, M.D. Scotus, Eques, Reg. Medicus & Geographus, Coll. Med. Edinburg. ſodalis; præcipue ſuâ Scotia illuſtrata ſ. prodromo Hiſtoriæ Naturalis Scotiæ, & Antiquariis ſcriptis clarus. *Richardus Brunworth. Pereonus. Wilhelmus Drageus. Thomas Branker*, A. Bacc. & Mag. idemque Sacerdos, Rector & Ludi moderator, in Chemicis quoque multum verſatus. *Iſaac Roet*, Oxonii ſtudiis excultus, cujus prodiit Peſtis adumbrata libris 5. aphoriſmorum. *Richardus Rhodes*, Londinenſis, Nobili genere natus, M. D. Monſpelienſis, †. Madriti 1668. *Wilhelmus Kempius. Georgius Thompſon*, qui Chemica ſcripſit. *Wilhelmus Stokeham*, M. D. aliquando Syndicus Univerſitatis Artiſt. Patavinæ, ſtatuam ibi publicam promeritus.

§. 1171. *Georgius Kendall*, ex comitatu Northamptonenſi, A. Bacc. & 1636 Mag. Oxonii, poſtea medicinam exercuit, ſcripſitque a. 1664. Anglice pro veris Pilulis Diaphoreticis Diureticisque cujusdam *Matthæi. Johannes Goad*, Sacris quidem & Scholaſticis officiis functus, & Theol. Baccal., hic tamen commemorandus ob ſuam Aſtro-Meteorologiam, ſive principia phyſico-mathematica,

tica, quibus mutationum aëris, Morborum Epidemicorum, cometarum, terræ motuum, aliorumque inſigniorum naturæ effectuum ratio reddi poſſit, Anglice & poſtea quoque Latine. Dr. *Haughton*, medicus Sarisberienſis. *Gideon Harvey*, ex Surreya provincia, 1655. 23. Maji Particeps Collegii Exon. Oxonii, poſtea medicinalibus ſtudiis addictus Leidæ, & Pariſiis, tum in itinere per Galliam factus M. D., hinc Hagæ Comitum Collegio Med. aggregatus, idem Caroli II. Regis medicus Ord., quumque Londinum eſſet reverſus, inde 1659. menſe Jul. exeunte miſſus in Flandriam pro Exercitus Britannici Doctore Generali, quo munere perfunctus iter inſtituit per Germaniam in Italiam, reditu per Helvetiam & Bataviam facto: tum Londini praxin celebrem nactus, conſtitutusque Regis medicus Ord., & Wilhelmo III. ad Regni gubernacula admoto medicus Turris Lond. multis idem ſcriptis clarus, medicis pariter ac Philoſophicis, ad Scepticismum declinantibus, quibus etiam conſuetum medendi morem medicorum Collegii Lond., inque his celeberrimorum, reprehendere nunquam intermiſit; ex illis ſunt, Anglica, Pſycheologia, Archeologia Philoſophica nova, Morbus Anglicus ſ. de Tabe, Venus revelata ſ. de lue venerea, Affectio Londinenſis ſ. de Scorbuto, Conclave Medicorum, quod eſt virulenta ſatyra in Collegium Med. Lond., carmine repulſa a *Thoma Guidotto*: altera pars Conclavis, cum diſſ. ſingulari de Pharmacopolis & Chirurgis praxin medicam ſibi arrogantibus: ars curandi morbos Exſpectatione, (quæ etiam Latine prodiit) cæt. Latinus, de

Fe-

Febribus tractatus theoreticus, & practicus præcipue, quo praxin curandarum febrium continuarum modernam eſſe lethiferam & barbaram, abunde pateſit.

§. 1172. *Franciſcus Croſſ*, de Stocke-Gomer in Somerſethſhire, A. Bacc. Oxon. 1652. 12. Oct. Mag. 1655. 22. Jun. M. D. Leidæ 1664. 19. Maji, deinde Briſtolii praxi felici occupatus, †. 1675. *Johannes Roſe. Eduardus Maynwaring*, cujus extat hiſtoria & myſterium Luis Venereæ. *Thomas Harpur*, M. D. apud Anglos Aleppi mercaturam exercentes. *Johannes Ovington*, (an ille ſacerdos, cujus extat Itinerarium Suratenſe?) *Welle. Nathanael Fairfax*, M. D. Woodbridgi in Suffolcia. *Richardus Griffith*, A. Bacc. Oxon. 1657. 7. Jul. Mag. 1660. 3. Maji, a Theologia ad medicinam converſo ſtudio, factus Leidæ M. D., tum artem Richmondi in Surreya exercuit, deinde Collegii Med. Lond. ſocius, & Cenſor; qui ſcripſit Anglice contra Phlebotomiam vulgo introductam a nonnullis medicis Lond. & contra nimiam ſanguinis mittendi licentiam. *Thomas Frankland*, ex Lancaſtriæ comitatu, natus circa 1633, A. Bacc. Oxon. 1652. (1653.) 8. Feb. Mag. 1655. 28. Jun. Procurator ſenior 1662. 9. Apr. Theol. Bacc. 1663. 2. Jul. deinde ad Medicinam animum applicuit, & Londini ſede conſtituta, quum inter Cantabrigienſes verſaretur, ſe dixit M. D. Cantabrigienſis Facultatis, quum inter Oxonienſes, Oxonienſis; adeoque producto falſo teſtimonio ſ. diplomate, in Collegium Med. Lond. cooptatus, ſed

quum quosdam ex ſodalibus, præſertim juniores, arrogantia ſua offendiſſet, hi factis Oxonii percontationibus fraudem detexerunt 1677. menſe Nov., favore tamen ſeniorum inter eos toleratus eſt, †. in cuſtodia publica 1690. media circiter æſtate.

§. 1173. *Wilhelmus Clarke*, de Swainswyke prope Bathoniam in Somerſetſhire, natus circa 1640, A. Bacc. Oxon. 1661. 14. Nov. 1663. 30. Mart. Socius Collegii Oriel., tum medicinæ ſtudiis addictus, poſt 3. annos locum in Collegio deſeruit, Bathoniam digreſſus, ubi medicinam fecit, vulgo dictus Doctor, etſi non conſtet, an promotus fuerit: poſtea Stepneyum prope Londinum conceſſit; †. 1684. 24. Apr. editâ Anglice Naturali Hiſtoria Nitri. *Johannes Georgius Secmon*, M. D. Leidæ 1669. vivens. Dr. *Johnſton*, in Derbyſhire: Dr. *Willughby*, Derbienſis. *Wilhelmus Jackſon*, M. D. Nantwici in Cheſhire. *Wilhelmus Hughes*, qui ſcripſit Anglice de Viticultura, Hortum Floridum, Medicum Americanum. *Corbet Owen*, de Hinton in Shropſhire, natus 1646, A. Bacc. Oxon. 1667. 21. Maji, Mag. 1669. (1670.) 23. Mart. interea medicinali diſciplinæ ſuo ipſius marte cum maximo profectu deditus, ſed †. 1670. (1671.) 18. Jan. idem facultate Poëtica clariſſimus.

§. 1174. Poſt 1670: *Robertus Talbot*, qui Quinquinam adeo frequenter propinandi autor fuit. *Wilhelmus Sermon*, qui ſe ipſe ſcripſit M. D. & Regis Caroli II. Med. Ord. a Woodio autem dici-

dicitur procax, vanus, & cerebroſus vir, †. 1679. hieme; cujus prodierunt Anglice, mulierum comes, ſ. Obſtetrix Anglicana: Amicus ægri, cæt. *Thomas Burnet*, Richmondâ - Scotus, natus 1632, Cantabrigiæ in Collegio Chriſti diu commoratus, tum cum Ducibus Ormondi & Boltoni per Bataviam, Galliam, Italiam, atque Germaniam profectus, creatus M. D. & Regius Archiater, item Domus Carthuſiæ (Charterhouſe) Præfectus, & Regis Wilhelmi III. Capellanus; †. 1715. 27. Sept. cujus celeberrimi ſunt libri, multis quidem controverſiis obnoxii, Telluris theoria ſacra, 2. partibus: Archæologiæ Philoſophicæ: de ſtatu Mortuorum & Reſurgentium: de Fide & Officiis Chriſtianorum; quorum duo poſtrema opera poſthuma: in medicina vero, Theſaurus medicinæ Practicæ.

§. 1175. *Wilhelmus Cowper*, inſignis Anatomicus & Chirurgus, ex Soc. Reg. †. 1710; qui dedit Anglice Anatomiam integram, ſ. Bidloi icones cum ſuis explicationibus & appendice, (propterea a Bidloo plagii accuſatus:) Myotomiam, poſt mortem longe auctius recuſam: Glandularum quarundam nuper detectarum deſcriptionem, Latine; cæt. *Thomas Sherley*, Thomæ Equitis filius, natus Weſtmonaſterii 1638, baptizatus 15. Oct. in Gallia medicinæ ſtudiis imbutus, & M. D. creatus, poſt reditum in Angliam celebrem praxin conſecutus, factusque Regis Caroli II. Archiater, †. 1678. 5. Aug. a quo editum Anglice Tentamen philoſophicum declarans cauſas probabiles unde Lapides in macrocosmo generantur, qua occaſione inquiritur in omnium

cor-

corporum originem, eſtque prodromus medicæ veritatis de cauſis & curatione Calculi renum & veſicæ in homine: præterea verſiones. *Johannes Shirley*, natus Londini 1648. 7. Aug. A. Bacc. Oxon. 1668. (1669.) 18. Feb. Mag. 1671. 28. Nov. 1673. Terræ filius, mox Promovendus ſ. Candidatus (Probationer) Socius ſui Collegii Trinitatis, ſed poſt annum ejectus, tum Londini ad panem lucrandum libris corrigendis & ſcribendis occupatus, †. 1679. 28. Dec. cujus ſunt, Anglice ſcripta, Compendium Chirurgiæ, adjecta diſſ. de Generatione & Partu hominis, cæt. in cujus libri frontiſpicio nominatur M. D., licet nullum unquam in medicina gradum nactus fuerit; neque tamen diſſimulandum, autorem hujus operis ab aliis diverſum ab iſto Collegii Trin. ſocio haberi. *Johannes Archer*. *Johannes Maſter*, M. Bacc. & D. Oxon. 1672. 4. Jul. deinde Collegii Med. Lond. Socius honorarius. *Thomas Skynner*, M. D. Ox. per literas Cancellarii 1672. 17. Jul.

§. 1176. *Johannes Luffe*, M. D. Oxon. 1673. 11. Jul. poſtea (1681, ut videtur,) ibi Regius Profeſſor Med. usque 1697, certe tunc ſucceſſit *Thomas Hoy*, M. D. *Johannes Harford* literas Cancellarii 3. Oct. obtinuit, ut ipſi permitteretur accumulare gradus in medicina, quod an fecerit, non conſtat. *Henricus Atherton*, M. D. Cantabrigienſis, Oxonii receptus 1673. 15. Jul. cujus extat Medicus Chriſtianus, Anglice. *Jacobus Albanus Gibbes*, *Ghibbes*, *Ghibbeſius*, natus Rothomagi circa 1616, patre *Wilhelmo Gibbes*, Briſtolienſi, ad

R.

R. Catholicam Eccleſiam transgreſſo, medico Reginæ conjugis Caroli I.: Joh. Albanus in Collegio S. Audomari ſtudiis humanitatis imbutus, deinde itineribus per Belgium, Germaniam, Hiſpaniam, Italiam, cæt. factis, & Patavii Veslingio doctore aliquandiu uſus, Romæ 1644. conſedit: tum Tutor (Ephorus) Almerici, Franciſci Ducis Mutin. filii: poſt 2. circiter annos Bernardini Cardinalis Spadæ, Epiſcopi Tusculani, medicus domeſticus, & poſtea Principis Juſtiniani: 1657. Lector Rhetorices in Collegio Sapientiæ Rom. item Canonicus Ædis S. Celſi: 1667. 2. Maji Poëta Laur. Cæſ & torque aurea donatus: 1670. hac torque Univerſitati Oxon. dono miſſa, in remunerationem ei datum diploma Doctoris Med. 1670. (1671.) Feb. extr. quod diploma tamen demum 1673. 10. Aug. ſigillo impreſſum & Romam miſſum fuit; †. Romæ 1677. 6. Kal. Jul. æt. a. 66. editis, præter Carmina Lat. Lyrici potiſſimum generis, Orationes, Epiſtolas, cæt. etiam de Medico libris 3, ad imitationem Ciceronis de Oratore. Alius eſt *Johannes Fridericus Gibbs, Gibbeſius*, vel *Guib*, Dumfermelino-Scotus, Andreopoli creatus A. Mag. hinc in Angliam profectus, & bello orto in Galliam, Belgium, Germaniam, Italiam, Græciam, Conſtantinopolim, Natoliam, Cretam, Syriam, Ægyptum: tum Romæ parumper commoratus, Patavii Medicæ diſciplinæ operam dedit: poſthæc Anduſæ in Languedocia humaniora per aliquot annos docuit, tum factus Nemauſi Prof. Eloqu., 1651. in Collegium Med. Valentiæ cooptatus, 1665. Aurantiæ Principalis ſ. Prof. Eloqu., 1680. ibidem

M.

M. D. †. 1681. 27. Mart. qui pleroſque morbos a Vermibus naſci docuit.

§. 1177. *Johannes Floyer*, de Hintes in Staffordſhire, natus circa 1649, A. Bacc. Oxon. 1668. 16. Apr. Mag. 1671. M. Bacc. 1674. 27. Jun. D. 1680. 8. Jul. hinc artem in civitate Litchfield factitans, creatus quoque Eques: cujus prodiere Anglice, Lapis Lydius Medicamentorum: de Pulſibus: Pſychroluſia, cæt. *Johannes Jacobeus*, (Jacobæus,) Danus, M. Bacc. & D. Oxon. 1674. 25. Jun. poſtquam ultra 5. annos ibidem medicinæ ſtudiis operam dederat: non tamen adimplevit ſolemnia, neque licentiam praxeos conſecutus eſt, etſi privatim eam aliquando exercuit: deinde in patriam rediit. *Franciſcus Eedes*, M. Bacc. & D. Oxon. 1674. 4. Jul. *Johannes Radcliff*, M. Bacc. Oxon. 1675. 1. Jul. D. 1682. 5. Jul. poſtea Coll. Med. Lond. Socius, †. 1714. 1. Nov. cælebs, relictis ampliſſimis legatis, ut Univerſitati 40000. librarum Anglic. pro condenda bibliotheca publica, 600. librarum pro 2. Studioſis Med. quotannis per 10. annos, cæt. edita quoque Pharmacopœia. *Samuel Izacke*, M. Bacc. & D. Ox. 1675. 6. Jul. *Chriſtophorus Dominicus*, M. D. ibid. 8. Jul. *Goodrick*, Chirurgus Edmundiburgi 1667. *Spotswood*, Chirurgus Tuneti, ubi 1673. Catalogum Plantarum ibi naſcentium conſcripſit.

§. 1178. *Thomas Allen*, M. D. Cantabrigienſis ex Collegio Gonevillio-Cajo, Oxon. incorporatus 1675. 13. Jul. poſtea Coll. Med. Lond. Socius, †.

†. 1685. *Thomas Towne*, M. D. in inſula Barbados. *Lucas Hodgſon*, M. D. artem in civitate Newcaſtle exercens. *Thomas Glover*, Chirurgus: alius dexter Chirurgus, *Fry*, Oxonii degens. *A. Huberts. Obadiah Blagrave. Wilhelmus Langley*, cujus extant de Generatione Animalium obſervationes quædam. *Carolus Goodall*, M. D. & Coll. Med. Lond. ſocius, de cujus Collegii Hiſtoria ſcripſit, item de Cortice Peruviano ejusque uſu, cæt. *Richardus Wiſeman*, qui varios Tractatus Chirurgicos Anglice vulgavit.

§. 1179. *Johannes Ludwell*, M. D. Oxon. 1676. 4. Jul. *Wilhelmus Warner*, M. D. ibid. eod. a. 6. Jul. *Radulphus Harriſon*, M. Bacc. Cantabrig., incorporatus Oxon. 1676. 26 Jun. M. D. Ox. eod. a. 7. Jul. *Carolus Twysden*, (filius Rogerii Hiſtorici,) M. Bacc. & D. 1677. 22. Maji, qui plures annos trans mare exegerat. *Patrick* (Patricius) *Dunn*, M. D. Aberdeenenſis, Valentinæ in Delphinatu, Dublinenſis, Facultatum, medicus Ordinarius Jacobi Ducis Ormondii, Locumtenentis Hiberniæ, Oxonii 1677. (1678.) 19. Feb. declaratus M. D. incorporatus, diploma vero demum 23. Mart. ſigillo munitum & transmiſſum eſt. *Johannes Bagley*, A. Bacc. Oxon. 1675. (1676.) 29. Jan. Mag. 1678. 15. Oct. M. D. Trajecti ad Rhenum 1682. 27. Jul. *Henricus Fowler*, quondam ex Collegio Oriel., deinde pro Rege Carolo I. militia functus, tum Medicinæ ſtudiis per ſe addictus, tanto cum profectu ut literis deputatorum Cancellarii, d. 10. Apr. 1678. lectis, dignus judicaretur,

qui

qui Licentiam ejus Facultatis obtineret: quapropter 2. Maji ipſi licentia praxeos data eſt, quam poſtea feliciter exercuit.

§. 1180. *Richardus Smith*, Art. Mag. Oxon. M. D. Trajecti ad Rhen. 1675. menſe Jan. incorporatus Oxon. 1678. 25. Jun. deinde Coll. Med. Lond. Socius. *Chriſtophorus Love Morley*, Reg. Societatis membrum, qui ſcripſit de morbo Epidemio a. 1678. & 79.: ediditque Collectanea Chemica Leidenſia Maetſii, Marggravii, & le Mortii. *Johannes Carte*, M. D. Mancheſtriæ degens. *Moſes* vel *Michael Reusden*, Pharmacopola & Apiarius Regis, qui librum quoque de monarchia, natura, cultura, cæt. Apum edidit Anglicum. *Carolus Peters. Jacobus Brown. Warlilge. Wilhelmus Maxvell*, Scotus, cujus de medicina Magnetica libri 3. 1679. primum editi ſunt, ſed autor ad priorem hujus ſæculi partem referendus eſt. *Thomas Bryan*, qui impoſturas Uromantarum, quas ipſe quondam exercuerat, ſcripto revelavit. *Jacobus Yonge*, qui virtutem iſchæmon Spiritus Terebinthinæ celebravit. *Thomas Raſtel*, de Droytwich, M. D.

§. 1181. *Edwardus Wigglesworth*, M. D. Oxon. 1679. 10. Jul. *Joſhua Laſher*, M. D. ibid. eod. a. 17. Dec. *Franciſcus Smith*, M. A. M. Bacc. Oxon. 1680, Principalis Aulæ Magdalen. 1681. 21. Maji electus quidem a Sociis Collegii ſui Magdalen., ſed non admiſſus propter alium a Cancellario denominatum: idem poſthac 1689. 5. Jul. Oxon.

M. D.

M. D. & Exercitus Wilhelmi III. in Hibernia medicus, ubi †. 1691. circa principium Jun. *Robertus Wittie*, M. D. Cantabrigiæ creatus, Oxon. incorporatus 1680. 13. Jul. qui Kingſtoni prope Hullam cum Jac. Primeroſio medicam praxin per 18. fere annos agitaverat, in ſenectute Londinum digreſſus, ubi †. 1684. Nov. extr. clarus eruditione, ingenio, & pluribus ſcriptis, quæ ſunt, Fons Scarburgenſis ſ. tractatus de omnis Aquarum generis origine & uſu, ſpeciatim Scarburgenſium, primum Anglice, deinde per ipſum autorem etiam Latine: item Anglice, Pyrologia mimica, ſ. reſponſio ad Hydrologiam Chemicam *Wilhelmi Sympſoni*, (vel *Simpſoni*,) M. D. in defenſionem prædicti Fontis Scarburgenſis, addita vindicatione rationalis methodi & praxeos medicinæ, dictæ Galenicæ, hujusque & Chemicæ conciliatione, cæt. verſio Anglica Jac. Primeroſii de Vulgi erroribus in medicina: nec non Aſtronomica, & Poëtica.

§. 1182. *Carolus*, Princeps Electoralis Palatinus, mox ipſe Elector, M. D. Oxon. 1680. 9. Sept. Eodem d. creati M. DD. *Philippus Chriſtophorus* Comes *de Königsmarck*, Suecus, ex Caroli Princ. Palat. comitatu: *Wilhelmus Dutton Colt*, Anglus, Magiſter Stabuli apud Principem Palatin. Rupertum; *Eberhardus Fridericus a Venningen*, Alſatus, Venatoriæ rei Magiſter apud Princ. Electoralem: *Abraham Dorr*, Hanovienſis, & *Johannes Bernhardus Ferber*, Saxo, etiam ex comitatu Principis Elect. 25. Feb. (1681.) creati ibid. M. DD. ex comitatu Georgii Ludovici, Ducis Brunſuicenſium

& Luneburgenſium, (qui eodem d. creatus Jur. D.) *Andreas de Mellevil*, Eques & Tribunus Militum: & *Antonius de Saictot*. 9. Sept. 1680. etiam ex comitatu Principis Elect. Palatini creatus S. Theol. D. *Fridericus Chriſtianus Wincherus*, (an Wincklerus, vel Wintherus?) Profeſſor Med. Heidelbergenſis.

§. 1183. Poſt a. 1680.: *Thomas Gibſon*, Reg. Societ. membrum, cujus Compendium Anatomiæ Anglicum ſæpenumero typis excuſum eſt. Dr. *Merryweather*, medicinam in loco Devizes factitans. *Samuel Haworth*. *Thomas Trygon*. *Jacobus Sutherland*, Botanicus. *Johannes Jones*. *Iſaac Ayme*, Chirurgus Reginæ. *David Abercromby*, Scotus, cujus extant, nova medicinæ Clavis, ſ. ars explorandi medicas rerum facultates ex ſolo Sapore: methodus curandæ Luis Venereæ ſæpe absque Mercurio, ac ſemper absque Salivatione: obſervationes de variatione & vanitate Pulſus; cæt.

§. 1184. *Samuel Derham*, ex Gloceſtrienſi provincia, natus 1655, A. Bacc. Oxon. 1676. 13. Jun. Mag. 1679. 3. Maji, M. Bacc. Oxon. 1681. (1682.) 9. Feb. D. 1686. (1687.) 18. Jan. †. ex variolis 1689. 26. Aug. Oxonii; cujus prodiit Anglice Hydrologia Philoſophica, ſ. liber de aquis mineralibus Ilmingtonenſibus in Warwickſhire, cum regulis eas bibendi, cæt. *Thomas Roſe*, M. D. Oxon. 1681. 7. Jul. *Nathanael Sprye*. *Edwardus Hannes*, Oxonii Profeſſor Chemiæ. *Georgius Starkey*, Chemicus, celebris præſertim ob ſuum Correcto-

rectorem opii. *Jacobus Crooke.* *Wilhelmus Salmon*, Med. Profeſſor. *Watts*, Cuſtos Horti Chelſeani. *Andreas Snape*, veterinarius.

§. 1185. A. 1683. *Dublini in Societatem Scientiarum* complures eruditione, vel nobilitate, vel muneribus clari viri coierunt, conventusque ſingulis hebdomadibus agere inſtituerunt, primusque conventus d. 15. Oct. habitus eſt: ex illis Medicinæ DD. enumerantur 1684. 23. Dec. *Paulus Chamberlain.* *Chriſtophorus Dominicus*, v. ſupra §. 1177: *Daniel Huolaghan: Johannes Maden: Allen Mullen* ſ. *Moulin*, v. §. 1143: *Jacobus Sylvius*, v. §. 1145: *Carolus Willughby*, v. §. 1143. *Oxonii* quoque circa hæc tempora *Societas* quædam *Scient.* coiit.

§. 1186. *Robertus Grove*, S. Theol. D. memorandus ob poëma de Sanguinis circuitu. *Sampſon Birch*, Pharmacopola & Senator Staffordienſis. *White*, Chemicus Oxonienſis. *Colebron*, Chirurgus in Suſſexia. *Thomas Turner.* *Hugh Ryder.* *Stephanus Frye*, Fry, Oxonii Prof. Anat. poſt Thomam Jeamſon †. 1674: M. D. ibid. 1685. 7. Jul. *Gualtherus Harris*, ex civitate Gloceſtria, natus circa 1651, 1666. Socius Novi Collegii Oxonienſis, A. Bacc. ibid. 1670. 10. Oct. ſed 1673. relicto loco ſuo in Novo Coll. ad R. Catholicos transgreſſus, profectusque Duacum, inde Pariſios, ubi creditur factus M. D., in Angliam reverſus 1676, Londini praxin exercuit, deinde, quum a. 1678: conſpiratione Romano-Catholicorum revelatâ, hi Londino pellerentur, cum Eccleſia An-

glicana reconciliatus: poſthac frequentem praxin inter Phanaticos (ut ſcribit Woodius) conſecutus, factusque Regis Wilhelmi III. med. Ordinarius, Collegii Med. Lond. Socius, & 1689. Cenſor, adeoque ſecundum quosdam Præſes, & Profeſſor Chirurgiæ; cujus prodiere, Pharmacologia Anti-Empirica, adjectis animadverſionibus in cauſas & curationem Podagræ, uſum promiſcuum Corticis Peruviani, & impoſturas Empiricorum ac Circulatorum, Anglice: de morbis acutis Infantum, egregius liber, Latine: item Diſſertationes medicæ & Chirurgicæ, ut de Peſte, de Inoculatione Variolarum, de Lue Venerea, cæt. præter verſiones Blegnii, Lemerii, cæt.

§. 1187. *Johannes Bateman*, M. D. Oxon. 1682. 24. Maji, poſtea Coll. Med. Lond. Socius & Cenſor. *Carolus Lybbe*, M. D. ibid. 5. Jul. *Phineas Ellwood*, M. D. ibid. 1. Dec. *Wilhelmus Gibbons*, M. D. Oxon. 1683. 9. Maji. *David Williams*, M. Bacc. & D. ibid. eod. a. 4. Jul. *Johannes Eliot*, M. D. Cantabrigienſis, Oxonii incorporatus 1683. 11. Jul. *Laurentius Croning*, Ephorus Adolphi Johannis, Principis Palatini ad Rhenum, M. D. creatus Oxon. 1683. 14. Jun. *Robertus Smith*, M. D. Oxon. 1684. 1. Jul. *Richardus Adams* M. D. ibid. eod. a. 9. Jul. *Thomas Fryer*, M. D. Cantabrigienſis, incorporatus Oxon. 1684. 14. Jul. poſthac Coll. Med. Lond. Socius.

§. 1188. *Robertus Conny*, M. D. Oxon. 1685. 9. Jul. *Samuel Kimberley*, M. Bacc. & D. ibid. eod. a. 10. Jul. *Thomas Hoy*, Londinenſis, natus

tus 1659, A. Bacc. Oxon. 1680. 12. Maji, Mag. 1683. (1684.) 22. Mart. M. Bacc. 1686. 27. Apr. M. D. 1689. 3. Jul. praxin Warwici agitans, Regius Prof. Med. Oxon. 1697. in Philologia quoque Græca & Lat. præclare verſatus. *Daniel Greenwood*, M. D. Oxon. 1687. 30. Jun. *Wilhelmus Coward*, de Wincheſter, natus 1656, A. Bacc. Oxon. 1677. 27. Jun. Mag. 1683. 13. Dec. M. Bacc. 1685. 23. Jun. M. D. 1687. 2. Jul. artem exercuit Northamptoni & poſtea Londini: ſcripſitque, præter Carmina Lat., de Fermento volatili Nutritio conjecturam rationis, qua oſtenditur, ſpiritum volatilem oleoſum e ſanguine ſuffuſum, eſſe verum ac genuinum concoctionis ac nutritionis inſtrumentum: Ophthalmiatriam: de Anima, Anglice, multis propter hanc controverſiis implicitus; cæt. *Wilhelmus Breach*, M. D. Oxon. 1687. 8. Jul. *Johannes Foley*, M. Bacc. Dublini factus & Oxonii incorporatus 1687. 20. April. M. D. Oxon. eod. a. 8. Jul.

§. 1189. *Thomas Molyneux*, M. D., Reg. Societatis Socius, Medicus Status in Hibernia, adhuc 1715. vivus. *Richardus Peers*, ex oppido Hiberniæ Down, natus circa 1645, A. Bacc. Oxon. 1668. 5. Maji, Mag. 1671. 12. Apr. 1675. 21. Sept. Pedellus Superior in Facultate Artium & Medicinæ: verſus extremum regnum Jacobi II. ad medicinam applicato animo, licentiam quoque praxeos conſecutus, ſed metuens ne corporis ſui moles & pinguitudo artis exercitationi obſtaret, propoſitum illud iterum omiſit; †. 1690. 11. Aug.

edito, præter Carmina & Hiſtorica Anglica, Catalogo itidem Anglico omnium, qui in Theologia, Jure, & Medicina gradum adepti ſunt, nec non omnium Art. Magiſtrorum & Muſicæ Doctorum, inter 10. Oct. 1659. & 14. Jul. 1688. *Johannes Ballard*, M. D. Oxon. 1688. 7. Dec. *Edmundus Marten*, M. D. Oxon. 1689. 3. Jul. *Nicolaus Stanley*, M. Bacc. & D. Oxon. 1690. 28. Jun. *Wilhelmus Boyſe*, M. Bacc. & D. Oxon. 1690. 10. Jul. *Edwardus Stillingfleet*, Epiſcopi homonymi filius, natus Suttoni 1660. 1681. A. Bacc. Cantabrigiæ, 1685. Mag. 1688. 30. Nov. electus Societatis Reg. Lond. ſodalis, 1689. 21. Jun. Med. Profeſſor in Greshamenſi Collegio, 1692. 5. Jul. M. D. Cantabrigiæ, tum eodem a. matrimonio contracto excidit & loco ſuo in Collegio S. Johannis Cantabrigiæ & Profeſſione Greshamenſi: hinc medicinam aliquandiu fecit Lynni in Norfolcienſi comitatu, 1697. 19. Jul. Rector Nortoni & Swantoni in eadem provincia, †. 1708.

§. 1190. Poſt 1690: *Richardus Carr*, cujus extant Epiſtolæ medicinales. *Samuel Dale*, Pharmacopœus, Societ. Regiæ ſodalis, celebris ob ſuam Pharmacologiam Latinam. *Adam Littleton*. *Wilhelmus Cockburne*, M. D. medicus Claſſiar. Collegii Med. Lond. & Societatis Reg. Socius, adhuc 1732. ſuperſtes: cujus prodiit Oeconomia Animalis, & libri Anglici de morbis Nautarum, de Gonorrhœa virulenta, de Fluxu Alvi, cæt. *David Gregorius*, Aberdeenâ-Scotus, A. Mag. Edinburgi creatus, ibidemque Profeſſor Mathem., Oxonii incor-

incorporatus A. Mag. & conſtitutus Prof. Aſtron. Savilianus, 1691. 6. Feb. eod. a. 18. Feb. M. Bacc. & D. idem poſtea Societatis Reg. Lond. membrum. *Johannes Pechey*, qui ſcripſit Anglice Herbarium Pharmaceuticum, Introductionem in artem Medicam, de Apoplexia & convulſione, cæt. Latine Promtuarium Praxeos medicæ, aliaque. *Johannes Caſe*, cujus prodiit Compendium Anatomicum. *Foreſtus*, Scotus, cujus extat Anglice methodus Curandi Febres.

§. 1191. *Richardus Adams*, M. D. Principalis Aulæ Magdalen. Oxon. 1693. *Jacobus Petiver*, Regalis Soc. membrum, Pharmacopœus, †. 1718. cujus prodiere, Gazophylacii Naturæ & Artis centuriæ 10, Aquatilium animalium Amboinæ icones & nomina, Herbarium Anglicum, cæt. *Bartholomæus de Moor*, M. D. clarus ob ſuas cogitationes de Inſtauratione Medicinæ, & Pathologiam Cerebri. *Henricus Ridley*, M. D. Collegii Med. Lond. Socius, edita Cerebri Anatome multum laudis promeritus. *Andreas Brown*. *Wilhelmus Wall*. *Nathanael Lacy*. *Leonardus Plukenetius*, M. D. Reg. Societ. membrum, †. poſt initium ſæculi 18; cujus clara ſunt opera botanica, nominatim Phytographia 3. tomis, Almageſtum, hujus Mantiſſa, & Amaltheum.

§. 1192. *Archibaldus Pitcarne*, Edinburgenſis, natus 1652. 25. Dec. primum Theologiæ, tum Jurisprudentiæ, tandem, quum in tabem inclinaret, ſed integram tamen valetudinem Monspelii

recuperaſſet, Mathematum & Medicinæ ſtudiis Edinburgi & Pariſiis mancipatus, factusque M. D. & 1692. Profeſſor Leidenſis, a. ſequente Edinburgum reverſus, ibi †. 1713. 20. Oct. qui medicinam ad Mathematicam evehere demonſtrationem magna cum gloria conatus eſt, unde nata ſunt ipſius Elementa medicinæ Phyſico-Mathematica, Diſſertationes varii Argumenti, cæt. *Johannes Colbatch*, ex Pharmacopœo medicus, qui multa Anglice compoſuit. *Wilhelmus Welwin*. *Bernhardus Connor*, Hibernus, M. D. Societatis Reg. membrum, peregrinatus per Galliam, Italiam, Germaniam, & Poloniam, factusque Johannis III. Reg. Polon. Archiater, unde 1696. in Angliam rediit, †. 1698. 30. Oct. æt. a. 33. cujus celebres ſunt libri, Hiſtorica relatio de Polonia, Anglice conſcripta: Evangelium Medici, de Miraculis ſcilicet cum ratione conciliandis: Diſſertationes medico-phyſicæ, cæt. *Paſchall*. *Wilhelmus Oliver*, M. D. Societ. Regiæ membrum.

§. 1193. *Johannes Woodward*, ex provincia Derbyenſi, natus 1665. 1. Maji Nobili familia, ætatis a. 16. circiter primo quidem Linteorum textori Londini in diſciplinam datus, (ut fertur) ſed mox in domo *Petri Barwick*, M. D. per 8. annos & ultra ſtudiis Philoſophiæ, Anatomiæ, Medicinæ, cæt. addictus, primum Londini, deinde Sherburni in Gloceſtriæ comitatu: 1692. (1693.) 13. Jan. Med. Profeſſor in Greshamenſi Coll. 1693. 30. Nov. in Societatem Reg. Lond. cooptatus, 1695. literis Patentibus Archiepiſcopi Cantuar. Teniſon,

d. 4.

d. 4. Feb. M. D. creatus, & a. ſequente eodem gradu admiſſus Cantabrigiæ, ſimulque factus ibidem Collegii Pembrok. Socius: 1698. 25. Jun. Collegii Med. Lond. Candidatus, 1702. 22. Mart. Socius: †. 1728. 25. Apr. legatis Academiæ Cantabrigienſi binis rerum Foſſilium Angliæ Muſeis, fundatisque in eadem Univerſitate quatuor per annos ſingulos Lectionibus ſuper ſuam Naturalem Telluris Hiſtoriam, & Statum Medicinæ: editisque pluribus libris, qui ſunt, Specimen Naturalis hiſtoriæ Telluris & corporum terreſtrium, ſpeciatim Mineralium, Anglice, deinde a. J. J. Scheuchzero Latine converſum, qui liber ipſi controverſias ſuscitavit cum *Mart. Liſtero*, *Robinſono* Rectore Ousbyenſi, *Joh. Arbuthnot*, M. D., *Leibnitio*, *Cupero*, cæt. defenſorem vero *Joh. Harris*: Naturalis hiſtoria telluris illuſtrata & aucta, una cum ejusdem defenſione, præſertim contra nuperas objectiones El. Camerarii; accedit Methodica Foſſilium in claſſes diſtributio, item ſyllabus rerum corrigendarum in geographiæ phyſicæ Woodwardianæ verſione Scheuchzeriana, 1714, Lat. Status Medicinæ & Morborum, cum inquiſitione in cauſas nuperi eorum incrementi, magis autem ſpecialiter Variolarum, cum animadverſionibus in novam methodum Purgandi in hoc morbo, 1718, Angl. (quo Vomitoria ad omnes fere morbos tollendos laudavit,) contra *Joh. Freindium*, qui ſub nomine Dr. *Byfielde* reſpondit, novusque Woodwardi adverſarius prodiit *Johannes Quincy*, M. D. & alii: mox poſt obitum ejus prodierunt Angl. Foſſilia omnis generis in Methodum digeſta, & Catalogus Foſſilium collectionis

Woodwardianæ: plurima vero Manuſcripta 1726. 9. Feb. quum valetudinem ſuam declinare perciperet, *Antonio Taylor*, M. D. ſecum viventi, poſtea (1740 adhuc) in oppido Bridgwater artem agitanti, tradidit arcæ includenda, mandavitque executoribus ultimæ ſuæ voluntatis, ut confeſtim a ſua ſepultura concremarentur: præterea de Antiquitatibus, Urnis ſepulcralibus, cæt. quædam ſcripſit. Dr. *Wittie*, Reg. Societatis membrum. *Baſilius Wood*, Chirurgus. Dr. *Gwither*, in Hibernia, ut videtur, degens. *Edwardus Baynard*, M. D. Collegii Med. Lond. Socius. *Henricus Sampſon*, M. D., Collegii Med. Lond. Socius.

§. 1194. *Edwardus Smith*, M. D., membrum Societ. Reg. *Carolus Bernard*, ex Soc. Reg. Chirurgus, ut videtur. *Carolus Preſton*, M. D. *Samuel Doudy*, Pharmacopola, Societatis Reg. ſodalis. *Carolus Morley*, M. D. *Richardſon*, M. D. *Wilhelmus Gibbons*, M. D. Soc. Med. Lond. ſodalis. *Robertus Taylor*, Pharmacopola in Hitchin, in comitatu Hertford. *Benjamin Allen*, M. D. *Robertus Mawgridge*, Chirurgus quondam nauticus.

§. 1195. *Johannes Keill*, Scotus, natus circa 1671, Oxonii Collegii Balliolenſis Socius, factus ibid. A. Bacc. & Mag., nec non Regiæ Societ. Lond. membrum, & M. D. ſub Anna Regina & deinde ad a. 1716. usque literarum arcanis notis exaratarum interpres, (dechifreur,) 1709. in Novam Angliam pro Theſaurario profectus, poſt reditum Ox. 1712. Profeſſor Aſtron. Savilianus, ubi etiam primus lectiones generis Experimentalis habuit; †. 1721. extr.

extr. edito Anglice examine Theoriæ Telluris T. Burneti, adjectis animadverſionibus in W. Whiſtoni novam Theoriam Telluris: lectionibus philoſophiæ Experimentalis: Lat. introductione in veram Phyſicam; cæt. pluribusque Mathematicis, Aſtronomicisque. *Jacobus Keill*, præcedentis frater, natus 1673, itineribus factis, Anatomen Oxonii & Cantabrigiæ ſummo cum applauſu inſtituit, poſteriore loco creatus M. D., hinc Northamptoni celebrem praxin conſecutus, idem Societatis Reg. Lond. collega; †. 1719. ex carcinomate oris, cælebs: cujus laudatiſſima ſunt ſcripta, fere Anglica, ſed in alias deinde linguas converſa, Compendium Anatomicum, Tentamina medico-phyſica, Medicina Statica Britannica, cæt. *Johannes Thomas de Woolhouſe*, celebris medicus Ocularius Pariſinus, qui de Cataractæ generatione graves lites cum Laur. Heiſtero geſſit. *Johannes Arbuthnot*, M. D. Regis medicus Ordinarius, Collegii Med. Lond. & Societatis Reg. membrum. *Nathanael Wood*, M. D. artem Kilkenni Hiberniæ exercens. *Joſephus Jackſon*, cujus Enchiridion medicum theoretico-practicum perſæpe typis exſcriptum eſt.

§. 1196. *Chriſtophorus Pitt*, M. D. *Buckley*, Chirurgus primarius in munimento S. Georgii. *Samuel Brown*, Chirurgus ibidem. *Johannes Fryer*, M. D. Cantabrigienſis Fac., Reg. Societ. Lond. membrum, qui relationem Itinerum ſuorum in India Orientali & Perſia ab a. 1672. ad a. 1681. edidit. *Cay*, M. D. *Wilhelmus Clerk*, Chirurgus. *Jacobus Cuningham*, Chirurgus, Societ. Reg. ſocius.

cius. *Philippus Lloyd*, M. D. *Proby*, Chirurgus. *Jacobus Brewer*, M. D.

§. 1197. *Wilhelmus Sherard*, Collegii S. Johannis Bapt. Oxon. Socius, Botanices ſtudioſiſſimus, quam in binis per plures Europæ regiones itineribus excolere perrexit, deinde item in Oriente, quum poſt reditum factus eſſet Conſul Anglorum Smyrnenſis: idem M. D. (aliis dicitur Jur. D.) & Societatis Reg. Lond. Socius; †. poſt 1721. fundata Oxonii Profeſſione Botanices, & manuſcriptis ſuis ejus Profeſſori Joh. Jac. Dillenio relictis: ipſe libros aliorum, ut Pauli Hermanni, Joh. Raji, Sebaſt. Vaillant, ediderat, vel editionem adjuverat. Ejus frater *Jacobus* pariter pro bono Botanico laudatur. *Johannes Wallace*, M. D. Societ. Reg. Socius. *Jacobus Burrough*, M. D. *Petrus Silveſtre*, M. D. Collegii Med. Lond. & Societatis Reg. membrum, nunc in Italia. *Thomas Greenhill*, Chirurgus. *Chriſtophorus Hunter*, de Newcaſtle, M. D.

§. 1198. Dani; poſt 1650.: *Chriſtianus Oſtenfeld*, Wiburgâ-Jutus, natus 1619. 14. Sept. 1640. Hafniæ Philoſ. Baccal. tum, poſtquam in Examine Theologico approbatus eſſet, ad exteros profectus, primum in Batavia annum ſubſtitit, inde Angliâ ſalutatâ, Pariſios 1641. extremo venit, poſt annum Scholæ Wiburgenſis Conrector & Canonicus Cólſenſis: 1643. Philoſ. Mag. 1647, abdicato munere Wiburgenſi, Ephorus Comitum Holkiorum in itinere Belgico, Germanico, Helvetico, Sabaudico, Italico, Gallico, per triennium: 1651. vere ter-

tertium profectus in Belgium, Germaniam, ubi Tubingæ Panegyricum ad Ducem Eberhardum pro reſtituta academia publice habuit, hinc Venetias, denique Patavium, ubi factus Nationis Germanicæ Conſiliarius, & 1654. Kal. Dec. Proſyndicus Juriſconſultorum, ſtatuâ ob id munus geſtum marmorea decoratus, cæterum Med. ſtudiis addictus, & 1655. 19. Maji creatus M. D. tum 1656. 23. Jan. Hafniæ Med. Profeſſor, quod munus 18. Apr. ſuſcepit: 1657. Rector Acad. & exacto anno ſuo Prorector, 1662. Bibliothecarius Acad.: idem poſtea Judicii Supremi Aulici Aſſeſſor, & variis negotiationibus Status adhibitus: †. 1670. 31. Aug. edito Prodromo exercitationum de Fundamentis medicinæ, aliquot Orationibus publice dictis, cæt. *Henricus Schmidt*, cujus extat Medicina Danica. *Eraſmus Bartholinus*, Caſpari filius, Thomæ frater, natus 1625. 13. Aug. Roeskildiæ; 1644. Hafniæ Philoſ. Bacc. tum Med. ſtudiis Mathematicisque devotus ibi & 1646. Leidæ, 1647. Hafniæ Philoſ. Mag., & habitâ pro medicinali ſtipendio disputatione, in Bataviam reverſus, ubi, ſalutatâ paulisper Anglia, maxime Leidæ triennium exegit, totidem fere ab a. 1650. in Gallia, potiſſimum Pariſiis, 1653. Patavium profectus, ubi 1 ½ ann. commoratus, electusque Nationis Germanicæ Conſiliarius & Univerſitatis Proſyndicus, 1654. M. D.: deinde certis intervallis Romæ, Neapoli, Florentiæ, Veronæ transactis, 1656. Hafniæ Profeſſor Geometr. deſignatus, per Tyrolim, Bavariam, Sueviam, Helvetiam, Galliam, Angliam, Flandriam, Hollandiamque rediit in patriam, & 1657. 11. Feb. munus demandatum

adiit:

adiit: eodem a. menſe Jun. etiam Profeſſor Med. tertius ordinarius: 1675. Supremi Tribunalis Aſſeſſor, 1684. Conſiliarius Juſtitiæ, 1694. Conſiliarius Status; †. 1698. 5. Nov. editis multis libris maximam partem Mathematicis, phyſicisque, nonnullis medicis, ut de Aëre Hafnienſi, de corporum Poris & Conſuetudine, cæt. *Henricus Preusſmann*, M. D. Roeskildiæ. *Jacobus Holſt*, Tonninga-Eidoraſtadius, Hafniæ circa 1653, itemque in exteris locis, Matheſi & Medicina excultus, factus M. D., artem primum Huſæ, poſtea in oppido natali per 20. circiter annos profeſſus, †. ante a. 1680, ut creditur: editis, præter Aſtronomica Chronologicaque, Epiſtolis aliquot medicis, protropio doctrinæ novæ de Febribus, diſſertatione de Flammula Cordis; manuſcriptis relictis aliis, præſertim Corn. Celſo emendato, & triplici commentario, medico, philologico, & grammatico, illuſtrato, cujus ſpecimen Joh. Henricus a Seelen in Athenis Lubec. exhibuit.

§. 1199. Poſt 1660.: *Nicolaus Stenonis*, Stenonius, Steno, Hafnienſis, natus 1638. Kal Jan. (novo ſtilo 10. Jan.) ſtudiis Med., maxime Anatomicis & Phyſico-Mathematicis primum in patria academia cultis, 1660. Amſtelædami, ſequente triennio Leidæ eadem perſecutus, 1664. Pariſios digreſſus, poſt biennium Vindobonam, in Hungariam, denique in Italiam, ubi poſt Romam aliaque loca viſa, conſtitutus a Ferdinando II. M. Duce Hetruriæ Archiater circa 1667, a Cosmo autem III. ſui filii Præceptor, tum 1669. publice ad Eccleſiam

cleſiam R. Catholicam transgreſſus: paulo poſt a Rege Dan. Friderico III. in patriam academiam revocatus, infecta tamen re, quia libertatem religionis poſtulabat: ſed mandato a Rege Chriſtiano V. 1672. renovato, & libertate illa conceſſa, venit Hafniam & Anatomiæ Profeſſionem ſuſcepit: quam tamen iterum deſeruit, a. 1677. Florentiam reverſus, neque diu poſt Sacerdos, & Epiſcopus tit. Titiopolis creatus; mox, quum a Duce Hannoverano Johanne Friderico in aulam vocaretur, Apoſtolicus Vicarius in provinciis ſeptentrionalibus: hoc Duce 1679. defuncto, Monaſterium digreſſus, & eo quoque Principe, Ferdinando Fürſtenbergio, rebus humanis erepto, Hamburgum, ut Miſſionanarius, inde vero a Lutheranis Sacerdotibus pulſus, tandem Suerinum Megapolenſium, ubi †. 1686. 25. Nov. vir, quantum ad medicinalem diſciplinam attinet, inventis, ut novo Ductu Salivali, (de quo litem cum Ger. Blaſio habuit,) ſcriptisque Anatomicis & Phyſico-Mathematicis ubique ſummam gloriæ laudem aſſecutus: ſunt autem ea ſcripta, Obſervationes Anatomicæ: de Muſculis & Glandulis ſpecimen obſervationum, cæt. Elementorum Myologiæ ſpecimen: diſſertatio de Cerebri Anatome, Pariſiis habita: prodromus libri de Solido intra ſolidum naturaliter contento: Obſervationes in Actis Hafnienſibus extantes, cæt. *Jacobus Henricus Pauli*, Hafnienſis, Simonis Med. Prof. & Archiatri filius, poſt medicinam Hafniæ cultam & itinera 1658. inſtituta, 1662. menſe Majo Hafniæ Profeſſor Anat. 1664. Hiſtoriarum, 1665. cum titulo Hiſtoriographi Regii iterum ad exteros profectus,

ctus, deinde Politicis muneribus amplis admotus, adeoque 1697. Nobilibus adſcriptus, addito nomine *de Roſenſchild*, cæt. in medicina ejus prodiit Anatome Anatomiæ Bilſianæ: ediditque Bellini obſervationes de ſtructura renum, cæt. idem Carminibus quoque Latinis felix. *Olaus Borrichius*, natus in pago Borchen, Ripis Cimbriæ vicino, 1626. (a quo poſtea nomen aſſumſit Borrichii, quum pater ipſius Olaus Claudii vocaretur,) 7. Apr. tum die Crucifixionis Chriſti: ab a. 1644. Hafniæ ſtudiis Humanitatis, Philoſophiæ, & Medicinæ deditus, 1650. urbanæ Scholæ Hafn. Claſſis Sextæ Præceptor & Canonicus Lundenſis, 1654. Rectoris Herlovienſis Scholæ munus detrectavit, 1656. Joachimi de Gerſtorf, Primarii Regiorum negotiorum Adminiſtri, filiorum Ephorus, & Laboratorii Chemici præfectus: 1660. 12. Jul. Profeſſor Philologiæ Ordinarius, Botanices & Chemiæ Extraord. pro qua ſparta diſputavit 27. Oct. ſacramentum dixit 3. Nov. tum, venia data, ipſis Martinalibus iter exorſus per Hamburgum in Bataviam, ubi Gerſtorfii juvenes iterum ipſius fidei concrediti ſunt: quibuscum 1663. per Flandriam Brabantiamque perrexit in Angliam, hinc eodem a. Auguſto adulto in Galliam, ubi Pariſiis biennium egit, interea Andegavi gradu M. D. aſſumto, Gerſtorfiisque Daniam reverſis: hinc 1665. Italiam petiit, unde 1666. reditu in patriam facto, menſe Nov. advenit, muneribusque obeundis intentus, poſtea etiam Profeſſor Med. Ordinarius conſtitutus eſt, Philoſ. Ordinis Decanus per 12. annos continuos, Acad. Rector 1675. & 1681, Bibliothecæ Præfectus ſuperior

perior ab a. 1681. ad 1690.: idem mox poſt reditum Medicus Regius Aulicus, 1686. Supremi Tribunalis Aſseſſor, 1689. Conſiliarius Cancellariæ; †. 1690. 3. Oct. cælebs, fundato Collegio Medico pro 16. Studioſis, editisque pluribus libris eximiis, qui ſunt, præter Philologica, Poëtica, Antiquaria, Hiſtorico-Literaria, cæt. diſſertatio de ortu & progreſſu Chemiæ: Hermetis, Ægyptiorum, & Chemicorum ſapientia ab Herm. Conringii animadverſionibus vindicata: Lingua Pharmacopœorum: Conſpectus Scriptorum Chemicorum: de Somno & Somniferis: de uſu Plantarum Indigenarum in medicina; pluresque Dispp. item Obſervationes in Actis Hafnienſibus & Ephemeridibus Naturæ Curioſorum, cæt. *Caſpar Bartholinus*, Thomæ filius, Profeſſor Anat. Hafnienſis, poſtea Conſiliarius Regius, inventor novi Ductus Salivalis, quem A. quoque Q. Rivinus circa eadem tempora detexit: pluriumque ſcriptorum autor, ut ſunt, præter Antiquaria, Diaphragmatis ſtructura nova, item modus novus præparandi viſcera per Injectiones liquorum: Adminiſtrationum Anatomicarum ſpecimen: de Ovariis Mulierum & Generationis hiſtoria: Exercitationes miſcellaneæ varii argumenti, inprimis Anatomici: ſpecimen Hiſtoriæ Anatomicæ partium corporis humani: Inſtitutiones med. cæt. *Georgius Hannæus*, Othinio-Danus, v. in Acad. Naturæ Curioſor. a. 1684.

§. 1200. Poſt 1670.: *Johannes Sterpinus*, cujus prodiit Trifolium medicum, tribus tabulis medicinam univerſam oſtendens. *Oliger Jacobæus*,

 Arhu-

Arhuſiâ-Cimber, natus 1650. 6. Jul. ſtudiis Hafniæ agitatis, atque itineribus per Germaniam, Galliam, Italiam, Hungariam, Belgium, Angliam factis, Med. & Philoſ. Profeſſor Hafn. 1680, deinde Regii Gazophylacii Præfectus, Conſiliarius Juſtitiæ 1698, †. 1701. 18. Jun. qui ſcripſit compendium Inſtitutionum medicarum: de Ranis & Lacertis, Muſeum Regium ſ. catalogum rerum in eo naturalium & artificialium, cæt. Poëmata quoque & Orationes. *Thorkillus Arngrim. Lucas Jacobi* vel *Jacobſon Debes*, A. Mag. & Eccleſiarum in inſula Feroe Præpoſitus, medicarum quoque & naturalium rerum ſtudioſus.

§. 1201. Poſt 1680.: *Petrus Kylling*, qui Viridarium Danicum edidit, rarum inventu. *Nicolaus Seerup*, Ripenſis, qui ſcripſit Hafniæ contra Burcher. de Volder, J. B. Helmontium, Frid. Hoffmannum patrem; †. ut Profeſſor Med. & Philoſ. Hafn. deſignatus, Pariſiis 1691. menſe Nov. *Nicolaus Grimberg*, qui ſcripſit Obſervationes Anatomico-Practicas, & Germanice de Calculo renum & veſicæ. Poſt 1690.: *Johannes Gailhard. Georgius Seerup*, Nicolai modo dicti frater, natus Ripis 1660. 13. Sept. ſtudiis Hafniæ duce potiſſimum Borrichio cultis, 1680. Scholæ Ripenſis Præceptor, 1686. Fridericianæ Rector & Philoſ. M., 1693. Rector Ripenſis: Praxi med. ſimul inclareſcens, ita ut 1698. in conſilium ad Regem Chriſtianum V. curandum adhiberetur, hinc 1699. ult. Mart. Profeſſor Philoſophiæ & Metaphyſicæ unaque Collegii Med. Adjunctus deſignaretur, & 2. Dec. conſtitueretur,

1700.

1700. 18. Mart. M. D. ſed mox †. 22. Maji; qui disp. inaugurali vindicavit ſaccharum Saturni & Mercurium Lithargyrii ab animadverſionibus Joh. Vict. Jægerſchmidii. *Chriſtophorus Hemmer*, Ripenſis, natus 1664, Med. ſtudia Hafniæ, Leidæ, & 5. annorum itinere per Belgium, Angliam, Galliamque perſecutus, 1694. Poliater Ripenſis deſignatus, 1695. ibidem ædis cathedralis Canonicus, eodem a. menſe Jul. Hafniæ M. D. †. 1715. *Georg. Frid. Francus de Frankenau*, v. inter Proff. Heidelberg. & Witteberg. *Franciſcus Monck*, Chiliarcha Militaris Danicus, ſed qui medicinæ quoque faciendæ ſe immiſcuit in Batavia, Plœnæ, Hamburgi, cæt. venum expoſitis datisque ſuis Panaceis, quas etiam adverſus J. H. Jüngkenii cenſuram ſcripto defendere aggreſſus eſt Germanico; †. Hagæ Com. 1705. æt. a. 84.

§. 1202. Sueci; poſt 1650.: *Olaus Rudbeck*, natus Aroſiæ in Weſtmannlandia 1630. antiqua Nobili familia, med. ſtudiis in patria agitatis, profectus in Bataviam, quum a Regina Chriſtina propter Anatomicam dexteritatem nummorum ſumma donatus eſſet: poſt reditum Upſaliæ Hortum ipſe medicinalem inſtituit, ſcholasque Botanicas, hinc ibidem aliquanto poſt Profeſſor Botan. & Anat. in locum *Johannis Franckii*: idem non diu poſt Rector Acad., & hoc munere vix depoſito Curator Univerſitatis perpetuus; †. 1702. menſe Sept. cujus prodierunt, exercitatio anatomica exhibens ductus novos Hepaticos Aquoſos & vaſa glandularum Seroſa, de quo Lymphaticorum vaſorum invento

deinde cum Thoma Bartholino ejusque amicis, ſcriptis pluribus certavit: Catalogus plantarum Horti acad. Upſalienſis: Campi Elyſii liber 2., reliquis non emiſſis, ſed cum ipſo Typographeo proprio incendio deletis, cæt. præter celeberrimum opus Atlanticæ ſ. Mannheim.

§. 1203. Poſt 1660.: *Petrus Hofwen. Nicolaus Witte a Lilienau*, Rigenſis, Archiater Regius & Rigæ Protophyſicus, †. 1688. 5. Jan. æt. a. 70. editis aliquot ſcriptis medicis, item Poëmatibus Latinis, Græcis, Germanicisque. *Hermannus Nicolaus Grimm*, Wisbyâ-Gothlandus, Chirurgi Regii filius, natus 1641. 1662. in Batavia a Medicis & Chirurgis examine probatus, hinc 1663. in Novam Zemblam miſſus, inde redux in bello Britannico Chirurgus Claſſiarius, tum 1666. in peſte Batavica praxin med. aggreſſus, 1671. medicus Societatis Batav. in India Orient. 1680. Norimbergæ in Collegium Med. cooptatus, (referente Joh. Mollero, apud Willium tamen non occurrit,) 1682. iterum in Indiam Orient. profectus, ſed mox reverſus, 1683. medicus Südermanniæ provinciæ in Suecia, 1685. ComitisOſtfriſiæ, civitatisque Auricenſis, poſthæc Tonningæ ejusque Præſidii militaris per 1. aut 2. annos, tum Gothlandiæ per 5. annos, denique 1706. Poliater Stockholmenſis ex mandato Regio; cujus extant, compendium Medico-Chemicum: Laboratorium Ceylonicum, Belgice primo editum, deinde a Bartholom. Pielat Lat. ſub tit. Theſauri inſulæ Ceyloniæ medici: Obſervationes 31. in Ephemeridibus Acad. Nat. Curioſorum,

ſorum, de rebus maxime naturalibus Indiæ Or. Obſervationes 3. ſimiles in Actis Hafnienſib. Obſervationes 6. practicæ in Steph. Blancardi Collectaneis Belgicis. *Urbanus Hiærne*, Nobilis Ingermannlandus, M. D. Andegavi creatus, deinde Reg. Suec. Archiater, Collegii rei Metallicæ Aſſeſſor, Laboratorii Chemici Regii Director, Societatis Reg. Londinenſis Sodalis, tandem Præfectus Provincialis, (Landshauptmann,) †. 1724. 22. Mart. æt. a. 83. editis multis libris partim Latinis partim Suecicis, ad Medicinam, Chemiam, Hiſtoriam patriæ Naturalem, rem Metallicam, Oeconomiam, Linguam & Poeſin Suecanam, cæt. pertinentibus: numo quoque in ejus honorem cuſo.

§. 1204. Poſt 1670.: Dr. *Durier* vel *Du Rieds*, (niſi perperam ſcriptum eſt nomen,) Reg. Suec. Archiater. *Elias Fillands*, qui dedit Catalogum Plantarum circa Aboam provenientium. *Andreas Kempe*, Weſtrogothus, commemorandus ob editam Suecice Anatomiam Abietis, qua oſtendere aggreſſus eſt, omnibus gentibus ſua ſuppetere medicamenta indigena; cæterum e milite & rei tormentariæ adminiſtro medicaſter, Suecia & Norvagia poſt 8. annorum praxin ejectus, Hamburgum circa 1675. venit, inde, quum poſt alias nugas, Judæis quoque novum converſionis ſuæ evangelium ſcripto 1688. propoſuiſſet, in eoque Chriſtum & Sacrum Codicem parum reverenter habuiſſet, ejectus, †. Altonæ 1689. *Bernhardus Below*, Roſtochienſis, Regis & Reginæ Suec. Archiater, Collegii Medici Regii Holm. Præſes.

§. 1205. Poſt 1680.: *Olaus Bromel*, ex Nericia, M. D., Bahuſienſis Præfecturæ & Gothoburgenſis civitatis Medicus, cujus prodiit Lupulologia Suecice: & Catalogus Stirpium circa Gothoburgum naſcentium, ſ. chloris Gothica: de Lumbricis terreſtribus eorumque proprietatibus & uſu. *Johannes Martinus Rotlöben*, Holmia-Suecus, Leidæ 1679. M. D. 1693. Regis Sueciæ Archiater Aulicus, 1698. Nobilium Ordini adſcriptus, †. 1701. ult. Feb. in caſtris Livonicis. Poſt 1690.: *Jacobus Fridericus Below*, Bernhardi filius, natus Holmiæ 1669. menſe Mart. Ultrajecti 1691. 10. Jun. M. D., hinc arte Holmiæ aliquandiu exercita, 1695. Upſaliæ habita disp. de Naturæ, Artis & Remediorum in curando neceſſitate, eodem a. menſe Jun. Dorpati Profeſſor Med. 1696. Rector Acad., 1697. 30. Dec. Lundæ Prof. Med. 1705. ibid. Rector, eodem a. ad Exercitum in Saxoniam a Rege accitus, 1709. in prælio ad Pultavam captus, †. 1716. menſe Mart. Moſcuæ in ſuburbio Germanorum, ubi praxin celebrem exercuerat.

§. 1206. *Johannes Jacobus von Döbeln*, Roſtochienſis, patris homonymi Profeſſoris filius, natus 1674. 29. Mart. ſtudiis in patria, (hic quoque circa 1690. *Joh. Gerdes*, M. D. & P. P. opera uſus,) Hafniæ, & Regiomonti actis, 1693, poſtquam Gedani ſectionibus aliquot Anatomicis inſtitutis patronos erat nactus *Ottonem Dietericum Vœgeding*, M. D. & Protophyſicum, & *Chriſtophorum Gottwald*, Phyſicum, hujus commendatione factus Nicol. Grudzinshi de Grudna, Staroſtæ Golubienſis, Grubovienſis, cæt. medicus Ordinarius Varſa-

Varſaviæ: 1694. Roſtochii Med. Lic. 1695. 18. Apr. M. D. una cum *Henrico Anhalt*, Aulæ Haſſo-Homburgenſis medico & Circuli Neo-Ripenſis, (an Ruppinenſis?) Phyſico, *Jacobo Bartholomæi*, Parchimenſi, & *Johanne Chriſtophoro Gottwald*, Gedanenſi; (eodem a. 22. Jan. pro Gradu M. D. diſputavit *Matthæus Bartholomæus*, Arnſtadio-Thuringus, Praxin Suerini exercens;) 1696. Varſaviam repetiturus, Salis fodinas Cracovienſes luſtravit, ſed menſe Aug. Visjmariam profectus, inde Gothoburgum Suecorum abiit: 1697. menſe Majo Holmiæ Medici Collegii Regii poſt examen receptus Aſſeſſor, 31. Maji medicus Ord. civitatis Gothoburgenſis & Bahuſiæ provinciæ, quod munus nunc primum creatum eſt: 1698. veniâ conceſſa in Bataviam Belgiumque profectus, interim Regiis literis d. 17. Maji medicus Scaniæ Provincialis conſtitutus, quapropter reditu maturato menſe Jul. Malmogiam venit: 1709. 30. Dec. medicus Exercitus Suec. in Scania: 1710. 24. Maji Med. Profeſſor Lundenſis, 1717, 1729. & 1742. Acad. Rector: 1716. Nobilium vel Equeſtri Ordini adſcriptus, 1733. 4. Dec. Societatis Scientiarum & Literarum Upſalienſis membrum, 1735. 8. Id. Jun. Academiæ Nat. Curioſ. Collega dictus *Demarchus*; †. 1743. æt. a. 69.: cujus ſunt, hiſtoria Penis Cancroſi feliciter reſecti: hiſtoria Inediæ diuturnæ Eſtheræ Norre-Obyenſis, de qua pluribus ſcriptis ſingularibus repetis vicibus egit: hiſtoria Academiæ Lundenſis: compendium Phyſiologiæ medicæ Anatomicis demonſtrationibus illuſtratæ, cæt. adhæc plures Dispp. & aliis libris inſertæ Obſervationes: idem in novo

Amphitheatro Anatomico publico, 1736. menſe Maji inaugurato, primas eodem tempore demonſtrationes peregit.

§. 1207. Profeſſores Lundenſes Medici: *Chriſtophorus Roſt*, M. D. ante & poſt academiam inauguratam Bibliothecæ Capituli Præfectus, deinde Med. Practicæ Profeſſor, idemque Primarius Canonicus Lundenſis, Reg. Archiater Honorarius, Generalisque per Scaniam Gubernamenti medicus Ordinarius: Rector Acad. 1669. †. circa 1685. *Nicolaus Wichmann*, M. D. Leidæ creatus, deinde artis exercitationi Hafniæ deditus: idem Canonicus Lundenſis; †. 1668. 2. Mart. *Erasmus Sack*, poſtea Nobilis *Sackenſkiöld*, natus Giesſæ Haſſorum 1633. (forte rectius 1631.) 23. Aug. Med. ſtudiis Regiomonti & Marpurgi agitatis, a. æt. 23, quum in itineribus Hafniam perveniſſet, Legati Suecici Magni Durell filii factus comes ad Aquas Spadanas, quo Bruxellis mortuo, iterum Hafniæ ſtudia proſecutus eſt, deinde Leidæ per triennium, ibi etiam M. D. creatus: tum ibidem alterius Durelli filii ſtudiis præfectus, & cum hoc Germaniam, Italiam, Helvetiam, Galliam emenſus: 1668. 14. Mart. Profesſor Anat. & Botan. Lundenſis, quam ſpartam adiit, quum ætatis annum 37. attigiſſet: bello deinde Danico in captivitatem abductus, poſt liberationem vero Regius in Aula Archiater, at ſancita pace ad academicos labores reverſus, deinde Nobilitatis inſignibus ac privilegiis ornatus: Acad. Rector 1673, 1683, 1693.: †. 1697. 1. Sept. *Chriſtianus Foſſ*, M. D. & Canonicus Lundenſis, 1669. 20. Feb. Prof. Med. Honorarius, 1671. 31. Jan. Facultatis Med. Aſſeſſor

ſor in locum Wichmanni: 1672. 31. Jan. Academiæ Curator: idem Dicaſterii Regii Junecopenſis Aſſeſſor.

§. 1208. Poloni, poſt 1650.: *Martinus Bernhardi de Bernitz*, cujus prodiit Catalogus plantarum in Hortis Regiis Varſaviæ: faſciculus Remediorum Ant-Arthriticorum in curatione Regis Uladislai IV. adhibitorum, cæt. *Aaron Alexander Olizar*, ex Ruſſia, primum Poſnaniæ alibique Theol. ſtudiis addictus, deinde Græcii Styriæ Magiſter creatus, hinc Ingolſtadii Medicam diſciplinam ſecutus, poſtea ibidem Jurisprudentiam, factusque J. U. D., denique Patavii iterum ad ſtudium Medicinale converſus, & tandem Regiomonti inter a. 1654. & 58. ex commendatione Principis Radzivilii, poſt rigoroſum bidui examen & impreſſum ſpecimen, diplomate M. D. donatus. Poſt 1680.: *Johannes Woyna*, v. §. 1091. *Janus* ſ. *Johannes Abrahamus a Gehema* vel *Gehma*, Eques Polonus, Jacobi Staroſtæ & Cubicularii Regii filius, a ſtudiis ad Oeconomiam ruralem & militiam abſtractus, factusque Centurio & Equitum Magiſter, quibus militaribus ſtipendiis in Bataviam delatus, Leidæ & Trajecti ad Rh. ſtudia recolere cœpit, Carteſii præſertim doctrinâ, magiſtro Henr. Regio, delectatus: tum abdicatis muneribus militaribus, virili jam ætate Medicinam addidicit, in ea potiſſimum Bontekœum ſecutus, creatus quoque M. D., hinc artem exercuit in Holſatia, ubi pluribus annis cohortium aliquot Danicarum medicus fuit Caſtrenſis; Hamburgi, in Aula Guſtrovienſi ab a. circiter 1688. ad 1695, & Berolinenſi, a Rege Pruſſiæ in Archiatrorum adeo nume-

rum adſcitus, unaque Fiſcalis Heraldicus in Scientiarum Academia conſtitutus: idem quoque titulo Conſiliarii Medicique Extraordinarii Regis Polon. cohoneſtatus: ediditque permultos libros, quorum aliqui ſæpius recuſi, & ab aliis annotationibus illuſtrati, quidam confutati: ſunt autem partim Latini, ut epiſtola de Plica Polonica, Obſervationes medicæ, Diætetica vera, cæt. partim Germanici, ut, probe inſtructus medicus Caſtrenſis, & plures ad medicinam militarem pertinentes: Obſervationes Chirurgicæ: Pharmacopola reformatus: Nutrix provida: Archiater neceſſariis dotibus inſtructus: Remedia medicorum crudelia & internecina Miſſio ſanguinis, Scarificatio, Clysmata, Purgatio, cæt. Nobilis Theæ potus: Diætetica Rationalis, methodus curandi Febres 22. annis probata, ſine ſanguinis miſſione, purgatione, cæt. & plures alii, præter Verſiones, vel aliorum libros editos, vel Heraldicos proprios, denique Manuſcriptos. Judæus unus occurrit circa 1670, *Samuel Abatz* ben Iſaac, Hamburgenſis.